RERUM BRABANTICARUM LIBRI 19, AUCTORE PETRO DIUAEO LOUANIENSI;...

Petrus Divaeus, Aubert Le Mire

Digitized by Google

~~A. VI. N° 7.~~

VII. O. 8.

9
6-B

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
10
4 L
30

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

RERVM
BRABANTICARVM
LIBRI XIX,

AVCTORE

PETRO DIVÆO

LOVANIENSI;

Studio

AVBERTI MIRÆI *Canonici Antverpienſis primùm nunc editi, & illuſtrati.*



ANTVERPIÆ,
Ex Officina HIERONYMI VERDVSSI.

cIɔ. Iɔc. x.

Cum Priuilegio ad ſexennium.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISS^MO ET POTENTISS^MO

ALBERTO

ARCHIDVCI AVSTRIAE,

DVCI BVRGVNDIAE,

PRINCIPI

AC DOMINO BELGARVM.

SAPIENTIS Hebræi dictum eſt, SER^ME PRINCEPS, *Theſauri inviſi, & ſapientiæ abſconditæ nullam vtilitatem eſſe.* Manifeſtâ certè, ut plurimæ Sacri auctoris ejus, veritate. Res ipſa, & uſus vitæ hoc docet, & præſenti exemplo fidem vel liber iſte adſtruat. Collegerat pridem magno ſtudio, & adſiduâ multorum annorum induſtriâ PETRVS DIVÆVS ſcientiæ quaſdam opes & litterarium, ut ſic appellem, theſaurum, ANTIQVITATES BRABANTIÆ, & RES ejus domi militiæque GESTAS. Colligendi cauſſa ſive occaſio fuit, quòd non ſinè indignatione videret confi-

Digitized by Google

ctas temere à nonnullis origines ejus, fabulis quàm vèro propiores, eaſque vulgo obtruſas veritati illuſiſſe: ut aut gentem iſtam nullius olim nominis fuiſſe acutiores æſtimarent, aut ſaltem non magnâ rerum laude, vel armorum gloriâ & virtute cenſendam. Atqui ſciebat ipſe eos, qui ita ſentirent, toto cælo aberrare: adeóque non contemnendam jam olim Brabantinorum fortitudinem & celebritatem extitiſſe; ut & ab Innocentio IV. Pontifice, in Concilio Lugdunenſi Electoribus Sacri Romani Imperii conſtitutis, inter quattuor ſeculares DVCEM BRABANTIÆ (virtutis utique & potentiæ ergô) nominatum fuiſſe, ex Actis ipſis, Matthæo Pariſienſe fido Hiſtorico ante trecentos quinquaginta annos hoc recitante, conſtet. Ideóque cùm temporis plurimum & laboris vir adſiduus & doctus huic inveſtigationi tribuiſſet; opere hoc ipſo concinnato, veternum promiſcuæ ignorantiæ excuſſit, & cariſsimam patriam priſtinæ gloriæ ac dignitati adſertam ab oblivionis tenebroſo carcere ſtilo & litterariis ingenii ſui armis vindicavit. Sed vt ſunt humani caſus, abiit è

vivis

Digitized by Google

vivis parens, priùs quàm partus iſte adſpicere lucem, hoc eſt publicæ famæ hanc vitam auſpicari potuerit. Latuit ergo hactenus per quadraginta & plures annos intrà privatæ bibliothecæ cancellos hoc opus, theſauri modo, quem opacæ & avaræ telluris gremium à memoria & adſpectu mortalium ſubduxit. In quem ego cùm incidiſſem, fortè an de induſtria, adlaboravi libens, ut erueretur, & aliquâ etjam opellâ noſtrâ accedente, velut ærugine deterſâ nitidior appareret. Nec diù diſpiciendum fuit, ad quem cum novicio hoc (publicatione ſaltem) munere iremus, quando clara res eſſet nō uno nomine CELSITVDINI VESTRÆ id jure merito deberi. Publico utique & patriæ deſtinatam hanc operam navavit DIVÆVS: & quiſnam communis ſeu publicæ rei conſervator locupletior, adſertor adverſùs calumniæ furta potentior ipſo Principe, & peculiariter illo, cujus fideli præſidio ita Reſpublica tota, & ea quæ univerſorum ſunt omnia ſecurè conquieſcunt, ut nec ſingulorum res atque fortunæ alio certiore quàm ipſius munimine conſervari prædicentur? Iam argumentum

ipſum, BRABANTIA, ecquémnam alium Dominum quærat, niſi eum, cui & optimo velut parenti ſubeſſe ipſa gaudet, & qui peculiari illam honore domicilii, & præſentiæ ſuæ libens præ ceteris Belgii ſui ditionibus hactenus eſt dignatus? Sanè æquum ergo eſt, ut alia omittam, Reginam illam circumfuſarum latè provinciarum, amœnam ſolo, cælo lætam; opidis, armis, ingenijs, artibus cultam; civium numero fecundam, moribus probam, induſtriâ alacrem, vitâ elegantem, fide probatam, illam dico BRABANTIAM ejus auſpicio Principis ſui caput adtollere ab oblivione adſertum duraturis ingenii ſubſidiis, cujus æterno beneficio funeſti belli ſervitutem evaſit, adſiduique luctus priſtini depoſito ſquallore, vernantis lætitiæ veſtem induit, ac velut depoſitâ ſenectâ juvenilis ævi florem, venuſtatemque recepit. Martis dura vincula, & ferreos compedum nexus, quibus pridem alligata ingemiſcebat, Prudentiæ & Pietatis veſtræ ſubſidio excuſſit patria, agedum Minervæ Muſarumque ſertis & corollis implicetur: & cum ſatis hactenus bellicæ gloriæ datum ſit, quâ ſe exteris nationibus prædicandam inſinuavit; fas

tan-

Digitized by Google

tandem ſit, ut armis togæ cedentibus bonarum almæ pacis artium, litterarum dico, perennibus monumentis commendata poſteris diſsitiſq; innoteſcat. Fiet hòc hiſce & ſimilibus doctorum vigiliis, quas ut bonus Princeps non faſtidit, ita & victuri ſui nominis ſegetem velut ſulcis mandat, vanis culmorum ariſtis non eluſuram. Alexandri Macedonis, cùm in Sigæo ad Achillis tumulũ ſtaret, ex imo pectore cũ ſuſpirio emiſſam vocẽ, quis ignorat? *O te felicem, cujus virtutũ preco Homerus contigit!* Vidit nempe excelſi animi juvenis, tum demũ generoſa facinora dignam ac duraturam poſteritatis exiſtimationem ſperare poſſe, ſi digna Scriptorum manus ea Memoriæ in templo victuris ingenii tabulis dedicârit. Sic eſt profectò: protrahitur felicium ingeniorum induſtriâ in publicam lucem magnorum virorum & Principum gloria ac virtus, & unius alioquin vel ætatis, vel populi anguſtiis circumſcribenda, perenni Famæ & Immortalitati conſecratur. Sed ceſſo me diffundere, memor apud quem, & qualem mihi ſermo. Quod reſtat, BENIGNISSIME PRINCEPS, hoc unum rogo: ſuſcipere dignetur CEL^DO veſtra ſereno, id eſt ſuo vultu de-

bitam

bitam ſibi BRABANTIAM, tum & alieni ingenii munus ad genua veſtra deponentem, illâ quâ gratæ rei nuntium vel interpretem ſolet, favoris ſui benignitate, & gratiâ complecti non recuſet. Quod ſibi ita ſpondet, ſperatque qui votis publicis ſua conjungens, divino beneficio conceſſos OPTIMOS BELGICÆ PRINCIPES, eodem beneficio per multos feliciter annos, pace partâ, florere, & perennare bono publico, auctorem omnis boni Deum termaximum ſupplex precatur

SER^MA. CEL^NI VESTRÆ

æternùm deuotus

Aubertus Miræus *Bruxellenſis.*

Digitized by Google

AVCTORIS
AD LECTOREM
PRÆFATIO.

MVLTI *antehac Brabantinos gentem olim obſcuram fuiſſe, nec vllâ re præclarè geſtâ eluxiſſe, exiſtimârunt, candide Lector, hac fortè ratione inducti, quòd ex multis, quæ veteres Chronographi de iis conſcripsêre, pauciſſima, immo pæne nulla, ad ipſorum perueniſſent ætatem; ea verò quæ recentiores de noſtra origine, & antiquitatibus conflârunt, fabuloſa eſſe, ac planè commenticia cernerent. Enimuero tam ſupinâ à noſtris, hucuſq; negligentiâ laboratum videmus, vt ex tanto doctiſſimorum virorum (quos recentiori æuo Brabantia protulit) numero, exſtiterit nemo, qui vel minimam patriæ illuſtrandæ impenderet operam. Ego verò iam multis ab hinc annis, indignitatem non ferens, vni huic ſtudio totis viribus incubui, vt ex veterum Chronicis, hiſtoriiſq;, veri aliquid, de initiis & antiquitatibus Brabantiæ, deq; rebus Ducum (quæ hactenus pari cum ceteris fide traditæ fuerant) eligerem: quâ in re nec labori, nec ſumtibus peperci. Cœnobiorum enim, vrbiumq; archiua, hiſtoriaſq; noſtrates (quæ alicubi reperiri poterant) ſcrutari non contentus; externa Germanorum, Francorum, Flandrorum, Hollandinorum, Leodienſiumq; Chronica reuolui: adeò vt non tæderet Germanorum aliquot hiſtorias ex ipſa Germania petere. Tandem manifeſtò deprehendi, lapſos præ vetuſtatis ignorantia, qui tam ſiniſtre & tenuiter de Brabantinis ſenſerant. Si etenim Flandros, Hannonios, Hollandos, Leodienſes, Gelros, nobis compares, de nullis eorum tam præclara vetuſtatis, vir-*

tutiſq; teſtimonia reperies. Ceterũ quod de ipſa origine *nominis (præter quod à Francis inditum putatur) nihil certi cognoſci potuerit, commune id non ſolùm cum his, quos modò enumeraui, populis, at (vt reliquas regiones taceam) cum omni Germania. Quid enim de Bauarorum, Saxonum, Frãcorum, Turingorum, Boëmorum, Auſtriorum, Hungarorum, Polonorum, Pomeranorumq; nominis origine, præter ambiguas coniecturas, compertum? Conſtat autem, Normannicam rabiem haut multò poſt Caroli Magni tempora, totam inferiorem Germaniam, ac potiſsimùm Brabantiam pergraſſatam, ita vetuſtatis omnia monumenta ſubuertiſſe, vt de origine nominis Brabãtiæ, vlteriùs inueſtigare hominis fuerit nimis perſtitioſè curioſi, & oleum operamq; perdentis. Equidem ijs non aſſenſero, qui omnem nobilitatem à Troianis defluxiſſe rati Brabantinos ab ijs deducunt; è Saluij Brabonis nomine nuncupatos aſſeuerantes: cùm ſatis conſtet Brachbantum veteres patriam noſtram appellaſſe: vt infrà commonſtrabo. Proinde cùm omnem Brabantinorum hiſtoriam, ad Philippi Boni è Burgundica ſtirpe florentiſsimi Principis vſque tempora (quæ iam deinceps à pluribus tradita commentatione nouâ indigere non videbantur) ex veteribus Chronicis, & cœnobiorum vrbiumq; archiuis collectã, atque in Annalium formam redactam tandẽ concinnaſſem, ea quæ Antiquitatum titulo digna videbantur ſpeciali, in exordio operis, volumine complexus, quò ſtudiũ in patriã aliquali ratâ declararẽ operâ, publico donare & in lucẽ emittere operæ pretium putaui, perſpectum habens, quàm ardenter noſtratium res hucuſq; à multis viris doctis incaſſum efflagitatæ fuerint, & ob id minimè dubitans ita non improbandum laborem hunc noſtrum patriæ illuſtrandæ nauatum, vt contrà æquis boniſq; exſpectatum & gratiſsimum fore confidam. Et

quam-

*De eo vide Lipſium in Louanio l. 1. cap. vii.

Digitized by Google

quamquam non pauca adhuc, implexâ & inuolutâ hac temporum antiquorum ſerie, pleniore indigerent indagine, aut rerum ſupplemento, vt ad amußim expolita & perfecta prodire poſſent; non iſta tamen me ratio ab incepto deterrere debuit; cùm ſaltem publicæ vtilitatis me fiducia ſoletur alios hoc exemplo excitandos, vt ſi quam fortè luculentiorem huius argumenti materiam in Archiuis aut ſcriniјs adſeruatam hactenus preſſerunt, eam vel ad expoliendas ſecundis curis vigilias noſtras benignè ſuppeditare, vel patriæ, & ſimul ſuo honori propagando in lucem edere tandem non detrectent. Obtrectatorum verò, qui aliena temerè carpere, ſua nulla dare adſueti ſunt, maligna iudicia, veſtrâ bonorum fretus benevolentiâ, optimo vindictæ genere contemtu, & propoſiti recti conſcientiâ libere retundam. Interim quale quantum hoc eſt laboris & conatus, tibi nauatum, bone lector, gratus accipe, comiter fruere, atque ita mihi faue, & ſalue. Bruxellæ, XIV. Kalend. Ianuarij, anno, CIↃ. IↃ. LXIII.

PETRVS DIVÆVS Louanienſis.

Digitized by Google

Auctores, quibus in præſenti opere vſi ſumus.

Abbas Vrſpergenſis.
Ado Viennenſis.
Aimonius Monachus.
Albertus Crantzius.
Ammianus Marcellinus.
Annales Boiorum Auentini.
Antoninus Florentinus.
Audoënus de vita S. Eligij.
Cæſaris Comm. de bello Gallico.
Chronicon Brabantiæ incerti Auctoris ante annum 1300. conſcriptum.
Chronicon Flandriæ Gallicum à Dionyſio Fontenalla editum.
Chronica Leodienſium.
Chronica vernacula Brabantiæ, Flandriæ, Hollandiæ.
Cronicon Gallicum Flandriæ manuſcriptum.
Coſmographia Munſteri.
Dogobertus Chronographus.
Eginartus de vita Caroli Magni.
Engerramus Monſtrelotus.
Gaſpar Bruchſius de Monaſterijs Germaniæ.
Gregorius Turonenſis.
Guilielmus Tyrius in hiſtoria Belli ſacri.
Heribertus de rebus Francorum.
Hubertus Thomas de antiquitate Leodienſium.
Iacobus Meyerus.
Ioannes Froſſardus.
Ioannes Brando Dunenſis.
Ioannes Trithemius.
Ioannes Cuſpinianus de Imp.
Ioannes Nauclerus.
Lambertus Scafnaburgenſis.
Marianus Scottus.
Nicolaus Clericus, Cronographus Brabantiæ.
Nicolaus Gilleus Chronopraphus Franciæ.
Oliuerius Marchianus.
Olradi Pontei Laudenſis Iuriſc. Conſil. 312.
Otto Friſingenſis.
Paulli Diaconi hiſtoria, Eutropio addita.
Paulli Æmilij Chron. Francorum.
Placita pacis, inter Henricum Ducem & Theodericum Comitem Hollandiæ, anno 1203.
Priuilegium Philippi Imperatoris.
Priuilegium aureum Caroli quarti Imperatoris.
Polydorus Virgilius de geſtis Anglorum.
Regino Prumienſis de geſtis Francorum.
Robertus Abbas Montis.
Robertus Gaguinus.
Sigebertus Gemblacenſis.
Vincentius Bellouacenſis.
Wolfgangus Lazius de migrationibus gentium.

RERVM

Digitized by Google

RERVM BRABANTICARVM PETRI DIVÆI

LIBER I.

CAPVT I.

Origo Brabantinorum.

BRABANTINIS originem dedêre Franci, Ger- 1.
manica gens Regioni: porrò apud priſcos nomen 2.
erat *Brachbantum*, aut *pagus Brachbantenſis*. Ante 3.
Francos, Tungri, Texandri, Aduatici incoluerant.
De Grudiis, quos Marlianus, & Leuacis, quos Gla-
reanus Brabantiæ priſcos habitatores faciunt, ambiguum: quan-
doquidem Cæſar his certa non adſcribat loca. De Tungris, Te-
xandriſque coniecturam confirmant *Tongerloo* & *Teſſenderloo*:
quorum alter vicus etiamnum in Brabantia ſitus eſt, alter con-
tiguus planè. Aduaticis Cæſar ipſe ſedes ad vtramque Sabis ri-
pam adſignat, quouſque nunc Brabantiam protendi conſtat.
Nec à quoquam dubitatum, Saxonum à Carolo Magno inter- 4.
necinis adtritorum certaminibus reliquias, in *Brachbantum* &
Flandras traductas, linguæ ſuæ veſtigia illic reliquiſſe: Francos
verò doctiſſimi quique arbitrantur nomen genti dediſſe; pro-
batioreſque Chronographi genus Ducum, initiaque populi ab
ijs auſpicantur. Erant Franci in Cimbrico Germaniæ litore Cau-
chis confines; vnde Galliæ oras, Saxonibus iuncti, lembis præ-
datorijs infeſtabant. Paullò antequam Diocletianus imperium 5.
ſortiretur, coerciti à Conſtantio, Conſtantino Magno, Con-
ſtante, Iuliano, & Valentiniano. Nouiſſimè, exemplo Gotho-
rum Vandalorumq; patriâ populariter emigrantes, Rhenanum

Digitized by Google

limitem perrupêre circa annum 400. Hinc, more aliarum gentium, Regem ſibi creârunt *Faramundum* Marcomiri Ducis filium, anno 419. Succeſſor eius *Chlodio*, Moſam tranſgreſſus Tungros, Taxandros, Neruioſque ſuo ſubdidit imperio. Poſt eum *Meroueus* regnauit. Dein *Childericus*. Childerico *Clodoueus* ſucceſſit, prorogato vſque in Pyrenæos regno, & Chriſti religione ſuſceptâ clarus. Hoc moriente anno 514. diuiſa in quattuor filios, *Chlotharium*, *Theodericum*, *Chlodomirum*, & *Childebertum* Francorum gubernacula, fratribus, eorumque liberis
6. variâ ſorte ſublatis, vni Chlothario ceſſêre. Hic filiam *Phluithildam Ansberto*, viro Francorum nobiliſſimo, virtutis merito iunxit, amplo Ducatu in extimo Auſtraſiæ doti adſcripto: qui *Andouerpos* gentem eâ tempeſtate celebrem, complectebatur. Ab *Ansberto* Brabantiæ Ducum progenies emanauit: vt infrà enar-
7. rabimus. Porrò vt ad nomen *Brachbanti* reuertar; primam eius mentionem inuenio in Chronicis Flandrorum, in geſtis anni 633. vbi D. Liuinum in pago *Brachbantenſi* occiſum, & à D. Bauone antea cellam in ditione *Brachbantenſi* ſtructã, Gandenſis cœnobij vetuſti[a] Annales produnt. Appellat eodẽ nomine Sigebertus Gemblacenſis in geſtis anni 882. *Nortmanni*, inquit, *adiunctis Danis Franciam & Lotharingiam peruagantes, Ambianos, Atrebates, Corbeiam, Cameracum, Teruanam, fines Morinorum, Menapiorum, Brachbantenſium, omnemq́ circa Scaldim terram; monaſteria ſanctorum Valarici & Richarij ferro & igni deuaſtant*. Item in geſtis anni 1126. *In Brachbanto*, inquit, *in villa Neriſca, alia mulier enixa eſt quattuor maſculos vno partu*. Hæc de pago *Brachbantenſi* & *Brachbanto*, quem poſteriores, facilioris pronuntiationis ergô, *Brabantiam* appellârunt.

[a] *Gandẽſis ſeu Bauonici cœnobij Chronicõ vetus, quo Meyerus in concinnandis Flandriæ Annalibus egregiè eſt adiutus, extat ms. in pergameno Gandani.*

CAPVT

CAPVT II.

Diuerſos olim Brachbantiæ terminos ab ijs, quos nunc habet, fuiſſe.

BRACHBANTI terminos olim longè diuerſos fuiſſe ab ijs, quos nūc habet, ex veterū ſcriptis animaduerti. Multa enim, quæ tum Brachbanto connumerabantur, nunc penitus ab eo ſecluſa videmus, & Flandriâ, Hannoniaque comprehendi; Texandriam verò, Andouerpos, & vlteriora verſus Hollandiam loca, Tillemontanum item tractum, quibus tum nihil cum Brabantia commune erat, prorſus in eius nomen conceſſiſſe. Chronicon Brabantiæ, incerti auctoris, Louanij in Martiniana bibliotheca inueni: in quo veteres Brabantiæ termini exactiùs, quàm vſquam alibi, deſcribūtur. Locus eſt in geſtis anni 843. quo filij Ludouici Pij Imp. poſt internecina certamina paternum regnum diuiſêre. *Lotharius*, inquit, *qui maior natu erat, & Imperator appellabatur, omnia Italiæ regna tenuit, cum ipſa Roma: nec non Prouinciam & mediam partem Franciæ inter Scaldam & Rhenum: quæ mutato nomine ab eo denominatur* Lotharingia. *Huius termini in longitudine, ſunt fines Burgundiæ, & mare Freſonum: in latitudine, Scalda & Rhenus. Et complectitur in ſe Hannoniam & terras ei adiacentes, vſque ad ripam Scaldæ fluminis*, id eſt, *totã Brabantiam, quæ extendebatur olim ab vrbe Tornaco, vſque ad ripam Velpæ fluminis: cuius hodie pars vna ab Hannonienſibus, pars altera à Flandrenſibus: reliqua verò à Brabantinis principibus poſſidetur. Cui etiam parti nomen Brabantiæ inhæret; licèt aliqua caſtella vel opida nunc in finibus Hannoniæ conſiſtentia, vſque in hodiernum diem nomine Brabantiæ ſoleant appellari. Complectitur etiam Lotharingia in ſe totam Haſbaniam, Batuam, Campiniam, & trans fluenta Moſæ fluminis, Arduennã, &c.* Eſt & alius, qui poſt hunc, annis circiter quinquaginta, rythmis vernaculis Brabantiæ [a] Chronicon cōſcripſit *Nicolaus Clericus*, Secretarius Andouerpienſis: quem ſtudioſè conquiſitum, D. Ioannes Locquegimenſis, Ammannus Bruxellenſis, mutuò mihi dedit. Porrò auctoris verba ſunt libro 5. in geſtis Ioannis III. Ducis.

[a] *Exſtat ms. apud R. V. Ioannē Geuartium, Canonicum Antuerp. in pergameno.*

Want Brabandt is ſijn eygen landt/
Al-ſoo verre als duert 't rechte Brabandt.
Hijne heeftter gheenen Heere af/
Dan Gode/ die 't al gheeft ende gaf.
Steden zijn daer inne gheſet;
Niuele/ Louen/ Bruſſel met/
Ende 't landt datter light ontrent.
De rechte pale is my onbekent/
Die Demer ſcheet/ nae mijnen waen/
Alſoo ick aen d'ander hebbe verſtaen. etc.

Quod Latinis verſibus ſic ſonat:

Nam propria ipſius terra eſt Brabantia, quanto
Vera quidem fines Brabantia limite ſignat.
Alterius Domini non vllâ lege tenetur,
Præterquam Summi, qui nunc largitur, vt olim,
Omnia. Et hæc vrbes plures complectitur; vt ſunt,
Louanium, Niuigella, aulâq; & collibus altis
Inſignis Bruxella, & ager diffuſus in orbem.
Terminus illius certò haut mihi cognitus, at, ſi
Credere fas alijs, limes ſit Demerus amnis.

1. EX quibus manifeſtò liquet priſcis temporibus *Brabantiam* ſeu *Brachbantum*, Louanienſem pagum, pagum Bruxellẽſem, pagum Niuellenſem, terram Angienſem, Atum, vicinumq́ue agrum vſque ad Tornacum, Aloſtanos demum & Teneramundanos, partemq́ue Gandaui comprehendiſſe; limi-
2. tes verò eius fuiſſe, ab Oriente Velpam, à Meridie Sabin, ab Oc-
3. cidente Scaldim, Demerim à Septemtrione. Sed hæc ſigillatim probanda, Iacobus Meyerus, recentior Flandrorũ Chronographus, qui multa ex archiuis cœnobiorũ hiſtoriæ ſuæ inſeruit, in geſtis anni 959, ſcribit, Arnulfum Comitem cœnobio Gandenſi detraxiſſe vicos aliquot in pago *Brachbantenſi*; videlicet, Meren, Crainham, Bellauicum, Bruggecinãm, Milimã, Merſken, Aingam, Badingam, Morteſelam, & Maſiminam. Idem in geſtis anni 974. tradit Ottonem II. Imp. eidem cœnobio confirmaſſe

Digitized by Google

maſſe poſſeſſiones ſuas in pago Brachbantenſi, Sechlecam, Beruintam, Fleterzele, Papingam, Bauingem, Ghiſenſele, & Holthem: quarum villarum maxima pars eſt in ditione Aloſtana. De Teneramundanis, nec ipſi Flandri negârint, vſque ad annũ 1180 Brabantiæ connumeratos fuiſſe; obueniſſe verò Philippo Comiti ex ceſſione Godefridi III. Ducis. Sunt etiam in archiuis cœnobij S. Petri Gandenſis tabulæ donationũ Bertradæ nobilis feminæ, & Arnulfi Comitis Valentianarum: quarum virtute monachi poſſeſſiones ſuas in agro Aloſtano ac Teneramũdano tuentur, licèt in pago Brachbantenſi prædia à donatoribus deſignentur. At Sigebertus in geſtis anni 1059, palàm Brachbantenſem pagum Tornacum vſque extẽdit. *In pago*, inquit, *Brachbantenſi, iuxta Tornacum, multitudines colubrorum altrinſecus congregatæ, prodigioſo prælio inter ſe concurrunt: &c.* Et ne quem moueat, quòd corruptè illic *Brachatenſi* legitur, Ioannes Brando Dunenſis in pago id Brachbantenſi actum confirmat. Mendoſus etenim eſt Sigebertus, ſi quis alius. eo enim loco, quem de Normannis fine ſuperioris cap. allegauimus, *Brachatenſium*, ſcriptum itidẽ erat, vbi tamen Brando, & ante eum Vincentius Bellouacenſis, eadẽ[a] Sigeberti verba recenſentes, Crantzius quoque in Noruegiæ hiſtoria, & Volfangus Lazius lib. III. de migrationibus gentiũ, & omnes qui res Normannorum aliquatenus attigêre, *Brachbantenſium*, vel *Brabantinorum*, ſcribunt. Idem Brando tradit Henricum III. Imperatorẽ, dum Tornacum obſideret caſtra habuiſſe cis Scaldim, in pago *Brachbantenſi*. Huc facit, quòd Meyerus auctor eſt, cellã D. Bauonis, quæ nunc in vrbe eſt Gandenſi, in ditione Brachbantina, cis Scaldim cõditam fuiſſe. Nec mirum limites ita variaſſe, cùm certo certiùs conſtet, Flandriam, quæ nunc celeberrimi totius Europæ Comitatus nomen meretur, tempore Caroli Magni adeo obſcurã fuiſſe, vt vix nomine cognoſceretur. Reliquæ enim regionis partes, vel pagus Menapiſcus, vel pagus Gandenſis, vel Corturiacenſis, vel Vaſienſis, Oceano verò proxima loca aſpera ac inculta *Flandræ* vocabantur. Porrò vt ad *Brachbantum* reuertar; Aimonius Monachus hiſtoriæ Francorum lib. V. Lotharingici partes 4.
regni ſigillatim enumerans, quattuor in Brachbanto, totidem

[a] *a In mss. Sigebertini Chronici exemplaribus diſertè legitur* Brachbatenſium. *Conſule Sigebertum nuper à nobis editum.*

in Haſbanio Comitatus, vnum in Texandria ponit; nomina tamen Comitatuum Brachbanti ipſe non memorat: cōiecturâ nihilominus adſequi facilè, quinam fuerint: nempe Louanienſis, Bruxellenſis, Aloſtanus, Niuigellenſis. Noſtro verò tempore, Hollandia ad Septemtrionem; Moſa & Campinia Leodienſis, cum terra Loſſenſi & Haſbania ad Orientem; Namurceſium ad Meridiem; ad Occidentem Hannonia, Flandriaque Brabantiam ſepiunt: continetque in ditione *Louanienſium*, terram Diſtenſem, Arſcotanam, Sichanienſem, Roſſelarienſem, Veſemalienſem, Heuerlenſem, Libbecanam, Bibarchenſem, Rodienſem, & Herendalenſem. In ditione *Bruxellenſium*, Grimberganos, Aſcanos, Gaſbecanos, Merchtenienſes, Rodienſes, Filfordianos, Campenholdanos; in Romandica Brabātia Niuigellanos, Hulpenſes, Grauianos, Iuriſdictionem Montis S. Guiberti, Geldonienſes, Genappenſes, Adorpianos, Iandranienſes, Hannutenſes, Geſtanos, Adincurienſes; in ditione *Tillemontana*, Halenſem iuriſdictionē, Soutleuuenſem, Iaccanam, Cumptichienſem; in *Marchia Andouerpenſi*, Bergenſes, Bredanos, pagum Rienſem, Arculanos, Iuriſdictionē Herendallienſem, Turnoholdanos, Ghelenſes, Hoochſtratanos, Sandhouienſes; in ditione *Boſcenſium*, Campiniam, Maſlandiam, Oſtreuicanos, Comitatum Cudicenſem, Co. Medeginienſem, Raueſtanum, Pedelandiam; ad Moſam verò, Traiectenſe territorium, cum Falcoburgenſibus. Harſtallum verò, cum adiacenti agro, Carolus quintus Georgio Auſtriaco, Epiſcopo Leodicenſi ceſſit, permutatione eius terræ, in qua Mariæburgum conditum eſt. Hæc de terminis & regionibus Brabantiæ.

CAPVT III.

Penes quos olim Brabantiæ imperium fuerit.

Anſbertus Dux. Arnoldus Dux. Arnulfus Dux.

ANSBERTVM, cuius primo capite meminimus, ex Phluithilda coniuge Arnoldum genuiſſe, auctor eſt Sigebertus, in geſtis anni 625. Arnoldus Arnulfum genuit, poſtea ex Maiore Palatij epiſcopū Metenſem. Eius tempore

pore, Pipinus Carolomanni filius, Auſtraſianorũ nobiliſſimus, in Haſbanio ac Brachbanto potenter dominabatur. De Carolomanno nihil fide dignum veteres prodidêre; quàm quòd Pipinum ac Amalabergam liberos habuerit: quorum Amalabergam Valbertum peperiſſe aiunt, Valberto ex Bertilia genitas Amalabergam, Aldegondim, & Valdetrudim. Amalabergam ex his Vitigerio viro nobili Condati ac Verginiaci Domino nuptã, Emibertum Cameracenſem Epiſcopũ, [a] Pharaildim, Ermelindã, Gudulã, ac Renildam, ſuſtuliſſe. Valdetrudim verò, Caſtri-loci Dominam, Vincentio Madelgario Comiti Sonegienſi & Altimontenſi peperiſſe Landericũ Metenſem Epiſcopũ, Madelbertum & Aldetrudẽ. At [c] Pipinus ſub Chlothario ſecundo, Dagoberto eius filio, Sigeberto Dagoberti filio, geſto Maioris Palatij Auſtraſiani officio, anno 647. deceſſit conditus Landis, quod ipſe in Haſbanio ædificârat. Grimoaldus patris in Ducatu ac Maioris officio ſucceſſor, cùm regnum Hildeberto filio ſuo, eiecto Sigeberti filio, paraſſet, à Francis in carcere necatus eſt. Sororum eius altera Begga, Anſegiſilo filio Arnulfi ex Doda nupſerat. Anſegiſilo & patris in Andouerpis, & leuiri in Brachbanto, Haſbanioque principatus obuenêre. Hunc, cùm ex Begga Pipinum II. genuiſſet, Gunduinus inſidioſè peremit, anno 685. Gertrudis ſoror Beggæ ab Itta matre Niuigellẽſi cœnobio præfecta, ac cùm anno 664. Niuigellæ obijſſet, in Diuos relata. Pipinus filius Anſegiſili, ſublatis in Francia tyrannis, Maioris officiũ potentiſſimè adminiſtrauit. Alemanos, Baioarios, Saxoneſque domuit, Friſios Viltaburgo eiecit, idque opidum Vilibrordo Clementi adtribuit. Hinc Vltraiectini epiſcopatus initia. Religione tamen ac virtute clarum, libido ſubuertit: Alpaidem ex Romanduis nobilem virginem Pluithrudæ coniugi ſuperduxit: tanto in eam amore, vt Dodo frater pellicis, hoc fretus, Lambertum Tungrorum Epiſcopum, adulterij increpatorem, Leodij orantem necârit. Ceterùm Pipinus & Alpais, Dodonis diuinitus icti ſupplicio pauidi, crimen longâ pœnitẽtiâ eluerunt. Erat Pipino in delitijs locus ad Moſæ ripam haud procul Leodio: vbi Palatium ſtruxit, *Heriſtelliumq́;* appellauit: inde ei *Heriſtellienſis* cognomen. Interijt Iupilæ anno 714.

Carolomannus Dux.

[a] Alij aliter.
[b] Meldenſem Epiſcopũ, non Metenſem fuiſſe, Miræus ex ms. Chronico Cameracenſi, & tabulis Meldenſibus obſeruauit.

[c] Pipinus Dux.

Grimoaldus Dux.

Anſegiſilus Dux.


Pipinus II. Dux.

Carolus

Digitized by Google

Carolus Martellus Dux.

Carolus Martellus ex Alpaide ſpurius, cùm multas Pluithrudæ Radbuodi Freſonum Ducis, ac Raginfredi Maioris palatij inſectationes pertuliſſet; tandem omnibus in ordinē redactis, tantæ potentiæ euaſit, vt Regibus dominaretur. Victi ab hoc Aquitani; adtriti varijs victorijs, qui Aquitanis auxiliatum venerant: Sarraceni Prouinciâ regno adiectâ, obijt anno 741. Diuiſum mox inter filios imperium, Carolomanno monaſticam profeſſo, ad vnum Pipinum redijt. Hic vltimus fuit Auſtraſiæ Ducum, qui Brabantinis imperauit.



Pipinus Rex.

PORrò Pipinus hic, *Breuis* cognomento & ſtaturâ, cùm aliquot annos paternum Ducatum rexiſſet, à Francis ad regium apicem euectus eſt, cœpitque tunc Brabātia regibus ſubeſſe: moriens regnum ad Carolum & Carolomannū filios transmiſit, quod poſt biennium ſublato Carolomanno vniuerſum Carolo acceſſit. Carolo omnis ætas in armis tranſacta *Magni* nomen peperit. Saxones, Longobardos, Pannonios, Sarracenos, Dalmatas, Slauones, Hunos, Baioarios difficillimis contudit bellis. Religione, actibus bellicis, iuſtitiâ æquè magnus, ſubactâ maximâ Italiæ parte, Imperatoris Romani titulū commeruit. Aquis interijt anno 814. Ludouicus dein Pius, Rex ac Imperator, regno proſperrimè geſto, in ſenecta filiorum inſectationes pertulit. Ingelnhemi ſubitaneo morbo percuſſus interijt; cùm in Ludouicum filium Germaniæ Regem expeditionem pararet, anno 840. Ciuili dein bello verſi in ſeſe mutuos, fratres:

Carolus & Carolomannus Reges.

Ludouicus Pius Rex & Imp.

Digitized by Google

fratres: Ludouicus & Carolus Lotharium in agro Antiſidorenſi vicêre: mox armis poſitis, conſilio optimatum, regnum diuiſêre. Lothario Imperij titulus obuenit, cùm Italia & Prouincia, & pars Franciæ inter Scaldim ac Rhenum, quæ poſtea ab eo Lotharingiæ nomẽ ſortita eſt. Complectebatur hæc (vt Aimonio monacho placet) Arduennam, Lingones, Mediomatrices, comitatus quinque ad Moganum, Ripuariam, Tullenſes, diſtrictum Aquenſem, & Traiectenſem, Condruſones, & Texandrum, comitatus quattuor in Brachbanto, totidem in Haſbanio, Leodicum, comitatum Lonienſem, com. Camẽracẽſem, com. Hainenſem, Batuam, Attuarias, com. Teſtrebanti, Freſiam, Tungros, Treuiros, Coloniam, Moguntiam. Ludouico à Rheno vſque in Pannoniæ extrema omnis Germania: Carolo Francia Occidentalis, Rodano, Scalde, Oceano, ac Pyreneis cincta. Lotharius verò paullò pòſt pertęſus regni, cùm in filios id partitus eſſet, Prumienſi cœnobio ſe incluſit anno 855. Ludouico Italia & imperium, Carolo Prouincia & Burgundia, Lothario regnum Lotharingiæ obuenit. Hic cùm Tetberghæ, vxori, auctoribus regni ſui primatibus abiectæ, pellicem Valdradam ſuperduxiſſet; regnum varijs calamitatibus inuoluit. tandem à bello Beneuentano, quo fratrem in Saracenos iuuerat, reuertens, Placentiæ interijt anno 869. Regnũ eius (quamquam Ludouicus frater ſupereſſet) Ludouicus tamen Germaniæ & Carolus Franciæ Occidentalis Reges patrui, inter ſeſe Marſanæ partiti ſunt. In ſorte Caroli quattuor Brachbanti comitatus fuiſſe tradit Aimonius. Deceſſit mox Ludouicus Imperator. Imperium Carolus Rex Francorum, in Italiam tranſgreſſus, occupat. mouerat controuerſiam Ludouicus frater, Germaniæ Rex: at in ipſo exordio morte præuentus fuit, anno 875. relictis Carolomanno, Ludouico, ac Carolo Craſſo, liberis. Hos Carolus mox, Francorum Rex & nouus Imperator, ab Italia reuerſus adoritur: ac omnem in poteſtatem redigere conatur Lotharingiã. Fuſus ad Andennacũ à Ludouico, ac in Italiam refugus, cùm nec ibi à Carolomanno tutus eſſet, Franciam repetens, in Alpium faucibus à Sedechia Iudæo medico, veneno necatus eſt, anno 878. Hinc Carolus Craſſus imperium inuaſit: licèt

Lotharius Imp. & Rex Lotharingiæ.

Lotharius Rex Lotharingiæ.

Carolus Caluus Franciæ & Lotharingiæ Rex.

Ioannes Pontifex in Franciam confugiens, Ludouicũ Balbum, filium Caroli regis, coronaſſet. Ludouicus enim hic, poſtquam biennio caſſum imperij nomen, regnumq́ue Franciæ ac partis Lotharingiæ cum omni Brachbanto geſſiſſet, in viuis eſſe deſijt. Vxorem grauidam, ſub tutela Ludouici ac Carolomanni nothorum, reliquit: quibus belli terrore concuſſis, Lotharingia cum Brachbanto à Ludouico Caroli Craſſi fratre extorta eſt. Ceterùm [a] Craſſus, fratribus, Ludouico & Carolomanno ſublatis, omnem, quà à Scaldi in Pannoniam protenditur, Germaniam poſſedit. Et Franci defunctis, qui regnum gubernârant, Balbi nothis, legitimo verò Balbi Carolo Simplice, puero adhuc, Craſſo, vt à Normannis tueretur, ſe permiſêre. Louanium occupârant Normanni. Oppugnati à Carolo, ſuſtinuêre fortiter: nec eos Louanio, quoad vixit, ejicere potuit. Craſſo tandem viribus ac ſenſibus deficienti, Arnulfus ex fratre Carolomanno Nepos, ſucceſſor datus, anno 888. Hic Normannos anno 891. in paludes Tylæ compulſos, ad internecionem cecídit, ac Louanio eiecit: & quadriennio circumuoluto, Suendipoldum filium vniuerſo Lotharingiæ regno præfecit. Dirus hic in ſuos, conſpiratione Raginarij Ducis, Stephani, Gerardi, Odocari, Matfridi, & Bertarij Comitum, prœlio ad Moſam occubuit, anno 901. Lotharingia hinc omnis, & Brachbantum Ludouico fratri eius Imperatori decennio paruit. obijt anno 911, poſtremus inter Imperatores Carololingorum. Cunrardus Ludouico ſucceſſit, cuius anno quinto Carolus Simplex omnem Lotharingiam recuperauit. Nihilominus anno 922. domeſtico infeſtatus bello, Henrico Saxoni, qui Cunrardum in imperio ſubſecutus fuerat, eam reddidit. Eminebat tum inter Lotharingiæ nobiles, Giſelbertus Reginarij Ducis filius iuuenis impiger, at inquies, & Henrico inuitè parens. Hunc morte Simplicis nutantem, Chriſtianus nobilis Lotharingus cepit, & Imperatori tranſmiſit. Indolem iuuenis conſpicatus Imperator, cùm generum per filiam Gerbergam adſciuiſſet; vniuerſo Lotharingiæ regno Ducem eſſe iuſſit. Hinc Lotharingia cum Brachbanto à Ducibus gubernata: Reges autem eam rexerant qui ſequuntur.

Ludouicus Balbus Franciæ & Lotharingiæ Rex.

Ludouicus Germaniæ & Loth. Rex

a Carolus Craſſus Imp. Germaniæ & Lothar. Rex.

Arnulfus Imp. & Rex Germaniæ ac Loth.

Suendipoldus Rex Lotharingiæ.

Ludouicus Imp. & Rex Lotharingiæ

Carolus ſimplex Rex Franciæ & Lotharingiæ

Giſelbertus Lotharingiæ Dux.

1 Pipinus Rex Breuis.

2 Carolus Magnus Rex & Imperator, & dominus Brachbanti. — Carolomannus.

3 Ludouicus Pius Rex & Imperator, dominus Brachbanti.

4 Lotharius Imp. Rex prouinciæ Lotharingiæ, & dominus Brachbanti. — Ludouicus Germaniæ rex, & partis Lotharingiæ. — 6 Carolus Caluus Rex Franciæ, partis Lotharingiæ, & Brachbanti.

Ludouicus Imperator. — 5 Lotharius Rex Lotharingiæ, dominus Brachbanti. — Carolomannus. Rex 10 Arnulfus Imp. Rex germaniæ, Lotharingiæ, & dominus Brachbanti. — 8 Ludouicus rex Baioariæ Lotharingiæ & Brachbanti. — 9 Carolus Craſſus Imp. Rex vniuerſæ Germaniæ & Brachbanti. — 7 Ludouicus Balbus Rex Franciæ Lotharingiæ, & Brachbanti. 13 Carolus ſimplex rex Franciæ Loth. & Brachbaati.

11 Suendipoldus Rex Lotharingiæ & Brachbanti Dominus. — 12 Ludouicus Rex Lotharingiæ, & Brachbanti, idem Imperator.

TRedecim ergo Reges habuit Brachbantum ex progenie Carololingorum; at Giſelbertus ducatu Lotharingiæ auctus, immemor beneficij, Ottoni primo filio Henrici Imp. quoad vixit, rebellis exſtitit: interijtque dum Imperatorium militem fugit, Rheno merſus. Filius eius Henricus paucis diebus, ducatu potitus, cùm puer obijſſet, Cunrardum Francorum Orientalium Ducem, generum Ottonis, ſucceſſorem habuit. Is infidè primùm aduerſus ſocerum verſatus, Hungaris in Lotharingiam aditum fecit: quapropter omnibus ſpoliatus opibus, Brunonem Archiepiſcopum Colonienſem, fratrem Imperatoris, Lotharingiæ Ducem vidit: mox ad ſocerum reuerſus, prœlio contra Hungaros fortiter dimicans, occubuit anno 956. Bruno Reginherium Montenſium Comitem captum in Slauones relegauit, perijtque in Francia, anno 966. Hinc vndecim annis Lotharingia Duces non habuit. quo tempore Lambertus & Reginherius, filij Reginherij Montenſium Comitis, varia pro recuperando principatu moliebantur, quem Bruno confiſcauerat. Garnerium ac Reginholdum, qui dono Imperatoris Montenſes poſſidebant, ad Peronam prœlio victos interemêre. Buxide dehinc munitâ Lotharingiam infeſtârunt. Otto Imp. dirutâ Buxide Arnoldum Flandriæ, & Godefridú Arduennæ Comites Garnerio ac Reginholdo ſuccedere iubet. ab his victi, dum Montes obſident, Lambertus ac Reginherius,

Henricus Dux Lotharingiæ.

Cunrardus Dux Loth.

Bruno Archiepiſcopus Colonienſ. Dux Lotharingiæ.

herius, initâ tandem cum Francis affinitate, opes paternas ſocerorum auxilio recupęrârunt: Reginherius Auuidam Hugonis Comitis Pariſiorum; Lambertus Gerbergam Caroli poſtea Ducis filiam duxerunt. Carolus hic Dux ex Ludouico Franciæ rege filio Caroli ſimplicis, & Gerbergâ ſorore Ottonis Imp. (quæ primis nuptijs Giſelbertum Ducem maritum habuerat) prodijt. Lotharius frater eius Francis regnabat: ipſi nulla dominij auctoritatiſve ſpes: Hugone Pariſiorum Comite ad ſe ſuoſque omnia trahente. Lotharingiæ duce opus erat; Lothario Rege, omni ſtudio eam indies inuadere conante. Otto itaque Imp. ſecundus, Carolum Aquaſgrani euocatum, Lotharingiæ Ducē, creat; imminutâ tamen poteſtate clientem ſe profiteri cogebatur, Francis ac Lotharij fratris motibus obſiſtere, imperio fidus eſſe iubebatur. Suſpectum id non ſolùm Francis, at & ipſi Lothario fratri, qui in Lotharingiam irrupit. Vix Aquis elabi quiuit cum Carolo Imperator, tam repentè Lotharius inuaſerat: at regreſſum Otto inſecutus, Lutetiam vſque agros depopulatus eſt. acta hec anno 977. Carolo deinceps Bruchſella, Brachbanti opidum, domicilium fuit. Inſulanas ædes haut procul eo loco, vbi nunc D. Gaugerici templum eſt, inhabitabat; quò etiam corpus D. Gudulæ à Morteſella vico iuſſit transferri. Moriuntur haut multo pòſt Lotharius frater & Ludouicus eius filius. Regnum Carolo debitum Hugo Comes arripit. Duxit in Franciam Lotharingos Carolus, & aliquot opida cepit: At Remis ab Hugone captus, in carcere vitam finijt. Diuiſæ in filios opes. Otto ducatum aſſecutus: Gerberga [a] Lamberto Comiti Louanienſi Comitatum Bruchſellenſem & Niuigellenſem: Ermengardis Alberto Namurcenſem comitatum dotales attulēre. Ottonem Ducem, nullâ re memorabili geſtâ, fata ſuſtulerunt, anno 1005. Lambertum verò Albertumque Comites, nē leuiro ſuccederent, Godefridus Comes Arduennæ præpotens in palatio Henrici. II. Imperatoris ſubmouit; effecitque, vt ſuo filio Godefrido ducatus committeretur. Indignum id viſum Comitibus; Balduinum Flandriæ, Reginherium Hannoniæ Comites in fœdus adſciuerunt. Bellatum inter eos ac nouum ducem adſiduè. Dux Louanio caſtra adponens, magno ſuo

dedecore

Carolus Dux Lotharingiæ.

Otto Dux Lotharingiæ

[a] Lambertus Comes Louanij Bruxellæ & Nyuellæ.

dedecore à Brabantinis repulſus. Baldericum dehinc Epiſcopũ Leodienſem, Hugardas arce munientem, Lambertus acie vicit, atque opus intermittere coëgit. Alberti Loſſenſis Comitis vidua pacem conciliauit. Hinc Godefridum Ducem, Hannoniæ arma inferentem, adgreſſi, Lambertus & Reginherius Comes ex Fratre Nepos, profligati: cecidit Lambertus virique nobiles ad Florennas vltra 300. Reginherius reparato exercitu, cùm hoſtem finibus ſuis excedere compuliſſet, patruum Niuigellæ humauit. Erant Lamberto filij, Henricus, Lambertus, Reginherius. Henricus cùm Brachbantum in ſumma quiete gubernaſſet, anno 1037. ab Hermanno captiuo ſuo, quem Louanij liberâ adſeruabat cuſtodiâ, obtruncatus eſt. Succeſſit filius infans Otto, eoque ſubitâ morte prærepto, Lambertus frater Henrici. Hic fœdus cum Gozzilone, fratre ac ſucceſſore Godefridi Lotharingiæ Ducis, & affinitatem inijt: Oda filia eius ſibi iuncta, religione excelluit: Louanij in æde D. Petri à patre conditâ: Bruxellæ in D. Gudulæ, quam ipſe in Monte D. Michaëlis ſtruxerat quoque corpus Diuæ transferri iuſſerat, Canonicorum inſtituit collegia. Armis item clarus, Godefrido leuiro ſuo, filio Gozzillonis, & Balduino Flandriæ Comiti in Henricum. III. Imperatorem adfuit: inque oppugnatione Tornaci, quod defendendum ſuſceperat, ab Imperatoris exercitu occiſus fuit, anno 1054. ac Niuigellæ monumento maiorum illatus. Filius eius & ſucceſſor Henricus variè cum Hollandis contendit: ſubortâ autem cum Leodienſibus controuerſiâ, Louanium, vt limiti propior eſſet, migrauit. Erat Henrico ſoror Mathildis, quæ ex Euſtathio Bononienſi Comite Euſtathium genuit, patrem Godefridi Ducis: obijt Henricus anno 1068. filios ex Adela reliquit, Henricum, Godefridum, & Reginherium, qui in Haſbanio perijt anno 1077. Henricus cum Godefrido fratre, & matre Adela, cœnobium Affliginienſe condidit, anno 1083. Anno verò 1096. Tornacum, ad Euerardum Principẽ ciuitatis, profectus, à Goſuino nobili viro, ludis militaribus interfectus eſt, ac conditus Niuigellæ. Succeſſit frater Godefridus, cognomento Barbatus, qui poſtea ducatum Lotharingiæ obtinuit: vt in

Henricus Comes.

Otto Comes.

Lambertus Baldericus Comes.


Henricus II, Comes.

Henricus III. Comes.


Godefridus Barbatus Comes.

opere de Ducibus Brabantiæ dicendum ampliùs. Hi ergo Duces Lotharingiam cum Brachbanto rexêre.

Giſelbertus filius Reginherij Ducis,
Henricus filius Giſelberti,
Cunrardus Dux.
Bruno Archiepiſcopus.
Carolus filius Ludouici Regis Franciæ.
Otto filius Caroli
Hinc Comites Brachbanto iura dedêre, numero Septem.



Inter Ottonem verò Caroli Ducis filium, & Barbatum, ex Arduennatium familia Lotharingiæ ducatum & magnam partem eorum, quæ nunc Brabantiâ comprehenduntur; vt Marcham Andouerpienſem, Campiniam; partem Romandicæ Brabantiæ, Ginappæ vicinam, & Tillemontanos poſſedere, qui ſequuntur, numero ſeptem.



7 Poſt Godefridum Bononienſem, Henricus Lemburgenſis Dux Lotharingiæ creatus, qui poſtea Henrico V. Imperatore ducatu pulſus. Godefridum Barbatum ſucceſſorem habuit, de quo eiuſque poſteris ſpeciale opus Deo fauente, editurus ſum.

CAPVT

CAPVT IV.

Louanium.

LOVANIVM, à quo ita nominatū, aut quando conditū, 1.
apud nullum fide dignum auctorem reperio. Arx ad 2.
Septemtrionalem vrbis partem magnam, nec imparem
ei aliquibus in locis muri ac portæ interiores præ ſe ferunt vetuſtatem. Exiſtimauêre nonnulli portas aliquot tum conſtructas, cùm à gentilibus regio poſſideretur: argumento variarum figurarum, brutorum ac deorum, quæ portis inſculptæ ſunt, inducti. lupos vetuſtioribus portis inſculptos putant, vrbemq́; Louanij à *lupis* denominatam. Quidquid ſit, prima ſemper nomine vetuſtatis inter Brabanticas vrbes eſt habita. Scriptores ſeriùs eius meminêre, & primus ex ijs qui ad nos deuenêre,
Regino monachus Prumienſis, vetuſtus Chronographus; & 3.
qui circa annum 900 floruit, in geſtis anni 884. *His etiam diebus*, inquit, *Normanni à Sono exeunt: & rurſus in regnum Lotharij reuertentes, in loco qui dicitur Louen, caſtrametati ſunt in confinio eiuſdem regni, infeſtationibus vtraque regna fatigant. Ad quorum malitiam compeſcendam Imp. ſemel, & iterum exercitum miſit: ſed nihil dignum memoriæ aduerſus tantam violentorum rapacitatem actum eſt.* Idem in geſtis anni 887. *Normanni*, inquit, *à Louen recedentes, Sequanam ingrediuntur: &c.*
Confirmat hæc in geſtis annorum 885 & 887 Sigebertus. 4.
Notiſſima eſt de Arnulpho Imperatore hiſtoria: qui Normannos in Tylæ paludes compulſos & profligatos, Louanio eiecit, quod Regino in geſtis anni 891. & Sigebertus in geſtis anni 895. innuere videntur, & Volfangus Lazius lib. III. in
genealogia Ducum Normanniæ, lib. de migratione gentium 5.
prodit. * Tradūt vulgares Leodienſium Annales de Louanienſibus Comitibus complura in vita Seuerini Epiſcopi Tungrorum, & D. Seruationis, quæ multis diſplicent. Solent enim iſti vulgares Chronographi, genealogiam Epiſcoporum ſuorum à maximis principibus deducere; vt à Regibus Hungariæ aut Lotharingiæ multis antè ſeculis, quàm vel Lotharingię, vel Hun-

* *Itaque vulgaribus iſtis Chronographis Leodicēſium relictis, eruditi legant Notgerū Leod. Epiſcopum & Harigerum Abb. Laubienſem de geſtis Epiſcoporū Leodicenſium.*

Hungariæ nomen auditum eſſet. Eodem vitio laborare credo, quæ de Louanienſibus Comitibus tradunt. Alij planè recentem comitatus Louanienſis originem faciunt, ac anno 977. cœpiſſe in Lamberto Montenſi: qui eum iure vxorio, vnà cum Bruchſellenſi ac Niuigellano, poſſederit; duxerat enim (vt ſuperiori cap. diximus) Caroli Ducis filiam Gerbergam. Habeo tamen auctores fide dignos, Lambertum hunc ex patrimonio Louanienſem comitatum poſſediſſe. Diploma exſtat Ottonis primi Imperatoris, quo menſe Iulio anni 947. Lamberto Comiti Louanienſium viro forti ac bellicoſo, Abbatiæ Gemblacenſis Aduocatiam commiſit: quo tempore tantùm abeſt, vt Lamberto Gerberga nupta fuerit, vt etiam credibile ſit, Carolum Gerbergæ patrem tum natum non fuiſſe, cuius pater triennio antè vxorem primùm duxerat. Immo temporum ratio credere facit, Lambertum ab Ottone Gemblacenſem Aduocatum creatum, alium à Gerbergæ marito fuiſſe: cùm vix poſſibile ſit, vt Gerbergæ maritus anno 1014. in acie cæſus, anno 947 vir bellicoſus & fortis fuerit. Interſunt enim anni 67. Vnde apparet comitatum Louanienſem vetuſtiorem eſſe. Chronographi aliquot Flandriæ haud futiles, Comitum ſuorum originem à Burchardo Louanienſi Comite deducunt, qui ante
6. Caroli magni tempora imperârit. nonnulli quoque D. Huberto, antequam ſacris addiceretur, Floruinam filiam Comitis Louanienſis vxorem adtribuunt. Huc facit, quòd Aimonius quattuor, anno 869. Brachbanti Comitatus fuiſſe tradit, vt eorum vnus fuerit Louanienſis; ſed de his ſatis dictum eſt. *Dilia* ſeu *Tyla* (ita enim Regino & Sigebertus appellant, & idem nomen in Romandis ſeruat *le Thy* appellatus) rapidiſſimus omnium Brabantiæ fluuiorum, in extimo Romandicorum ortus, Louanium illabitur. ac in ipſa vrbe in plura brachia deriuatus, vnico demum alueo effluit. Lambertus Comes ædem D. Petro
7. in media vrbe ſtruxit, circa annum 1000. ac in ea collegium ſeptem Canonicorum inſtituit vel ipſe vel filius eius Lamber-
8. tus. Lanificio ſeſe Louanienſes antiquitus ſupra modum exercuêre: quo, quantum olim potuerint Falæ, (*Hallam* vocant) arguunt, in ſolum vſum textorum conditæ anno 1317. Ferunt

ad

ad 2400. textrinarum in vrbe aliquando fuiſſe, cùm legibus quilibet ciuis annis ſingulis vnum ſaltem pannum conficere iuberetur. Porrò cùm ex opimo quæſtu lanificij multitudo ciuium indies in immenſum excreſceret, coacti fuêre proferre pomerium vrbis, eâ latitudine, quâ nunc viſitur; actum id circa annum 1358. At cùm præ ceteris, ſeditionum auida natio textorum, aſſiduis motibus vrbem turbaret, circa annum 1384 pulſa, in Angliam profugit. Hinc ad vaſtitatē vrbem paulatim 9.
redigi conſpicatus Ioannes IV. Dux, Gymnaſio eam inſigniuit anno 1426. quo hactenus plurimùm floruit. Habet Louanium 10.
præclaras Patriciorum familias, quas ex quattuor inſignioribus ceteras defluxiſſe & à ſenioribus perhibitum, & arma gentilitia quadrifariam diſtincta manifeſtò coarguunt. Crediderim eas fuiſſe *ex Limingis*, *à Radingis*, *à Calſtris*, *à Lapide*; quarum prior vſque ad noſtram ætatem nobiliſſimis fortiſſimiſque viris enituit, ceteræ ante multos annos interciderunt. Ad Sancti Petri 11.
familiam ſpectare dicuntur Patricij Louanienſes, & *Homines Sancti Petri* vocantur; quo nomine maximis priuilegijs frui ſolent; & inter cetera, quòd hominem Sancti Petri capitis arceſſiri non licebat, niſi ſeptem eiuſdem ſtatus teſtimonio conuictum. ceterùm alente impunitate licentiam, hoc ſublatum, reliqua ijs adhuc rata permanent. Ferunt prœlio quodam cum Leodienſibus, ſanguine ſuo partâ victoriâ, eos id commeruiſſe: nec id vero abſimile. Sandhouienſis territorij incolæ, qui Louanienſium ſigna ſequi ſolent, ſuos etiam homines Sancti Petri habent, non alibi quàm Louanij à Sancti Petri hominibus iudicandos. Sunt in pago ſeu territorio Louanienſi illuſtres ac 12.
pervetuſtæ Baronum Familiæ: *Diſtenſium*, *Roſſelarienſium*, *Veſemalienſium*, *Birbachenſium*, *Heuerlenſium*: claræ etiam Comitum Louanienſium ſæculo. Quorum Diſtenſes Caſtellani Andouerpienſis; Roſſelarienſes Dapiferi Brabantiæ; Veſemalienſes, Marſcalci; Heuerlenſes Camerarij, perenni funguntur munere. Nominatos reperio Diſtenſes Barones; Henricum, 13.
qui bello Grimbergano interijt: Arnoldum: Arnoldum II. qui anno 1271 interijt: Gerardum anno 1334. defunctum: Thomam an. 1369: Henricum anno 1385: Thomam II. an. 1431.

Ioannem Thomæ filium breuis æui iuuenē. Ioannam dehinc eius ſororem, vxorem Ioannis Henſbergenſis: Ioannam horum filiam, vxorem Ioannis Comitis Naſſauij & Zarbruggenſis: mox Ioanna III. Naſſauienſis filia, Gerardo Duci Iuliacenſi, Diſtam dotalem attulit. Guilielmus horum filius, Engil-
14. berto Naſſauio Domino Bredano vendidit anno 1499. Roſſelarienſes verò Barones fuêre, Arnoldus tempore Godefridi Barbati: dein Arnoldus II: Henricus, Godefridus, Gerardus, Guilielmus, Ioannes, Ioannes II, qui cùm vnicam filiam Ioannam Simoni Comiti Salmenſi elocaſſet, anno 1445 ad ſecundas cum Eliſabetha Hornana nuptias tranſiens, in generū Baronatum tranſtulit. Succeſſores Salmenſis, Marchioni Arſ-
15. cotano vendidêre. De Veſemalienſibus pauca conſtant. Gerardū, viuente Barbato præfuiſſe aiunt: Hinc Arnoldos duos, mox Giſbertum circa annum 1333: Guilielmum quoque, qui ex Ioanna Falaſiæ in Haſbania Domina, Ioannem protulit circa annum 1360. Ioanni, Ioannes II. ſucceſſit: hunc Brimurio-
16. rum ex Picardia nobilitas excepit. Nec minor Heuerlēſibus vetuſtas: Reginherius Barbati æuo, Goſuinum filium reliquit. is Goſuinum II. cœnobij quod *Bancum* adpellatur, anno 1216. conditorem. Succedens ætas Ioannem vidit, Henricum & Valterum, qui anno 1370 defunctus, Ioannem reliquit; Ioannes, Henricum & Mariam: hæc fratris heres, Raſonem ex Raſone Grauienſi Malcuiæ domino, filium ſuum ſucceſſorem
17. vidit. Raſo, Antonio Croiacenſi Heuerlam vendidit circa annum 1450. Ex Birbachenſibus verò, Ioannem, Guilielmum & Valterum, circa Barbati Ducis tempora floruiſſe reperio; poſteriùs in Godefridi Virzonienſis poſſeſſionem venit Birbachum circa annum 1270. Arſcotano verò Baronatui, ab eodem Godefrido initium eſt. Diuiſis enim cum Ioanne primo duce fratre ſuo paternis opibus, ipſi Arſcotum, Birbachum, Sichenæ, & Roda Sanctæ Agathæ, obuenêre. Anno 1302. ad Cortracum cæſus, generos ſucceſſores habuit Ex his Harecurienſis Comes, Arſcotum & Birbachum: Arnoldus Loſſenſis Comes Sichenas cum Roda obtinuit. Succeſſorum Harecurienſis, fuſa apud Froſſardum hiſtoricum mentio. Ioannes eius

eius filius, ad Creciacum memorabili illo inter Anglos & Francos prœlio anno 1346. pro Francis dimicans cecidit, Godefrido fratre Arſcoti ac Birbachi domino; tum aduerſarũ partium duce. Godefridum Franci anno 1356. interemêre, liberos non reliquit. Deuoluta ad Ludouicum Ioannis Comitis filium ſecundo genitum Vicecomitem Caſtri Heraldi in Pictonibus Galliæ, hereditas: nec huic quidquam genitum: quare Ioannem ex Ioanne fratre nepotem Comitem Harecurienſem ſucceſſorem fecit; Venceſlao ac Ioannâ Brabantiam gubernantibus. Ioanni porrò Maria, Petri Borbonienſis Ducis filia, Ioannem Comitem, Ludouicum & Mariam peperit: quorum Ludouicus Archiepiſcopum Rothomagenſem, Dominum Caſtri Heraldi, Arſcoti, & Birbachi egit vſque ad annũ 1422. Exinde Croiacenſium familia hæc omnia gubernauit: ex connubio (vt accepi) Mariæ ſororis archiepiſcopi, cum Ioanne Croiacenſi. Hæc de priſcis Arſcotanis principibus nobis comperta. Arnoldus verò Loſſenſis Comes, alter Godefridi 18.
gener, filiam vnicam Gerardo Iuliacenſi Comiti elocauit. Horum filius Guilielmus Brabantinis diſcors Sichenas & Rodam, Reginhaldo Domino à Schoonvorſt ceſſit. Reginhaldo copioſa ſoboles; Reginhaldus primogenitus, Sichenas, quæ ipſi obuenerant, Thomæ Domino Diſtenſium vendidit anno 1413. Ioannes Rodam Sanctæ Agathæ cum Diepenbeka, Cranedunga, & Monte Iouis; Cunradus Elſloam & alia quædam trans Moſam loca ſortitus. Ioanne, Ioannes & Catharina prodiere. Hæc Rodæ Domina, Guilielmo Comiti à Seyne nupſit. Filius eorum Guilielmus comitatum paternum, & Rodam vſque ad annum 1430 rexit: quo è viuis ſublatus Cunradum Dominum ab Eſloo, Cunradi magni auunculi filium, ſucceſſorem reliquit. Cunradum Maria ſoror ſubſecuta; & Ioanni Gauero nupta, Rodam in eam familiam tranſtulit. Eius familiæ & Harecurienſis, quoniam pauca de ijs inter noſtrates cognita, ſchemata ſubiecimus.

Harecurienſes.

1 Godefridus Comes Virſonenſis, do-
19. minus Arſcoti, Birbachi, Sichenarum & Rodæ.

2 • Filia vxor Harecuriæ Comitis.

Ioannes Comes ad Creciacum cæſus.	3 Godefridus dominus Arſcoti, & Birbachi.

Ioannes Comes. II. 5 Ioannes III. Comes.	4 Ludouicus dominus Caſtri Heraldi Arſcoti & Birbachi.

Ioannes IV. Comes.	6 Ludouicus Archiepiſcopus dominus Caſtri Heraldi Arſcoti, & Birbachi.	7 Maria vxor Ioannis Croiacenſis.

Schoon-Vorſt.

1 Reginhaldus

Reginhaldus II dominus à Schoonvorſt & Sichenarũ.	2 Ioannes dominus Rodæ Sanctæ Agathæ, &c.	Cunrardus dominus ab Elſloo.

Ioannes dominus Diepenbecæ Cranedungæ, &c.	3 Catharina domina Rodæ S. Agathæ vxor Guilelmi Comitis à Seine. 4 Guilielmus eorũ filius, Comes à Seine & dominus Rodæ.	5 Cunrardus dominus ab Elſloo & dominus Rodæ S. Agathæ.	6 Maria domina Rodæ Elſloo vxor Ioannis Gaucrij.

Inſignia Familiæ de Harcourt Bruxellæ in Domo Senatoria viſuntur.

CAPVT V.

Bruxella.

1. A Paludibus, *Bruchſellam* hanc appellatam multorum eſt opinio, comitatus titulo olim, vt Louanium, nobilem; at imparis vetuſtatis. Duos vicos fuiſſe apparet, ſuperiorem Bruchſellam ac inferiorem, tandem muris cinctam inferiorem, partem ſuperioris, ac vici qui Molenbeca
2. dicitur, vnà clauſiſſe. Conſtat eam Carolo duci priſco Lotharingiæ, ob ſitus amœnitatem & immanem fontium copiam placuiſſe: adeò vt hunc domicilio locum deligeret. Palatium eius fuit in inſula Sennæ fluminis, haut procul æde D. Gaugerici. Arcem Bruchſellæ fuiſſe, ſeu Burgum prope eum lo-
3. cum, vbi nunc Ducale palatium eſt, monumenta collegij D. Gudulæ, & cœnobij Frigidomontani teſtantur: quin & ruinas exſtare aiunt inter id cœnobium, Palatiumque. Clara ex
4. eo Burgrauiorum ſeu Caſtellanorum Bruxellenſium nobilitas, etiam ante Godefridum Barbatum Ducem eminuit. Nobiliſſimus horum Franco anno 1106. *Foreſtam* allodium ſuum in Virginum cœnobium commutauit. Succedens ætas, Leo-

nium

nium, Franconem, Godefridum, Leonium Caſtellanos vidit. Tranſlatus mox in Marbacenſium ex Namurceſio familiam Burgrauiatus. Gerardus Marbacenſis floruit anno 1312. A Marbacenſibus ad Bocholdanos deuenit. Bocholdanis Arcbergenſes, Arduennæ nobiles, ſucceſſêre: vt aliàs latiùs. Fuêre olim Bruxellenſes, non minùs Louanienſibus lanificij ſtudioſi; tapetiorum inſuper textores & armorum fabri exercitatiſſimi. Nobilitas ſanè nuſquam maiore in numero floruit: nuſ- 5.
quam maiorem in rebus bellicis gloriam conſecuta: nuſquam ſe fortiùs à plebeiorum inſolentiâ ſeditionibuſque defendit.
In ſeptẽ familias diuiſa eſt: quarum nomina ſunt *Sherhuughs*, id 6.
eſt, Domini Hugonis *Sher-Roelofs* id eſt, domini Rudolfi (quòd fortè à viris fortibus Hugone & Rudolfo originẽ traxerint) *van Coudenberghe* à parte vrbis ita nominata: *Sweerts*, id eſt, Hoſpitis: *uyt den Steenweghe*, id eſt, ex via lapidea: *Sleewz*, id eſt, Leonis: *van Rodenbeke* à rubro riuo. Ex his omnibus Patricijs
origo eſt. Auguſtiſſimam D. Gudulæ baſilicam in vrbe Bru- 7.
xellenſi, Lambertus Comes, cognomento Baldericus, condidit anno 1047. eoque corpus D. Gudulæ è Diui Gaugerici ęde transferri iuſſit. Canonicorum quoque XII. collegium ab eodem inſtitutum. Vrbis vna pars montoſa palatium Ducis, & Brabantiæ nobilium domicilia complectitur: cetera decliuia. Fontes, qui magnâ copiâ ex montibus ſcaturiunt, & Senna fluuius, ex Hannonia per Gaſbecanam ditionem vrbem illap-
ſus irrigat. Auget vrbis amœnitatem Sonia ſilua, paruo ſpatio 8.
diſſita (venatu principibus, lignatione omni populo vberrimè deſeruiens) à Bruxella, Branium (nunc Hannoniæ, olim Brachbanti opidum, vſque protenditur. Quâ Louanienſium finibus
obuertitur, *Fura* locus eſt perquam amœnus, vetus Comitum 9.
patrimonium, vbi Burgus antiquitate conſpicuus ſuum olim Burgrauium habuit: in eo ædicula eſt, quam D. Huberti primùm deſertorum cultoris, dein Epiſcopi Leodienſis cellam
fuiſſe aiunt. Ad Occidentalem Bruxellæ partem, Aſca vicus, 10.
arxque nobilis, veteri eique clariſſimæ Aſcanorum familiæ nomen dedit, quorum Henricus & Godefridus fratres, memorabili illâ Aſiaticâ expeditione anni 1096. rebus fortiſſimè geſtis

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

enotuêre: vt Guilielmus Tyrius auctor eſt in hiſtoria belli Sacri. Poſteros eorum hereditario vexilliferi Brabantiæ munere fun-
11. ctos legimus. Bertoldorum etiam familiæ par Aſcanis nobilitas. Godefrido hi Barbato ducatum Lotharingiæ capeſſenti obſiſtere auſi: variè diu cum eo, ſucceſſoribuſque dimicârunt, Mechliniam, terram Grimberganam, ac magnam Taxandri Comitatus partem olim poſſedêre. Redactis tandem in ordi-
12. nem, multum priſtinæ gloriæ & diuitiarum ademtum. Bertoldorum porrò gens auito Aduocatorum Grimbergenſium nomine olim eminuit: ex quibus Valterus obijt anno 1120: Gerardus, 1131: Arnoldus, 1237: Valterus 1178: Gerardus II. 1181: Gerardus III. 1200: Arnoldus II. 1211: Gerardus IV. 1225. Gerardus V. an. 1259: Maria vxor Philippi Comitis Vianæ, 1309. Philippus Comes Vianæ circa annum 1316: Gerardus filius eius, poſtremus Vianenſium anno 1332. Ioannes dein cognomento ab *Aa*. Grimbergam poſſedit. Poſt eum Henricus Bergenſis: quo circa annum 1419. elato, Ioannes à Glimis, Bergas ad Zomam cum Grimberga ad poſteros tranſmiſit. Paullò ſupra Bruxellam, in Hannoniam *Gasbecanus* vergit ager, pingui ac vbere glebâ omnem reliquam Brabantiam vincens: nobilis & hic
13. Baronum Familia, nec minùs antiqua: at quorum res geſtas ignaua obſcurauit obliuio; Baronatus tandem interitu nobiliſſimæ ſtirpis, Ducali fiſco ceſſit. circa annum verò 1235 priuatim gubernari cœpit à Godefrido Louanienſi, fratre Henrici II. Ducis, qui Gaſebecæ & Harſtalli dominus dicebatur. Succeſsêre Henricus, Ioannes; hinc Apcoudanorum nobilis ex Hollandia familia, Gaſebecám poſſedit: Iacobus Apcoudanus Philippo Hornano Bauſigniacenſi vendidit ante annum 1450.

CAPVT VI.

Niuigella.

1. BRACHBANTI tractum à Sonia ſilua ad Sabis fluenta protenſum veteres Romanduam appellârunt. eius pars nunc in Namurceſij nomen mutata. Niuigellam regio-
2. nis caput varia commendabile efficere. Sunt ibi Ducũ aliquot ac Comitũ ſepulcra: Pipini videlicet Landinienſis, Gertrudis eius

eius filiæ, Ottonis poſtremi ex Carololingis Lotharingiæ Ducis, Lamberti Barbati, Henrici primi, Lamberti Balderici, Henricorum II. ac III. Gerbergæ cœnobium Niuigella ab Itta
vxore Pipini Landinienſis conditum, Gertrudis eorum filia 3.
diu gubernauit, obijtque anno 664. quod magnam opidi vetuſtatem arguit. Aduocatiam cœnobij Imperatores per multa 4.
tempora ſibi retinuere vſque ad Philippum Sueuum, qui eam Henrico primo Duci anno 1204. donauit, beneficiario iure
poſſidendam: diplomatis exemplar nos vidimus. Gemblacum 5.
haut procul Niuigellâ Romanduorum opidum, Litoldus vir
fortiſſimus olim poſſedit: cuius filius Guibertus cum ibi cœno- 6.
bium Benedictinorum conſtituiſſet, ipſe in Gorzia cœnobio monaſticen profiteri cœpit anno 921. Eius cœnobij Aduocatiam Otto Imperator anno 947. Lamberto Comiti Loua-
nienſi contulit, vt cap. 4. retulimus. Inter Gemblacum ac Ni- 7.
uigellam arx viſitur vetus Genappa, quam Idæ matri Godefridi
Bononienſis magni quondam Ducis Lotharingiæ ac Hieroſo- 8.
lymorum expugnatoris, dotalem ac habitaculo fuiſſe tradunt:
Godefridum Baſiaci (quod eius tractus vicus eſt caſtello olim 9.
inſignis) natum adfirmant & enutritum. Eſt item inter Ro- 10.
manduos vicus inſignis Eincuria: D. Reginulfæ corpore ac mi- 11.
raculis clarus, vbi patrē eius Adonē virum in palatio Francorū nobiliſſimum habitaſſe, ac loco nomen dediſſe, vt Adonis Curia diceretur, opinantur: meminit Reginulfæ Sigebertus in geſtis anni 643. Romanduos attingit ad ripam Veſpæ fluminis Comitatus Turinenſis, binis à Louanio milliaribus, patrimonium quondam Alpaidis, quæ ex Pipini Harſtallienſis furtiuo concubitu Caroli Martelli mater, adulterium perpetuâ pænitentiâ eluit: Orpij etenim, quod & Adorpium dicitur cœnobio condito ſe incluſit, & comitatū ſuum eccleſiæ Leodienſi adtribuit, in cædis D. Lamberti expiationem, quam eius iuſſu frater Dodo perpetrârat. Complectebatur Comitatus Turinenſis, Turinas, Bauechinum, Hugardas, Luminium, Hoxemium,
agroſque circumvicinos. Indè euenit, vt ad hæc vſque tempo- 12.
ra, Leodienſes tam latè in ipſa Brabantiæ interiora dominentur. Qui in Commentarios Cæſaris de bello Gallico ſcripsêre,

Adua-

Aduaticos gentem è Cimbrorum poſteritate ferociſſimam, partem Romanduorum incoluiſſe aſſerunt. Clara priſcis tem-
13. poribus erat inter Romanduos Paruetanorum Baronum nobilitas, Guilielmus Godefrido III. Duci. ex Imagina filia Comitis Loſſenſis genitus, huic initium dedit. Godefridus filius Guilielmi obijt anno 1257. Godefridus II. anno 1265. Hinc ad Hornanam gentem Baronatum hunc perueniſſe lego, incertũ quo iure. Gerardus Dominus Hornæ & Parueti floruit circa annum 1316. Theodericus Hornanus circa annum 1360. Henricus Theoderici filius vir fortiſſimus, in prœlio Montenacenſi cecidit anno 1408. Hinc Ioannes Hornanus, pater Henrici, Aleidis, Eliſabethæ, Mariæ, Paruetum poſſedit. Ex his Henricus liberos non reliquit, prœlio Guinegattenſi interemtus anno 1479. Eliſabeth Ioanni Roſſelarienſi Baroni, (quem ad has nuptias tranſeuntẽ, Baronatui ſuo ceſſiſſe ſuprà cap. IV. retuli) nupta Paruetum obtinuit; Aleidis Ioanni à Meroda; Maria Iacobo Bauio Domino Goſuinicuriæ, nupſère. Huic euenit, vt exſtinctâ tam Eliſabethæ, quàm Mariæ ſobole, Merodenſis familia, Paruetano Baronatu potiretur, interim tamen ex poſteritate Eliſabethæ Barones Paruetanos reperio Ioannem Roſſelarienſem filiumque eius Henricum.

CAPVT VII.

Andouerpia.

1. ANDOVERPOS ab Ambiuaritorũ appellatione (quos ex Cæſaris deſcriptione liquidò conſtat, haut procul eo loco vbi nunc eſt Andouerpia habitaſſe) nomẽ ſortitos non obſcura fuerit coniectura. Reperitur enim eorum apud vetuſtiſſimos hiſtoricos mentio. Inter ceteros D. Au-
2. doënus in vita D. Eligij, qui anno 660 obijt: *Eligium*, inquit, *Flandrenſes, Andouerpenſes, Sueui, & barbari, quique circa maris litora degentes primùm hoſtili animo & aduersâ mente ſuſceperunt.* Et alio loco de eodem. *Multùm*, inquit, *præterea in Flandris*
3. *laborauit, iugi conſtantiá in Andouerpis pugnauit.* Conſona omnium

Digitized by Google

nium opinio eſt Francos iam ab initio pœne occupati inter
Germanos inferiores imperij Marcham illic, ſeu limitaneam
Præfecturam conſtituiſſe, eamque poſteriùs ad Anſbertum de-
ueniſſe (cuius ſuprà abunde I. & III. capite meminimus) ab
eoque ad poſteros vnà cum Auſtraſiæ ducatu transmiſſam.
Opidum quidem Andouerpum tum appellatum Sigebertus te-
ſtatur in geſtis anni 837. *Normanni*, inquit, *Gallias infeſtant: Doreſtatum vaſtant: Andouerpum opidum, & VVitlam, emporium ſitum iuxta oſtium Moſæ, incendunt.* Porrò Andouerpiā, (ſiue An- 4.
douerpum dicas) eoſdē ſemper habuiſſe principes quos Brach-
bantum reperio, vſque ad annum 1005: quo poſt mortem Du-
cis Ottonis, cùm Brachbantum ad Comites deuolueretur, Lo-
tharingiæ Duces ex Arduennatibus ſuprà, fine III. cap. à nobis
nominati, Marcham Andouerpenſem rexerunt: contrà quàm
noſtrates Chronographi hactenus opinati ſunt. Lambertus
Scaſnaburgenſis Germanus, qui geſta Henricorum III. & IV.
Imperatorum elegantiſſimè conſcripſit, in geſtis anni 1076.
Gozzilo, inquit, *Dux Lotharingorum, cùm eſſet in confinio Lotharingiæ & Flandriæ, in ciuitate, quæ dicitur Antuuerpha, occiſus eſt per inſidias, vt putabatur, Roberti Flandrenſis comitis.* Et paullò
pòſt de Imp. Henrico IV. locutus; *Paſcha*, inquit, *Traiecti celebrauit: ibique Ducatum Lotharingiæ filio ſuo Cunrado; Marcham verò, quæ vocatur, Antuverpha, Godefrido conſobrino Gozzilonis Ducis, filio Euſtathij Comitis, impigro, & ad rem militarem acerrimo adoleſcenti tradidit.* Hæc ille. Proinde Godefridus Bono-
nienſis hîc denotatur: qui poſtea ducatu Lotharingiæ auctus
collegium Canonicorum [a] Andouerpiæ inſtituit. Ex quibus 5.
liquet hunc & auunculum eius Gozzilonē Andouerpiam poſ-
ſediſſe. Poſtea verò, cùm Godefridus Barbatus ducatum dono
Henrici V. Imp. obtineret, Marcham tum ei adiectam dicunt.
Alij id multò antè actum contendunt. Conſtat nihilominus
penes Godefridi poſteros Andouerpiam permanſiſſe & Brach-
banto connexam. Quare licèt vetuſtate ceteras vinceret, tertia 6.
tamen inter vrbes deinceps habita. Ceterùm Godefridus
Barbatus Andouerpenſes à peruerſiſſima Tancelini aut Tande-
monis hæreſi purgauit, Norberto illis concionatore deſtinato;

[a] *Antuerpienſe Canonicorum collegium Godefriдus Bullonius inſtituit.*

Nota Andouerpæ antiquitatem pro qua ſtat & Lipſius lib. de Louanio.

Philippus; poſt Philippum *Ioannes* Dominus à Lec, Hollandus, quo titulo Bredam tenuerit, ignoro. Conſtat tamen, quòd Ioannis filia, *Ioanna* nomine, Engelberto Comiti Naſſauiæ, iuueni tum Germanorum nobiliſſimo, locata anno 1404, Naſſauiorum genti aditum in Brabantiam patefecerit.

CAPVT IX.

Texandria.

PROXIMVS Andouerpienſi marchiæ pagus Teſſandriæ; 1.
ſeu Comitatus Texandrus: poſteriori ſeculo Campinia
appellatus fuit. Exſtat vicus patrio ſermone *Teſſenderloo*, 2.
nuncupatus: in confinio Campiniæ Brabanticæ & Leodienſis
(ita enim diuiditur) Leodienſibus parens. Priſcum adhuc nomen habebat Teſſandria, ætate Ottonis ſecundi Imperatoris;
vt Meyerus aſſerit in Commentarijs rerum Flandricarum; in
geſtis anni 974. vbi vicos Nordwijck & Idegem in pago Teſ- 3.
ſandriæ memorat ab Ottone, cœnobio Gandenſi adtributos.
Sunt hi Herendallis hodie propinqui. Feritatis Texandrorum magnum eſt argumentum, quòd ex inferioribus Germanis vltimi Chriſti fidem ſuſceperint: prædicante nempe D. Lamberto Tungrorũ Epiſcopo; vt mirum ſit Pipinos Duces, principes inuictiſſimos ac religioſiſſimos, non antè hunc populum
à gentilitate reducere potuiſſe. Eſt in Teſſandria vetus opidũ Li- 4.
ra, [a] D. *Gundemari* Emblegiñienſis, viri nobilis ac ſancti memoriâ celebre. Vixit is regnante Pipino, patre Caroli Magni.* Demeris fluuius, paullò ſupra Beliſiam Loſſenſis Comitatus opidũ
ortus, ac Tylam Louanienſem in vico Verrichtra influens: Teſ- *5.
ſandriam á Brachbanto olim diſcriminabat, vt alibi diximus.
Idem nunc Campiniam eâ in parte à reliqua Brabantia ſecludit.
Campinia verò, Texandriâ latior, ad Septemtrionem Moſâ flu- 6.
mine ac Hollandiæ finibus clauditur. *Boſcum* primarium re-
gionis opidum, veteribus *Orten* fuit. Exſtat diploma quorum- 7.
dam priuilegiorum à Philippo Imperatore Henrico Duci datorum: quæ hoc nomine appellant. *Homines quoque*, inquit,

[a] *Vulgus Gummarum. Chronicon Cameracenſe Gummarum nuncupat.*

 ciui-

ciuitatum Ducis, videlicet Orten, quæ nunc Silua dicitur, & Tyele:
per totum Imperium, in exactione telonei eamdem habebunt iuſti-
tiam & libertatem: quam habuerunt temporibus patris & fratris
8. *noſtri.* Acta fuêre hæc, anno 1204. Paullò ſupra Boſcum, *Or-*
ſchotum inſignis eſt vicus: Vbi *Bodgin* nobilem olim virum
imperaſſe ferunt: cuius filius [a] *Odulfus*, æuo Caroli Magni ac
Ludouici Pij, Vltraiectenſem ſanctitate illuſtrauit Eccleſiam.
Rodam quoque haut procul Orſcoto, Dommulæ fluuio adia-
centem, D. *Odæ*, Aquitanæ feminæ, amitæ D. Huberti Leo-
dienſium Præſulis, ſanctitas ac miracula celebrem fecêre. Cla-
9. ruit hęc circa annũ 700. Quattuor à Boſco milliaribus Comita-
tui Cudicenſi initium eſt: quem vernaculè *Cuyck* appellant.
Potentes olim hi Comites: cùm ſe Vltraiectinorum Epiſcopo-
rum clientelâ (cui antiquitus obnoxij erant) exemiſſent, truci-
dato tandẽ Florentio fratre Hollandiæ Comitis, decreto Lotha-
rij Imperatoris, Comitatus titulo multati ſunt circa annũ 1137.
Grauia regionis caput, multorum inter Brabantinos ac Gelros
bellorum fuit ſeminarium. Inter Comites, *Hermannum* inue-
nio, qui anno 1062. Florentium Hollandiæ Comitem prœlio
occîdit. Dein filium eius *Hermannum* anno 1137. à Lothario Im-
10 peratore Comitis titulo priuatum. Poſt eum Cudicenſes Baro-
nes fuêre, *Henricus* tempore Henrici primi Ducis. *Albertus*
eius filius: *Ioannes*, qui bellis Flandricis, ſub Guidone Comite
geſtis circa annum 1300, Flandrorũ in Francos ductor exſtitit.
obijt anno 1308. Succeſſit *Ioannes* filius. Dein *Otho*, qui ac-
ceptis 5000 librarum nigrorũ Turonenſium Grauiam clien-
telæ Ioannis III. Ducis, ſubjecit 1323. Hunc *Henricus* Frater,
Hogſtrati Dominus ſubſecutus, *Ioannẽ, Henricum, & Venemarũ*
reliquit: qui defuncto patre opes eius partiti. *Ioannes* Cudicen-
ſem terram; *Henricus* Hogſtratum; *Venemarus* alios quoſdam
vicos obtinuêre. Ex Ioanne alter *Ioannes* prodijt, & ſinè liberis
defunctus eſt. Ortâ tum contentione inter Venemarum, &
Henrici Hogſtratani filium Ioannem; Venemarus tandem ip-
ſo iure potior Ioannem eiecit. At Venemari filius Ioannes,
cùm Gelris adiectiſſimus, patrem captum, & Grauiam ipſis
prodidiſſet, principatu tandem ſpoliatus eſt per Brabantinos.

[a] *De S. Odulfo vide Molanũ in Natalibus SS. Belgij itemq; de S. Oda.*

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT X.

Ciuitates Brabantiæ ad Hasbanicum limitem.

HASBANIVM veterum Auſtraſiæ Ducũ, Carolomanni, Pipini Landinienſis, Grimoaldi, Pipini II. Anſegiſili, &c. (ſi noſtratium Chronographorum ſcriptis credimus) fuit patrimonium. Quattuor olim comitatus, vt Brachbantum habebat, teſte Aimonio, ac veriſimile eſt terminos eius fuiſſe Moſam ad Orientem, & Meridiem, hinc Velpam, à Septemtrione Demerim. Poſtea verò pars eius Brabantiæ con- 1.
nexa, quæ Tillemontem, Soutleuuam, Landinum, Hannutumq́ue complectitur. Landino multa vetuſtatem adſtruunt, 2.
Pipino primo conditori ſuo cognomen dedit: nati illic Duces complures, conditi aliquot. At continuis Leodienſium ac Brabantinorum bellis, ipſa primos incurſus excipere ſolita, ſæpiùs deuaſtata fuit crematáque: humile opidum nunc, vixq́ue eo nomine dignum: de reliquorum antiquitatibus nihil nobis compertum. 3.

CAPVT XI.

Traiectum Moſæ & Harſtallum.

TRAIECTVM à Romanis conditũ, obq́ue traiectũ fluminis nomẽ accepiſſe arbitrantur; alij vocabulũ Gallicũ *Trecht* vel *Drecht* opidum ſignificare volunt, vt in geſtis anni 697. Sigebertus. Id nobis perinde erit: apparet nihilominus cõditum eo tempore quo Romani Gallias tenebant. 1.
Clara eius memoria D. Seruatij (quem Sulp. Seuerus *Seruationem*, alij *Sarbatium* vocãnt) obitu: qui à Tungris, quas Hunnicâ 2.
vaſtatione euertendas cognôrat, ſedẽ eò tranſtulit. teſtes Gregorius Turonenſis lib. II. hiſtoriæ Francorum, & Sigebertus in geſtis anni 453. Fama eſt eius Diui meritis tum inconcuſſum ſtetiſſe. Hinc anno 512. à Chlodoueo Francorum 3.

4. Rege, Epiſcopum accepit Agricolaum. Succeſſêre Agricolao, Vrſicinus, Deſignatus, Reſignatus, Sulpicius, Quirillus, Eucherius, Falco, Bucharius, Domitianus, Monulfus, Gundulfus, Perpetuus, Ioannes, Amandus, Remaclus, Theodardus, Lambertus, poſtremus Hubertus admonitus (vt ferunt) diuinitus, ſedem vnà cum D. Lamberti corpore, Leodicũ tranſtulit. Dicti poſtea Leodicenſes, qui hucuſque Tungrorũ epiſcopi fuerant. Actum id anno 710. Hinc Traiectum ſæpius Dominos mutauit: potiſſimùm tamen Lotharingiæ Re-
5. gibus & Ducibus paruit. Philippus Imperator eo diplomate (cuius cap. IX. meminimus) D. Seruatij Eccleſiam Henrico Duci conceſſit: beneficiario iure poſſidendam, vnà cum opi-
6. do Traiectenſi eiuſque appendicibus. Verùm licèt hæc à Frederico II. Imperatore confirmata eſſent, & Henrico eius filio; Rudolfus tamen Habſburgenſis, ſæpius conatus eſt Duci Ioanni primo negotium faceſſere: immo & Ioanni ſecundo Duci, Præpoſitum illic inſtituenti, obſtitit. Compoſitam tamẽ hanc controuerſiam, Albertus Rudolfi filius reuocauit. Relata tum in curiam Romanam cauſſa. Olradus Ponteiũs Laudenſis Iuriſconſultus pro Duce cõſuluit, & eum obtinuiſſe pu-
7. to. videre hæc licet in Olradi conſilio 312. Mox & cum Leodienſium epiſcopis de Traiecti Dominio, Duces variè contenderunt. Hinc ciues ipſi occaſionem nacti ſpreto iugo vtro-
8. rumque, ſenſim ſe in libertatem vindicare nixi ſunt: Donec Caroli V. Imperatoris ſtudio effectum, vt Brabantiæ annexi,
9. forum etiam Brabanticum ſponte ſectentur. Ad Moſæ ripam haut procul Traiecto, Harſtallum viſitur: vbi palatium à Pipino II. Duce conditum: ipſi poſteriſque eius Ducibus Regibus, Imperatoribuſque in delicijs fuit. Multa de Harſtallo reperies apud Eginartum, Reginonem, Adonem, Sigebertum, Marianũ, Aimonium Chronographos. Habuit aliquando ſuos principes Harſtallum: Godefridum filiũ Henrici primi ducis,
10. cognomento Louanienſem, Henricum, Ioannem & Henricũ filium Ioannis: hoc ſinè liberis ſublato circa annum 1310. ad noſtra vſque tempora in Ducum poſſeſſione fuit, nunc verò in
11. ditionem Leodienſium conceſſit, vt antè cap. II. relatum.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XII.

Duces Brabantiæ iuſtè titulum Lotharingiæ vſurpaſſe.

De Brabantiæ Ducum titulo adeo à noſtris erratum; vt 1.
Lotharicium quoddam ſomniarent, trans Moſam exiguum ducatum, cuius Harſtallum caput eſſet. Cuius titulum Principibus noſtris affinxerunt: ob id fortè, nè Francorum calumnijs obnoxij eſſent. Fuêre enim ex Francis nonnulli 2.
hiſtorici, qui Carolum Audacem Burgundiæ Ducem conuicijs inceſſerunt, quaſi nouo ac à ſe inuento Lotharingiæ Ducis titulo vſum: cùm nec latum palmum ex ea poſſederet: æſtimantes, cùm Ducatui ad Moſellã inhiaret, eo primùm vti cœpiſſe. Verùm conſtat ex Sigeberto, alijſque eius ætatis Chronographis, Godefridum Barbatum Comitem Louanienſem, cùm Arduennatibus ac Henrico Lemburgenſi in Ducatu Lotha- 3.
ringiæ ſucceſſiſſet, iuſtè titulum, quo illi antè vſi fuerant, aſſumſiſſe: quem etiam ad poſteros tranſmiſit; adeoque ex veterum Ducum, Godefridorum, primi, ſecundi & tertij; Henricorum item primi & ſecundi diuerſis diplomatibus euidentiſſimè liquet, eos tantùm Lotharingiæ Duces fuiſſe appellatos. Henricus verò tertius, primus Brabantiæ titulum addidit. Nec enim omnis veterum Principum Ducatus Brabantia appellabatur, vt multi falsò æſtimârunt, & ex reliqua Lotharingia poſſidebant Aquaſgrani, Traiectum, Comitatum Batuæ, Vel- 4.
uam. De Aquis auctor Sigebertus in geſtis anni 1107. *Henricus*, inquit, *ex dux affectans repetere Ducatum, occupat opidum Aquaſgrani contra Godefridum Ducem.* Hæc ille de Godefrido Barbato locutus, Traiectũ hucuſque Duces noſtri retinent. De Batua conſtat deciſam ab Henrico VI. Imperatore inter Balduinũ Vltraiectinum Epiſcopum & Henricum primum Ducẽ controuerſiã an. 1196. Batua vſq; ad Ioannis III. tempora, Ducibus noſtris paruit. Vnde manifeſtum eſt, Francorũ hiſtoricos ſatis liuidè hac in re calumniandi anſam quærere: & noſtros in Lotharicio ſuo præ vetuſtatis ignorantiâ plurimũ hallucinari.

5. Porrò de inſignijs Ducum noſtrorum ſi quis curioſus ſit, ſanè non puto eos alijs antiquitus vſos, quàm quibus nunc Louanienſis vrbs vtitur: nempe faſcia alba in rubro ſcuto eiuſcemodi in feneſtra admodùm antiqua videmus in choro beginarum Bruxellenſium: quæ Imaginam Loſſenſem ſecundam Godefridi III. Ducis vxorem, illic ſtatuiſſe credo. Poſteriores verò duces leonem aureum in nigro ſcuto geſtârunt.

CAPVT XIII.

Priſcos Duces ex Imperij principibus fuiſſe.

1. QVOD priſci Duces ex Imperij principibus fuerint; ex Trithemio, Vrſpergenſi, Crantzio paſſim liquet: qui varijs Imperij comitijs eos interfuiſſe auctores ſunt. Munſterus quoque in ſua Coſmographia libro tertio in rebus archiepiſcorum Moguntinenſium. memorat Ducem Braban-
2. tiæ adfuiſſe comitijs Moguntinis, anno 1184. Erat hic Henricus primus Dux, qui inter ceteros, varia pro Imperatoribus non ſinè laude peregit: vt apud Trithemium in Chronico Hirzaugienſi videre licet: in Marquardo abbate XXI. in Lutfrido abbate XXII. Eius etenim operâ Philippus Imperator Ottonem competitorem ſuum, Germaniâ pepulit. Colonienſes bis in Imperatorum fidem reducti. Confirmant hęc, abbas Vrſpergenſis, Nauclerus, Albertus Crantzius in Saxonum Hiſtoria;
3. & nos alibi, Deo fauente, fuſiùs enarrabimus. Exſtat priuilegium Philippi, quo feminas in Ducatum Lotharingiæ & Brabantiæ, ſi mares deficiant, ſuccedere permiſit; & Niuellam cum Traiecto, & annuas 60. vini Alſatici caracas Henrico Duci donauit; maximis eius in Imperium meritis prouocatus.
4. Aliud item Caroli IV. quo Brabantini in regionibus Imperio ſubditis detineri prohibentur, Ioanni III. Duci datum anno
5. 1349. Poſt annum verò 1406. Brabantiæ Duces, Germanorum comitijs abſtinere cœperunt: ducatu ad Antonium filium Philippi Audacis Burgundiæ Ducis deuoluto.

CAPVT

CAPVT XIV.

Quàm bellicoſi olim Brabantini fuerint.

QVANQVAM adſtruendæ Brabantinorum virtuti, ea quæ Regino, Sigebertus, Aimonius, Lambertus, Otto Friſingenſis, alijque complures de Lotharingis (in quorum numero haut dubiè Brabantini continebantur) prædicant, ſufficere potuerant; exſtant tamen veterum ſcripta, priuatim bellicos Brabantinorum actus prodentia. Robertus Abbas Montis, qui aliquot Angliæ Regum res geſtas in litteras retulit in geſtis annorum 1174. & 1175. narrat virtute Brabantinorum repreſſas ab Henrico Rege Normannorum, Britannorum, Aquitanorumque rebelliones. 1. Meruêre eâ tempeſtate & Frederico primo Imperatori, ductu Chriſtiani Moguntini archiepiſcopi qua de re idem Robertus in geſtis anni 1182. 2. *Chriſtianus*, inquit, *Moguntienſis epiſcopus obijt: qui ſe non habebat ſecundùm morem clericorum; ſed more tyranni exercitus ducendo & Brebenſones: & multa mala fecit Eccleſiæ Romanæ; & hominibus ſancti Petri, & quibuſdam Ciuitatibus Longobardiæ, quæ erant contrariæ Imperatori Alemaniæ Domino ſuo.* Hæc ille. Albertus verò Crantzius in Hiſtoria Saxoniæ, vitam recenſens Frederici primi Imperatoris, hæc eadem ſcribit, additque Brabantinos non minoris eo tempore æſtimatos fuiſſe, quàm ſuo Hel- 3. uetios: adeo vt Henricus Saxonum Dux, cùm Vandalos auitis ſedibus anno 1160 expuliſſet, ex Brabantinis eò nouas co- 4. lonias duxerit. Nec minori laude Brabantinos proſequitur Paul- 5. lus Æmilius, qui Iacobum Auennenſem eorum aliquot millia in Syriam duxiſſe tradit, eorumque ſanguine partam Chriſtianorum exercitui contra Saladinum victoriam anno 1190. Vincentius item Hiſtoriarum libro XXX. cap. XXIV. *Philip-* 6. *pus*, inquit, *Comes Flandrenſis, Otto Dux Burgundiæ, Guilielmus archiepiſcopus Remenſis, & fratres eius conſpirant in Regem. Rex autem per Brabanſones, terram Comitis Stephani vaſtat.* Et Nicolaus Gilleus Gallicus ſcriptor in Annalibus Franciæ, in vita

Exſtat editum Sigeberti Chronicon.

Philippi Auguſti ita ſcribit de Brabantinis: *Au dit an* 1181. *Philippe Conte de Flandres, le Duc de Bourgoigne, Guillaume Archeueſque de Reims oncle du Roy, Thibauld Conte de Blois, Eſtienne Conte de Sancerre machinerent & firent coniuration contre le ieune Roy Philippe & s'eſleuerent contre luy, & luy firent grande guerre: dont le Roy fut fort troublé & dommagé. Ledit ieune Roy s'allia des Brabanſons, & à leur ayde courut, & gaſta les terres dudit Philippe Con-*
7. *te de Flandres, & de Eſtienne Conte de Sancerre.* Crantzius item in Metropoli ſua in geſtis Gerardi à Lippia archiepiſcopi Bremenſis, auctor eſt eum longo tempore, ac infelici plerumque fortunâ, cum hæreticis Stadienſibus bellaſſe: eoſdemq; demum ad internecionem deuiciſſe, cum Henricus ſecundus Dux cum ſelectiſſimis ſuorũ copijs auxilio adueniſſet. Cõfirmat hæc Brando in geſtis anni 1234. nobiles etiam, qui è Brabantia Henricũ ſecuti fuerant, aliquot enumerans: Valterum Bertoldũ Mechlinienſem, Valterum Bocholdanũ, Arnoldũ Veſemalium, Guilielmum Grimberganũ, Guilielmũ Aſcanum. Proinde vt ſum-
8. matim referã externos principes, qui olim Brabantinorũ auxilio in hoſtes vſi ſunt, fuêre hi: *Fredericus I.* Imp. (vt ante dictũ) contra Romanos & Mediolanenſes: *Henricus* Angliæ Rex primus contra Normannos, Britannos, Aquitanos, & in Anglia. *Ricardus* Anglorum Rex in Aquitania. *Philippus Auguſtus* Francorum Rex in Flandros. *Ioannes* Anglorum Rex in Anglos rebelles: *Gerardus* Bremenſis archiepiſcopus, in Stadienſes hæreticos: *Philippus, Otto, Fredericus* II, Imperatores contra varios hoſtes: *Edouardus* Anglorũ Rex, contra Scottos ad Cameracũ; ad Tornacũ &c. adeoque horũ Principum complures, virtu-
9. tis merito, Brabantinos, diuerſis cumulârunt beneficijs, vt in Annalibus, fauente Deo, fuſiùs proſequemur. Quantâ verò virtute Lemburgenſem Ducatum, Ioanni Duci ſuo Brabantini acquiſierint, omnibus paſſim notum. Sunt & inter hiſtoricos nonnulli, qui nominatim illuſtres Brabantinos commemo-
10. rant; vt Henricum Aſcanum *Guilielmus Tyrius* in hiſtoria Belli ſacri: Godefridum Virzonienſem, Ioannem Cudicenſem, Euerardum Serclaſium: *Meyerus* in Chronicis Flandriæ, Valterum Bertoldum, Arnoldum, Hellebecanum: *Nicolaus Clericus* in Chro-

Chronicis Brabantiæ rithmicè cōſcriptis, Razonem Grauium, Theodericum Valecurienſem, Franconem Halenſem, Henricum Boutreſſinium Bergenſem *Ioannes Froßardus*, Engelbertum Angianum: *Monſtreletus*, Engelbertum Naſſauium Bredanum, Philippum Hornanum Gaſbecanum, Ioannem Bergenſem, Ioannem Valhanienſem eius filium, Cornelium Bergenſem, Philippum Bergenſem, Philippū Cleuenſem, Raueſtanum: *Oliuerius Marchianus*, Henricum Hornanum, *Chronica Leodienſia* & *Monſtreletus*. Ceterùm quòd priſcis mos eſſet, ar- 11.
ma vel in Syria, vel in Pruſſia, aut in Boëmia contra gentiles aut hæreticos exercere, in cauſſa fuit, quòd inter ſuos enoteſcerent minùs. Exſtat Louanij in Prædicatorū choro monu- 12.
mentum Patricij cuiuſdam Louanienſis, † Guilielmi Rodij Equitis: qui decies octies Pruſſiam, ſemel Syriam armorū gratiâ adierat: verſus æreis laminis inciſi id indicant.

† *De quo plura vide in Louanio Lipſi.*

Miles Guilielme de Rode, mors ſepeliuit
Te, cuius multas acies audacia triuit:
Tu vice ter ſenâ Pruſſos inſignis adiſti. &c.

Clariſſimo in poſteros teſtimonio, Brabantinos veteres tantâ rei nauandæ cupidine arſiſſe: vt ſi vicina bella deeſſent, armorum gloriam apud remotiſſimas nationes quærere mallent, quàm domi otioſam ætatem tranſigere: quâ ratione numquam viſum, vt vicinis pacati in ſe mutuo verterentur. Odio ſanè digna venit negligentia noſtratium Chronographorum: 13.
à quibus nihil pæne memoriâ dignum de rebus Brabanticis, in litteras relatum. Commenticijs originibus fabuliſque de Brabone, Suaua, eorumque ſucceſſoribus inhærent: vbi verò ad propiora ventum, Dij boni, quàm ſuccincta, quàm abrupta, quàm inconcinna narratio! acta Ducum vix pauca, eaque ſinè vllis circumſtantijs traduntur: adeoque Brabantiam omnem cum ſuis Ducibus, cum tot illuſtrium virorum facinoribus, perpetua pæne ſepeliſſet obliuio; niſi Guilielmus Tirius, Sigebertus, Abbas Vrſpergenſis, Ioannes Trit- 14.
temius, Albertus Crantzius, Brando Dunenſis, Rober-

tus abbas Montis, Ioannes Froiſſardus & eiuſcemodi Hiſto-
15. rici (quibus res noſtras attingere aliquando curæ fuit) exſtarent. Sed ad propoſitum reuertamur. Sunt Brabantini in hoſtem feroces, domi placabiles, nulla gens ſeriùs arma ciuilia induiſſe viſa, exuiſſe nulla citiùs, nulla incruentiùs, cariúſve ſeditiones agitaſſe. Obſequio in Duces, mutuaque inter nobilitatem ac populum & inter ipſas vrbes concordiâ, vicinos om-
16. nes ſuperârunt. Nec Principes fouendæ ſubditorum quieti defuêre, condendis, de pace ſeruanda, legibus: Hinc ſalutaris illa in pacis, fœderíſve violatores Ioannis primi ſanctio, anno 1291 promulgata, quadrifariàm eos diſſecari iubens. Plura ſanè poteram virtutis ac indiuiduæ concordiæ Brabantinorum in medium proferre teſtimonia: niſi ea in Annalium volumine commodiùs tradere, ac fuſiùs propoſuiſſem. Quare præſenti inſtituto ſatisfactum ratus, finem antiquitatibus imponam.

RERVM

Digitized by Google

RERVM BRABANTICARVM PETRI DIVÆI LIBER II.

De Origine Belgarum, de Tungris, Aduaticis, Eburonibus, Taxandris, Ambiuaritis, & Antuacuto opido, de Francorũ in Gallias irruptione: item de Regibus aliquot Francorum; de Auſtraſia, ac Neuſtria, ſeu Vueſtraſia, regionibus Francorum, ac conſimilibus Brabantiæ antiquitatibus.

BELGIVM à remotiſſima ferè hominum memoria Germanis occupatum fuiſſe, veterum ſcripta prodidêre. Vnde id hactenus incognitum, qui ante Germanorum tranſgreſſiones, Aborigines eas regiones incoluerint. Nam Cæſar, qui primus Romanorum eam Galliæ partem luſtrauit, ex relatione Gallorum ſe cognouiſſe ſcribit, Belgas omnes eo tempore à Germanis ortos. Id ipſum Cornelius Tacitus confirmat, & Ammianus Marcellinus: ante quorum ætatem Gallicæ aut Germanciæ res plurimùm obſcuræ & incognitæ fuêre. Porrò Germanis varias, perpetuaſq; fuiſſe Rhenum tranſeundi occaſiones, nunc domeſticas ſeditiones, nunc prægrauantem domi adoleſcentiam, deniq; bella ac vexationes finitimorũ, æſtus etiam Oceani; omniũ verò maximè vberioris agri cupidinem, tam Cęſar, quàm Tacitus diuerſis in locis ſcripsêre. Primos verò omnium Transrhenanorum, Tungros, idem Tacitus Rheno tranſmiſſo Gallos ſedibus ſuis expuliſſe ait: quod quidam nullo tum adhuc Germaniæ nomine factum aſſerunt. quamquam ſi verba eius penitiùs inſpexeris, appareat eos indifferenter Tungros Germanóſve appellatos fuiſſe. Id verò incertum an eaſdem, an in ijs ſedibus tamen habitârint, vbi poſtea Tungri vrbs celebris condita eſt.

Belgica à Germanis occupata.

Belgæ orti à Germanis.

Cur Germani Rhenũ tranſierunt.

Tungri primi Germanorum Rhenum trãſgreſſi.

Cimbri Teutoneſq́; in Gallias.

Poſt hos Cimbri Teutoneſque, dum omni ferè Galliâ, Pyrenęo tenus, vaſtatâ, iter in Italiam adornarent; relictis ad Rhenum impedimentis, ſex ſuorum millia præſidio reliquêre: qui diu à finitimis bello agitati, tandem ob inuictam fortitudinem in fœdus recepti, ad Sabis ac Moſæ confluentem habitare permiſſi:

Aduatici vnde orti, ac eorum loca.

quos Aduaticos poſteriores appellârunt; recentiores verò eorum ſedes in Gallobrabantiam protendunt. Hos Cæſar magnâ virtute reſiſtentes vix domuit, opido eorum euerſo. Contigit Aduaticorum aduentus circa annum mundi 4090.

Eburones ac eorum confines.

Succeſſêre (vt putant) Aduaticis Eburones Germanica gens, qui Rhenum Moſamque transgreſſi tempore Cæſaris, regibus Catiuulco ac Ambiorige, latè imperitabant, (vt coniectura eſt) omnem à Scaldi vſque ad Moſam regionem poſſidebant. Enumerat eorum clientes Cæſar, Condruſos, Pœmanos, Segnos, Centronóſque, Cæreſóſque, vno nomine Germanos appellatos. Ij porrò ita internecinè à Cæſare deleti ſunt; vt nomen gentis vix permanſerit.

Tungrorum nomen quando in Romanorum hiſtorijs renatum.

Poſt horum interitum, renatum rurſus Tungrorum nomen, quibuſdam dubitandi anſam dedit, à primiſne illis Tungris (de quibus mox diximus) orti fuerint Eburones, an poſteriùs eò tranſgreſſi Tungros illos expulerint. Ceterùm prima Tungrorum mentio fit in bellis Ciuilibus Galbæ, Othonis, Vitellij, ac Veſpaſiani, in Corn. Taciti hiſtoria; in qua Vitellij partes primũ enixè iuuiſſe; mox Claudio

Tungrorum cum Batauis in Romanos rebellio.

ciuili Batauo iunctos fœdere, auctoribus Campano ac Iuuenali, in ipſo prœlij ardore cum Romanis militarent, ſubitâ defectione Romanis victoriam impediſſe, ac poſtea diu pro libertate decertaſſe, ſcriptum legimus.

Tungri Romanorum ſtipendiarij.

Poſtea verò Romanorum ſtipendia ferè ſemper meruiſſe Tungros notius eſt, quàm vt probari debeat. Vrbis eorum meminit libro decimo quinto Hiſtoriarum. *Secunda*, inquit, *Germania ab Occidentali exordiens cardine, Agrippinâ & Tungris munita ciuitatibus amplis ac copioſis*. hæc ille. Ita Tungri, vſque ad Francorum irruptiones, Romanis

Tungri Reges non habuere.

ſubiectis vixerunt, nullos Reges habentes, vt quidam nugantur. Nihil enim tam alienum à Romanorũ inſtituto erat; quàm vt Gallis Germaniſve in Gallia (quos nouitatis auidiſſimos verebantur) Reges relinquerent cùm in Aſia, Africa, Hiſpania à ſe de-

Digitized by Google

ſe deuictis omne regni nomen ſuſtuliſſe legantur. Porrò conſtans ferè omnium noſtratiū opinio eſt, Tungros è primis gentilium Chriſti fidem agnouiſſe, annuntiante, iuſſu D. Petri, *Materno* viro ſanctiſſimo, de quo mira referunt: à quo vſque ad Seruatium per VIII. Epiſcopos, Nauitum, Marcellū, Metropolum, Seuerinum, Florentium, Martinum, Maximinum, ac Valentinum, Eccleſiam Tungrorum gubernatam tradunt. Poſtremus Tungris præfuit Seruatius, quem *Sarbatium*, ac *Seruationem* appellatum legimus. Hunc ferunt in Armenia natum, ac Chriſti Saluatoris conſobrinum, Chriſtóque viuente editum; anno ætatis 95, ad Epiſcopatum prouectum, qui XIX. Imperij Conſtantini fuerit. Sed fides ſit penes auctores. Qua de re Molanum in Natalibus Sanctorū, & Baroniū in Notis ad Martyrologium Rom. & in Annalibus, cōſule. Meminerunt inter fide dignos ſcriptores Seruatij huius, Sulpicius Seuerus in Sacra hiſtoria, in actis Ariminenſis Concilij, ſacroſanctę fidei contra Arianos defenſæ gratiâ non parùm cōmendans: Et Gregorius Turonenſis lib. II. hiſtoriæ Francorum; qui ſub Hunnorum aduentū, cùm nullis orationibus imminentē Galliæ cladem auertere poſſet: relictis Tungris, Traiectum conceſſiſſe, ac ibidem eum mortem diuinitus antè præcognitam obijſſe Scribit. Vnde colligi daretur, vltra 95. annos eum Epiſcopatui præfuiſſe. Tanto enim ferè tempore Concilium Ariminenſe Hunnicum furorem præceſſit. Hæc de Seruatio. Ceterùm Tungrorum nomen ſeruare videntur vici Brabantiæ, qui etiamnum *Tungerloo*, ac *Tongerle* appellantur: quos quidam opida quondam, ac Tungrorum colonias fuiſſe autumant. Haut procul à Tungris Taxandrorum ſedes fuêre, à quibus Taxandrum opidum, ac Toxiandria locus, Ammiano memoratus, originem ſumſiſſe videntur. Memorat Iacobus Meyerus in Ann. Flandriæ, ex Othonis II. Imperatoris veteri priuilegio Gandenſi cœnobio conceſſo, Teſſandriam in geſtis anni 974. *Otho* inquit II. *ſui nominis confirmauit poſſeſſiones Gandenſis cœnobij, illique multa ab alijs ablata reſtituit: vt in pago Teſſandriæ, Nortwijck, & Iteghem, &c.* Hæc ille. Sunt hi vici propinqui, celebri Loſſenſis Comitatus vico *Teſſenderloo* (id eſt ſilua Taxandrorum) ſiti tamen

Tungri quando Chriſtum agnouerint.

Maternus.

Epiſcopi Tungrorum.

Seruatius.

Hunnorum in Galliam irruptio.

Seruatij mors.

Tongerloo & Tongerle vici Brabantiæ à Tongris dicti.

Teſſandria.

tamen in Brabãtia, ſub iuriſdictione Præturæ Herendalſti. Reſtant Ambiuariti, quos ex deſcriptione Cæſaris inter Moſam ac Scaldim habitaſſe creditur, Batauis conterminos; vbi nunc Antuerpia, Boſcum, Breda, Bergæ, opida florent: quorum clariſſimum Antuerpiam id eſſe volunt, quod Ptolomæus Antuacutum nominat. Porrò tam Taxandria ſeu Teſſandria, quam Ambiuaritorum regio noſtro tempore in Campaniæ ſeu Campiniæ nomen conceſſêre, quæ noſtrâ ætate in Brabanticam ac Leodienſem diuiſa eſt. Ceterùm florentibus adhuc Tungrorum rebus, Franci perrupto Rheni limite Germaniam inuaſêre inferiorem: nempe ſub Imperio Gallieni ignauiſſimi imperatoris. Aurelianus poſtea Imp. tum tribunus Leg. ſextæ Gallicanę, totâ Galliâ vagabundos ad Moguntiacum profligauit, 300 cæſis, ac 700 captis, teſte Vopiſco. Porrò de Francis ambigunt, Troianíſne orti à Mæotidis paludibus in Germaniam aduenerint, vt quidam voluêre; an Germani indigenæ ſint. Beatus Rhenanus auctor eſt indigenas fuiſſe, ac ad Oceanum Germanicum, proximè Chaucis habitaſſe: vnde egreſſi, Romanorum arma quantâ virtute exercuerint, multis doctiſſimorum virorum commentarijs proditur. Pugnatum contra ipſos à Probo Imperatore; victi tum in paludibus inuijs, Imperatori *Francici* nomen dêdere: poſtea varijs exercitibus Romanorum prouincias impetentes, pars Batauiam, pars Toxiandriam occupârunt; alij Saxonibus mixti Gallicum litus lembis pyraticis infeſtârunt. A quibus varij Imperatores; vt Diocletianus, Maximianus, Conſtantius, Conſtantinus, Conſtans, Iulianus, Valentinianus, Gratianuſque inſignes laureas reportârunt: interim tamen eorum complures depoſitis armis non ſolùm in fœdus, ſed etiam in intimam familiaritatem ab Imperatoribus receptos legimus; vt Bonitium ſub Conſtantino magno contra Licinium fortiſſimum Ducem, filiumque eius Siluanum, qui extremâ neceſſitate compulſus (Ammiano teſte) ſub Conſtantino II. in res nouas conſurrexit, alioſq; fortiſſimos viros. Qui plura de Francis ſcire deſiderat, Ammianum Marcellinum, Nazarium, Mamertinum, Eutropium, Oroſium ac cõſimiles legat. †Porrò collabente Romano Imperio (quod mortuo

Ambiuaritorum ſedes.

Antuacutum opidum.

Campinia regio.

Quando Franci Gallias inuaſerint.

Origo Francorum dubia.

Labor diuerſorum Imperatorum contra Francos.

Francorum complures Romanis amici.

Bonitius.

Siluanus.

† Franci ſedes in Gallijs conſtituunt.

Digitized by Google

mortuo Theodoſio Magno accidit) Franci Gothorum, Vandalorum, Burgundionum, ceterorúmque Germaniæ populorum exemplo, nullo reſiſtente, Rhenum tranſeuntes, ſedes in inferiori Germania fixêre; Genebaldo, Marcomiro, ac Sunone Ducibus, & Romanos Duces in interiorem Galliam compulêre, lectus tum ab ijs Rex Pharamundus, anno vt ferunt ſalutis 419. Valentiniano eius nominis III. imperante. huic Clogio ſeu Clodius capillatus ſucceſſit: dein Meroueus, à quo Merouingos poſteriores Reges appellârunt: Hic bello contra Attilam Romanis adfuit: poſt Meroueum, Childericus filius regnauit, ob inſolentiam Francis inuiſus: vnde Ægidij Romani Ducis factione pulſus, cùm triennio in Thuringia latuiſſet, prudẽtiâ Vinemari Franci regno reſtitutus eſt. reliquit hic Chlodoueum filium: cui primo Francorum Regum Romanos totâ Galliâ expellere, & Chriſti fidem ſuſcipere contigit: vt in rerum Germanicarum Commentarijs latiùs dicemus. Hic Synodo Aureliæ celebratâ, Agricolaum virum ſanctiſſimum Traiecto ad Moſam epiſcopum dedit, anno ſalutis 512. Gothos etiam Galliam relinquere coëgit. Vnde latiſſimè propagatum Francorum Regnum in Auſtraſiam ac Weſtraſiam diuiſum ferunt, Scaldi Moſaque fluuijs & Carbonaria ſiluâ ſecantibus vnam ab altera. Obijt Chlodoueus anno 514. relictis IV. filijs, Chlotario Sueſſionum, Chlodomiro Pariſiorum, Childeberto Aurelianorum, Theoderico Mediomatricum ſeu Metenſium, regibus. Florebant eo tempore inter Auſtraſiæ nobiles, Sigebertus ac Anſbertus cognomento Senator, à quibus Brabantini Ducum ſuorum ſtirpem deducunt, de quibus proximo libro dicturi ſumus.

Genebaldus, Marcomirus, & Suno Duces.

Pharamũdus Francorum rex.

Clogio capillatus Rex.

Meroueus rex à quo Merouingi.

Childericus.

Ægidius Romanus Dux.

Chlodoueus.

Agricolaus primus epiſcopus Traiecti ad Moſam.

Gothi Gallia pulſi.

Francia in Auſtraſiam & VVeſtraſiam diuiſa.

Chlotarius, Chlodomirus, Childebertus & Theodoricus fratres, Reges.

Sigebertus, & Anſbertus Duces in Auſtraſia.

RERVM BRABANTICARVM PETRI DIVÆI

LIBER III.

De Auſtraſiæ Ducibus, Sigeberto, Carolomanno, Ansberto, Arnoldo, Arnolpho, Pipino, Grimoaldo, Anſegiſilo, Pipino II, Carolo Martello; de eius familiæ Francorum Regibus, Pipino, Carolo Magno, & Ludouico Pio.

EX filijs Chlodouei, Chlodomiris, ac Childebertus ſinè liberis obiêre: hic morte naturali, ille ferro Gundemari Burgundiæ Regis; Theodericus verò Metenſiũ Rex, an. Regni XXIII. defunctus Theudibertum ſucceſſorem regni reliquit: ſub quo Sigebertum Francum, virum natalibus ſplẽdidiſſimis, ac à Genebaldo antè memorato Francorum Duce ortum, Auſtraſiæ palatij maiorem fuiſſe aſſerunt. Volfgangus Lazius, ac Ioannes Trithemius Germanicarum antiquitatum curioſi inueſtigatores Genealogiam eius ita produnt. Suno, Diocles, Merouéus, Leontius, Heribertus, Priamus, Sigebertus: ijdem Ansbertum ex Hugobaldo fratre nepotem; Carolomannum verò filium Sigeberti faciunt, quem Brabantiæ Chronographi à Brabone filio cuiuſdam Anſegiſili prognatum aſſerunt; eumque Brabonem à Clemente maximo, Gratiani Imperatoris necatore primum Ducem Brabantiæ creatum: quibus nos in ea re non accedimus. Quidquid ſit de Carolomanni ac Anſberti proſopia: id conſtat, Carolomannum maiorem palatij Auſtraſiæ fuiſſe, ſub Chlotario Chlodouei filio, ad quem regni monarchia ſublatis fratribus peruenerat: tradunt etiam Brabantiæ Chronographi

Sigibertus Dux maior Palatij ſub Theudiberto.

Progenies Sigeberti & Carolomãni.

Carolomãnus maior Palatij

graphi Landini (quod nunc opidulum in Brabantia ſitum eſt) *Landinum.*
cùm plerumque aut in Haſbania commoratũ, defunctumque *Haſbania. Mors Carolomanni.*
anno 615. cum 55. annis principatum inter ſuos geſſiſſet; reli-
ctis Pipino, ac Amalabergâ, quam ex viro nobili Valbertum *Pipinus. Stirps Amaleberga.*
peperiſſe; Valbertum Caſtriloci comitem ex Valtiſia Aldegun- *Valbertus caſtriloci comes.*
dam, Valtrudim, ac Amalabergam genuiſſe; Valtrudim ex his *Aldegundis.*
Vincẽtio Madelgario Comiti Altimontis ac Sonegij, Landeri- *Valtrudis. Vincentius*
cum epiſcopum Metenſem, Madelbertam, & Altrudim pepe- *Madelgarius Comes.*
riſſe; Amalebergam verò huius ſororem ex Vitigerio, Ember- *Amalaberga. Vitigerius.*
tum Cameraci epiſcopum, Venantium, Gudulam, Reynil- *Embertus.*
dam, ac Pharahildim, ſic de Carolomãno Chronographi Bra- *Gudula, Reinhilda, Pharahildis.*
bantiæ. De Anſberto verò Francorum Annales noſtris conci- *Anſbertus.*
nunt. Duxit hic Pluithildam Chlotarij regis filiam, & ex ea *Pluithilda.*
Arnoldum genuit: paruam in Auſtraſia regionem poſſedit, vbi *Arnoldus.*
nunc Antuerpia eſt: id verò incertum, an Marchionis Antuer- *Antuerpia.*
piæ titulo honoratus. Porrò Arnoldus ex Oda ſorore (vt Lazius
aſſerit) Pluithildæ vxoris Francorum Regis, S. Arnulphum *D. Arnulphus*
genuit, Pipini coæqualem. Erat hic, vt antè diximus, Carolo-
manno prognatus, Landinienſis cognomento, quòd eius opi-
di habitatione delectaretur; Ittam Ruotbaldi Treuirorum ar- *Pipinus Landinienſis.*
chiepiſcopi ſororem, filiam verò Aquitaniæ Ducis vxorem *Itta vxor Pipini.*
habens; vnde Grimoaldus, Begga, ac Gertrudis geniti. Pipinus *Filij Pipini, Grimoaldus,*
ipſe maior domus à Chlotario II. Rege cum Arnulpho Din- *Gertrudis, Begga.*
goberti filij rector iuuentutis conſtitutus ac, in regnum Auſtra-
ſiæ miſſus eſt. Eidem ac Cuniberto Epiſcopo Colonienſi, Da-
gobertus, Sigebertum filium regem Auſtraſiæ creatum com-
miſit. Porrò Arnulphus ſpretis Palatinis curis, cùm ex Doda, *D. Arnulphi liberi.*
Clodulphum, Valtiſium ac Anſegiſilum genuiſſet; in Arduen- *Solitaria eius*
næ ſeceſſibus vitam ſolitariam duxit; è quibus extractus, paul- *vita.*
lò poſt Eccleſiæ Metenſi præfectus eſt: quam ſolitudinis amore *Fit Metenſis*
paruo pòſt tempore reliquit, obijtque anno 640. Clodulpho *Epiſcopus. Clodulphus*
filio ſucceſſore. Par Dodæ religio: nam Treueris incluſa vitam *patris in Epiſcopatu ſuc-*
ſanctiſſimam duxiſſe perhibetur: Pipinus verò cùm 32. annis *ceſſor. Doda.*
rebus Auſtraſianis præfuiſſet; viuis exceſſit anno 647. cuius *Pipini obitus.*
vxor Itta, monitu D. Amandi Traiectenſis epiſcopi, Niuellenſe *Niuellenſis*
cœnobium fundauit, eique filiam Gertrudim præfecit. At Gri- *cœnobij initia*

 moal-

Grimoaldi religio.

moaldus Pipini apud Sigebertum ſucceſſor, primum patris inſtitutum ſecutus, Regi auctor exſtitit, vt XII. cœnobia (in hiſque Stabulenſe ac Malmundarium) in Auſtraſia conderet: gratuſque adeo Regi, vt filium eius Ildebertũ in ſpem regni adoptaret. Vnde in faſtum elatus, cùm poſt adoptionem, regi filius Dagobertus natus eſſet, metu nè Ildeberto regnum auferretur; regẽ veneno exſtinxit, ac Dagoberto in Scotiam miſſo attonſoq; filium regno impoſuit. Qua rei indignitate commoti Auſtraſiæ proceres, Ildeberto interfecto, Grimoaldum captũ Clodoueo fratri Sigeberti Lutetiæ regnanti miſerunt, à quo carceri perpetuo damnatus, miſerè vitam finijt, Hilderico filio Clodouei Auſtraſijs Rege dato: acta hæc anno 658: eo caſu filij cognito Itta mater, mœrore confecta eſt. Succeſſit Grimoaldo in Ducatu Anſegiſilus Beggæ ſororis eius maritus, in palatio verò Vulfradus. Meminit Anſegiſili Paullus Diaconus, libro hiſtoriæ Eutropio additæ octauo, his verbis: *Hoc*, inquit, *tempore apud Gallias in regnũ Francorũ, Anchis Arnulfi filius, qui de nomine Anchiſæ Troiani creditur appellatus, ſub nomine maioris Domus gerebat principatum*. Hæc ille. Vnde liquet nõ recentẽ eſſe, Francos à Troianis ortos opinionẽ. Porrò Anſegiſilus vir moribus quietiſſimis, cum parum ſe regni tumultibus immiſceret; à Gundino, quẽ infantẽ ſibi oblatum, de ſacro fonte ſuſceperat, alitumque ad maximos honores peruexerat, peremtus eſt: fraude vt puto, Ebroini; Weſtraſiæ ſeu Neuſtriæ Palatij maioris, anno 685. relicto Pipino filio. Ebroinus hic ſub Theoderico filio Clodouei (cuius iudicio Grimoaldum punitum antè diximus) maior Palatij firmâ rabie in omnes paſſim ſæuiens, ita Francos in Regem cõmouerat: vt factâ ſeditione, Rex ad S. Dionyſiũ; ipſe Luxouium, in exſuliũ mitterentur, Childerico fratre Theoderici ex Auſtraſia ad regnum euocato. poſt cuius mortem reſtituto Theoderico, cũ Leudeſius maior Palatij conſtitutus eſſet, ipſe exſulio elapſus peremto Leudeſio Clodoueum adulterinũ quemdam regem creat, totâ Franciâ ſeditionibus conturbatâ: mox à Theoderico in gratiam receptus, Leodegarium epiſcopum occîdit: Gunduinum Anſegiſilo percuſſorem immiſit; Lambertum compluréſque epiſcopos exſulio multauit: Hæc agenti

Grimoaldi pro regno adipiſcendo molimina. — *Grimoaldi captiuitas & interitus.* — *Ittæ mors.* — *Anſegiſilus Dux.* — *Vulfradus.* — *Anſegiſili interitus.* — *Ebroini crudelitas.* — *Ebroinus cum Rege cœnobio incluſus.* — *Leudeſius peremtus.* — *Leodegarij epiſcopi cædes.* — *Lamberti relegatio.*

agenti Pipinus filius Anſegiſili, & Martinus filius Valtiſij patrueles bellum inferunt: ſed prœlio victi, ille longâ fugâ ſe texit: Martinus in cloacam Lugduni abditus, moxq́ue indè ab Ebroino datis ſacramentis extractus, cum omnibus ſuis perimitur. Cuius ceterorumq́ue necem fortiter vltus, Ermenfredus Francorum nobiliſſimus obtruncato Ebroino ad Pipinum confugit, & Varatho loco Ebroini maior Domus cum Pipino pacem inijt: quam Giſlemarus filius inuito patri temerare auſus, cùm bellũ Ciuile Pipino moueret, ad Namurcum ſuperatus, mox diuinitus percuſſus interijt. Varathoni autem defuncto, Bertharius ſucceſſit; Giſlemaro quã ſocero Varathoni propior. Contra quem à Francis euocatus Pipinus, occurrentẽ cum Theoderico rege profligauit: indè Berthariũ nullis latebris ſecurum, Franci interimunt: & Pipinus ſublatis vndiq; tyrannis, rege ipſo, ac omnibus theſauris potitus: Regẽ quidẽ in regnũ reſtituit: Nordebertum verò quendam è ſuis maiorem Palatij conſtituit. Ita pacato regno in Auſtraſiam reuerſus, Lambertum ſæuitiâ Ebroini Stapulis ſeptennio exſulantem eccleſiæ ſuæ reſtituit. Mox Theoderico regi defuncto Clodoueũ filium, & Drogonem ſibi ex Plectruda filium Ducẽ Campaniæ Nordeberto ſuffecit. His peractis in gentiles conuerſis armis, Saxones, Sueuos, Alemanos, ac Baioarios variè afflixit. Friſios quoq; Duce Ratbuoldo ex Vittaburgo arce, Hollandiæ inſulas depopulantes, adortus Vittaburgo eiectos, ad Chriſti religionem compulit: Clemente VVilibrordo cũ XII. ſanctiſſimis viris, vt Euangelium prędicarẽt, genti immiſſo: quẽ poſtea Vittaburgo donatum primũ ibi Epiſcopũ conſtituit, nomine arcis in Vltraiectum mutato. Sed his belli ac domi fortiſſimè geſtis, præſtantiſſimum Ducem, adultera libido conſpurcauit, nam Alpaidis irretitus amoribus pellicis pulcerrimæ, nullis Lamberti antiſtitis monitis ab eius conſuetudine diuelli potuit; quamquam Plectrudam honeſtiſſimam nobiliſſimamq́ue matronam coniugio teneret, exq́ue ea Drogonem, Grimoaldum, Siluium, Notburgim optimos liberos videret. Quo inſano eius amore fretus Dodo Comes frater Alpaidis, Lambertũ ſororis cõmunionem abhorrentẽ, cùm in vico Leodicenſi ora-

Pipinus & Martinus ab Ebroino victi.
Martini interitus.
Ebroini cædes.
Varatho maior Palatij.
Giſlemarus in Pipinũ motus.
Pipini de eo victoria.
Giſlemari ac Varathonis mors
Bertharius maior Palatij
Bellum Pipini contra eum.
Cædes Bertharij.
Lambertus reſtituitur.
Childebertus Rex & Drogo maior Palatij.
Bella Pipini in gentiles.
Friſij domiti Chriſtum agnoſcunt.
Clemens Vvilibrordus.
Vltraiectini epiſcopatus initia.
Adulterium Pipini cum Alpaide.
Liberi Pipini ex Plectruda.
Lamberti interitus. Dodo frater Alpaidis.

 ret,

ret, multis vulneribus adhibitâ latrunculorum manu interfe-
Percuſſorum eius variæ neces.
cit. Quo perpetrato facinore, percuſſores varijs interitibus
confecti: Dodonem vermibus exenteratum propriâ ſe manu
Pœnitentia Alpaidis.
interemiſſe fertur. Pellex ipſa cùm filium Carolum Duci pe-
Carolus Martellus.
periſſet, perterrita, Sancti miraculis perpetuo mærore factum
expiauit. Porrò Pipinus Dux, elato Dragone filio, Grimoal-
Grimoaldus Palatij maior.
dum alium filium palatio præfecit: qui ſub Clodoueo, de quo
Morbus Pipini.
diximus, eiuſque ſucceſſoribus Childeberto ac Dagoberto pa-
latio præfuit: interfectus Leodici (quo ægrum patrem viſitatũ
venerat) fraude Ratbuoldi, Friſiorum Ducis (cuius tamen fi-
Cædes Grimoaldi:
liam Teuſiundam vel Teudelindam duxerat) à Ramgario Fri-
Theodibaldus Grimoaldi filius.
ſone in baſilica Lamberti: cui mox pater Theodebaldum ex
alia vxore filium menſe Aprili Leodici ſuffecit. ipſe Dux cum
Pipini mors.
principatum annis 27. tenuiſſet, menſe Decembri interijt an̄.
Pipini titulus
714. Vtebatur in ſcriptis ſollemnibus, hoc titulo; Pipinus il-
luſter vir, Dux, filius Anſegiſili quondam, &c. quod in funda-
tione Epternacenſis cœnobij ſe vidiſſe Gaſpar Bruchſius aſſerit
in Chronologia monaſtica V. Germaniæ. Morte Pipini Fran-
cia plurimum detrimenti accepit: in varia enim ſtudia ſciſſa
Bellum Theobaldi cum Raginfredo.
nobilitas, cùm alij pro Theobaldo nepote Pipini; alij pro Ra-
ginfredo quondam certarent, Remp. conturbauit: quibus cala-
mitatibus, Dagoberti regis mors acceſſit: cui Danahel quidam
clericus è ſtirpe regia, abiecto ordine, ſucceſſor datus: moxque
Theobaldus pulſus.
vincente Raginfredi factione, Theobaldus pellitur vnà cum
Plectruda auia, quæ vt Regni adminiſtrationem ſola cum ne-
Carolus cuſtodia elapſus.
pote obtineret, Carolum Pipini ſpurium Coloniæ in cuſto-
A Ratbuoldo Duce Friſiorũ victus.
diam tradiderat. Vnde is elapſus Ratbuoldo Friſiorum Duci
Raginfredi confœderato, bellum intulit, victus omnem Au-
ſtraſiam hoſti Colonia tenus populandam reliquit, altero
Chilperici & Raginfredi bellum in Carolum.
à Pipini morte anno. Chilpericus quoque (ita enim Danahelis
nomẽ mutârat) & Raginfredus cùm bene magno armatorum
numero Arduennam permenſi, cùm Coloniam appropinqua-
rent, magnum metum Plectrudæ intulerunt: à qua ingenti
auri vi placati cum Amblauiam reuerterentur, omnia in itine-
A Carolo profligati.
re igni tradentes, magnam copiarũ iacturam à Carolo ſuper
eos irruentẽ perpeſſi ſunt. Nec meliori fortunâ XIII. Kal. Apri-
lis

lis, anni 717. ad Vinciniacum in pago Cameracenſi prœlium tentauêre: victi enim Lutetiam vſque fugam iniêre. Poſt eam Carolus victoriam, Coloniam profectus, extortis à Plectruda paternis theſauris, eaque (vt quidam ferunt) in Bulgariam fugatâ; Clotharium pro Chilperico regnare iuſſit. Chilpericus interea Eudone Aquitaniæ Duce in ſocietatem accito, bellum renouat: victus vt antea, ab Eudone cum theſauris regijs captiui inſtar abducitur in Aquitaniam. Vnde mortuo Clothario, rurſum à Carolo repetitus, regnum imaginarius rex recepit: inito denique cum Eudone fœdere, Carolus Raginfredum totis viribus perſecutus Andibus obſeſſum captumque in gratiam recepit, Andium ducatu (vnde viueret) honoratum: alij interemptum ferunt: acta hæc anno 722. Profligatis eo modo ciuilibus bellis, externa pari virtute confecit: Saxones enim agris eorum ad Vizurgim euaſtatis tributarios effecit: Baioarios deditione factâ iterum rebelles, iterum domuit: Alemanos Lantfrido, Friſios Poppone Ducibus cæſis, ſub iugum miſit. Ceterùm hæc omnia, & labore & rerum geſtarum gloriâ longè ſuperauit, Saracenicum bellum, auctore Eudone Duce Aquitaniæ conflatum. Hic homo naturâ inquies, ſępiùs à Carolo victus, poſtea fœdere ſociatus, cùm ſe imparem cerneret; Sarracenos qui ex Africa Hiſpaniam multis antè annis inuaſerant, gentem Deo inimicam, & omni mortalium generi, in Galliam euocat. Venêre illi plurimis in Aquitaniam nauigijs, Duce Abderamâ, vxores liberoſque ſecum trahentes ad 400000. Pœnituit mox Eudonem patriæ ſuæ populatores euocaſſe: vixdum enim nauibus egreſſi opida agroſque finitimos vrere euertereque; hominum prędas agere ac pecorum; in baſilicas Diuorum ac monaſteria nihil crudelitatis, religionis noſtrę odio, omittere cœperunt: adeò vt huius cladis vulnus multo pòſt tempore obduci non potuerit. Eo malo conſternatus eorum euocator Eudo, clam miſſis ad Carolum legatis, nouum fœdus expetijt, ac opportunam defectionem pollicitus, vbi eum cum copijs adeſſe contigerit. Porrò Carolus vbi eâ clade Aquitanos affligi comperit; ſimilia penitiori Galliæ timens, quantas potuit copias ad Garumnam hoſti obiecit: vbi implorato Dei auxilio,

ferociùs

Caroli de Chilperico ac Raginfredo ſecunda victoria.

Plectrude fuga.

Caroli tertia victoria.

Raginfredus à Carolo ſubactus.

Saxonicum bellum Baioaricum Alemannicum, & Friſium.

Belli Saracenici initia.

Eudonis Aquitaniæ ducis motus.

Saracenorũ aduentus Duce Abderama.

Saracenorum immanitas.

Eudonis in Saracenos perfidia.

Caroli in Saracenos expeditio.

ferociùs in prœlium ruentē hoſtem tantà virtute profligauit; vt cæſis eorum 380000. cum rege Abderama, 1500, ſolummodo Francorum deſiderarentur. Eudo verò (vt promiſerat) in caſtra Saracenorum irruptione factâ reliquias eorum contriuit: acta hæc, menſe Octobri, anno 730. Sequenti anno Burgundiam Francorum regno Carolus adiunxit Lugduno capto: mox Eudo Dux metu Saracenorum ſolutus, rebellauit; victus prœlio, vitam cum principatu amiſit: & filij eius Vaifarus ac Hunaldus bellum renouantes, totâ Aquitaniâ excedere compulſi. Interea Dux Prouinciæ Mauritius noui belli occaſionem dedit: totâ Prouinciâ receptis Saracenis: Mouit in Prouinciam Carolus ac expugnatâ Auenione. Athymum Sarracenorum regem Narbonem compulit: vbi is toleratâ longâ obſidione cùm Amorreum alium Saracenorum Regem Hiſpaniâ exciuiſſet, Carolo congreſſus vnà cum Amorreo interijt: Saraceni omnes cæſi, vel Garumnâ ſubmerſi; & Narbo, Agathe, Nemauſum, ceteræque Gothicæ vrbes in Caroli poteſtatem rediêre. vltimum Sarracenis receptaculum fuit Arelas, quam diutinâ obſidione, & vocato in auxilium Luitprando rege Longobardorum, fatigatam expugnauit. Ita pulſis omni Galliâ Saracenis, Mauritium Prouinciæ Ducatu exuit: Hæc Caroli geſtorum ſumma: Vitâ exceſſit, anno ſalutis 741, cùm Childericum Theoderico regem ſuffeciſſet. Somnia quorundam in vulgus ſparſa effecêre, vt orco traditus crederetur: ob id ſolum, quòd aurum baſilicis, monaſterijſque ablatum, ac neceſſitate Saracenici belli militi diſtributum, eo finito, non reſtituit. Huius illud dictum aiunt cùm à Childerico regnum offerretur: Malle ſe regibus præeſſe quàm regnare: vnde & Princeps Francorum vulgò dictus eſt, & quod Tyrannorum nefariam dominationem, ac Saracenorum impetum contudiſſet Martellus, quòd linguâ Francicâ malleum ſignificat. Proinde Carolo ad S. Dionyſium monumentis Regum illato, Carolomannus ac Pipinus ex priore thoro filij, opes paternas diuiſêre, ſpreto Griphone ex Suanihilda filia Odilonis Baioariæ Ducis nato: quem ex ea indignitate [illegible] nouas molientem,

Saracenorum clades.
Abderama cædes.
Saracenorum reliquiæ ab Eudone cæſæ.
Burgundia à Carolo deuicta.
Eudonis rebellio & cædes.
Vaifarus & Hunaldus.
Mauritius Dux Prouinciæ.
Saraceni iterum in Aquitaniam veniunt.
Obſidio Aueniones.
Athymus Rex Narbo obſeſſa.
Amorreus rex cum Atymo interemtus.
Gothicæ vrbes captæ.
Arelas obſidetur.
Mauritius Prouincia ſpoliatus.
Caroli mors.
Childericus rex.
Somnia de Caroli morte.
Caroli oblato regno modeſtia.
Carolus princeps Francorum, & Martellus cognominatus.
Carolomannus & Pipinus Duces.
Gripho ducum frater.

tem, captum in vincla coniecerunt. Ceterùm Carolomannus tædio rerum humanarum principatu relicto, in monte Caſſino monaſticen profeſſus eſt: Pipinus verò, domitâ Aquitaniâ, reliquiſq; Francorum hoſtibus, primus ſuæ ſtirpis, eiecto Chilperico ignauo Rege, Rex creatus eſt. Sed hæc ab Heriberto, Sigeberto, Reginone, alijſq; fuſiùs conſcripta conſultò omittimus. Fuerunt Pipino Regi ex Bertruda liberi, Carolus, Carolomannus, Giſla, & Pipinus in infantia defunctus: obijt VIII. Kal. Octobris anno ſeptingenteſimo ſexageſimo octauo Succeſsêre in Francorum regno Carolus (cui à rerum geſtarum magnitudine *Magni* nomen acceſſit) & Carolomannus: quo mox defuncto, tota regni Monarchia ad Carolum redijt. Hic bello maximus omnium qui antè, póſtve eum regnârũt, omnem Europam à Pyreneis, vſque ad extima Germaniæ; ſub imperio tenuit. Saxones in Germania ſub iugum miſit, Saracenos citeriore Hiſpaniâ expulit; Longobardos in Italia deleuit; Hunnos, Danos, Sclauos, Germaniam infeſtantes repulit. Tandem Romam profectus, reſtituto in libertatem Leone Pontifice, primus Francorum imperatorijs īſignibus honoratus, fauſtis Romanorum acclamationibus, Auguſtus creatus eſt. Obijt anno octingenteſimo decimo quarto V. Kal. Februarij. cuius vitam ſatis luculentè, Eginhartus, Sigebertus, Heribertus, alijque complures in litteras retulêre. Poſt eum filius Ludouicus ſolus patri ſuperſtes, omnia regna patris poſſedit: excepto Italico, quod Bernhardo ex Pipino filio nepoti, Carolus teſtamento reliquerat. Porrò Ludouicus Normannis, Britannis Saraceniſque deuictis, acerbiſſimam à filijs iniuriam tolerauit. Erant ij tres Irinegarde progeniti; Lotharius, Ludouicus, ac Pipinus: quorum matre elatâ Iuditham Welponis Ducis ſibi coniunxit, ex qua Carolum, filium partum, tantopere dilexit, vt etiam regno cum donaret. id indignè ferentes illi priores, concitatis nobilium quamplurimus, primùm Iuditham ab eo ſeparantes, tandem patrem in cuſtodia tenuerunt: tam enixâ omnium conſpiratione, vt & Gregorium in facinus pertraherent. Vnde quorumdam Epiſcoporum iudicio, pronuntiato

Carolomannus monachus Caſſini effectus.
Pipini geſta.
Rex creatus pulſo Chilperico.
Liberi Pipini Caroli & Carolomannus.
Pipini obitus. Carolomanni regis mors.
Carolus Monarcha.
Caroli Magni geſtarũ ſumma.
Carolus Imp. creatus.
Obitus Caroli Magni.
Ludouicus Pius Imp.
Bernhartus rex Italia.
Filij Ludouici ex Irinegarde.
Iuditha ſecunda Ludouici vxor.
Motus filiorũ Ludouici.
Ludouicus captus.

inter eum ac vxorem diuortio; ipſe regno depoſitus in monaſterium miſſus eſt: omnibus ad Lotharium confluentibus. *Ludouici Baioarij pro fratris liberatione conatus.* At Ludouicus filius cùm patrem indignè haberi, ac Lotharium ſolum Imperium occupare videret, repente à Baioaria ductis copijs, fugato Lothario, patrem ſoluit. *Ludouicus Pius ſolutus. Lotharius in gratiã receptus.* qui mox recepto in gratiam Lothario, in Aquitaniam conceſſit, res ibi morte Pipini filij turbatas, compoſiturus: verùm ab eo itinere mox reuocatur, aduerſo à Germania nuntio, vbi Ludouicus filius primos ciuitatum ſibi ſacramento adigebat, Francofordiæ coniuratione initâ: *Ludouici Baioarij in patrẽ motus.* Quare compoſitis celeriter Aquitaniæ rebus, exutoque Pipino nepote, qui eo inconſulto ab Aquitanis Rex cõſtitutus erat, in Germaniam mouit, vbi Rheno *Expeditio Ludouici Pij in Lud. filium.* Mœnoque tranſitis, morbo inuadente Ingelnheynium delatus XI. Kal. Iunij. exſpirauit anno 840. *Mors Lud. Pij.*

RERVM

RERVM BRABANTICARVM PETRI DIVÆI LIBER IV.

De Lotharingiæ regni origine, ac Lotharingiæ Regibus à Lothario primo Imperatore, vſque ad Ludouicum Arnulphi filium.

LVdouico imperatore, ita vt diximus, fatali ſorte ſublato, filiorum diſcordiæ in maius ſunt adauctæ. Nam Ludouicus qui antè vnà cum fratre Carolum oppugnârat, cùm iam Lotharium ſibi vni Imperium præſumere videret; Carolo coniunctus, fratrem ex Italia redeuntem bello petit. Quo ſuum etiam militem producente, in agro Antiſſiodorenſi ad Fonteniacum pugnatum eſt cruentiſſimè. Lotharius amiſſo exercitu Aquiſgrani ex fuga ſe recepit. indè metu fratrum per Lugdunum magno itinere Viennam confugiens, copias nouo bello reparare cœpit: fuêre inter proceres Francorum viri aliquot prudentiſſimi, quorum operâ pactæ inter partes induciæ, ac pacis conſilijs dies præfixa. Conuentum in Sequanæ inſulam, vbi delecti vtrimque viri XL. quorum arbitrio regna diuiderentur. Id vſque in ſequentem annum dilatum, qui ſalutis fuit 843. deſcripto itaque in tres partes regno, fratres cum maximo principum comitatu, Virdunum properant, vbi datis acceptiſq; ſacramentis, ſinguli ad regna, quæ ſorte obuenerant, conceſsêre: Hanc autem regnorum diuiſionem ita factam inuenimus: Carolo fratrum minimo tota Francia, Pyrenæo, Oceano, Scaldi, Moſâ, ac Rhodano cincta obuenit: Ludouico omnis Germania, ab Oceano, Rheno, Alpibuſque, vſq; ad Pan-

Bellū Ludouici & Caroli contra Lotharium.

Prœliū Fonteniacenſe.

Lotharij fuga

Procerum ad pacem labor.

Conuentus Verdunenſis.

Diuiſio regnorum inter fratres.

Caroli pars.

Pars Ludouici

Digitized by Google

Pars Lotharij. Regnum Lotharij.

Pannoniam: Lothario verò omnis Italia, præter ea quæ Græcis ſuberant ac Pontifici, Prouincia ac Auſtraſia; quæ ab eius nomine regnum Lotharij ac poſtea Lotharingia dicta eſt. Vnde falſò Chronographos noſtros Brabantiam ac reliqua vſque Moſam, Carolo adtribuere exiſtimo: omnes enim veteres hiſtorici abunde teſtatum reliquerunt, quàm latè ſe Lotharingia extenderit: vt Sigebertus in geſtis anni 1006. Caſtrum Valentianas ſitum aſſerit in Marchia, id eſt, limite Lotharingiæ ac Franciæ. idem anno 1011. ſcribit fontem apud montem Caſtrilocum (ea nunc eſt Hannoniæ primaria Ciuitas) in Lotharingia erupiſſe: idem quoque de anno 1032. *Gerardus*, inquit, *Cameracenſis Epiſcopus, qui ſolus Lotharienſium appendebat, ad parochiam Francorum*: confirmat ea quæ diximus, Ducum Brabantiæ titulus, quos vſque ad Henricum III. ſolùm Lotharingiæ Ducum titulo vſos conſtat; & nos, ex multorum priuilegiorum capitibus, probare poſſimus, quo tempore Lotharingiâ ad Vogeſum maior, hæc minor dicta fertur. Si hæc Francorum aliquot hiſtorici penitus inſpexiſſent; non tam temere Carolum Audacem Ducem faſtus inſimulati fuiſſent, quòd nullius Ciuitatis in Lotharingia dominus, Ducem ſe ſcriberet: cùm omnes Duces Brabantiæ vſque ad eum hoc titulo vſi ſint. Hos ergo in fratrum memoratâ diuiſione Lotharingiam terminos habuiſſe, indubitatum eſt: Rhenum, Voſagum montem, Moſam, Carbonariam ſiluam, Scaldim, ac Oceanum: quo terrarum ſpatio, noſtro æuo comprehenduntur, Lotharingia, Elſatia, Vormatienſis regio, Moguntinenſis regio, Treuirorum regio, Luceburgia, Arduenna, Colonienſis terra, Palatinatus pars, comitatus Salnienſis, Hannonia, Cameraceſium, Namurceſium, Limburgia, Iulia, Cliuia, Gelria, Leodienſis terra, Horma, Brabantia, Aloſtanus comitatus, Zelandia, Hollandia, Vltraiectina terra, Marchio ſacri Imperij, ſeu Antuerpiæ, terra Mechlinienſis, Zutphaniæ comitatus. Sed ad alia pergamus. Sopitâ (vt diximus) fratrũ diſcordiâ, ſingulis varia cum Barbaris bella ſuperuenêre: Normanni enim Franciæ litora infeſtabãt; Sclaui verò Ludouici ac Lotharij regna deuaſtabant: quorũ Regem Geſtimulum, ſibi prœlio

Lotharingiæ origo.

Lotharingiæ latitudo.

Valentianæ in Marchia Lotharingiæ & Franciæ.

Caſtrilocus in Lotharingia

Cameracũ in Lotharingia.

Titulus veterum Brabantiæ Ducum.

Lotharingia maior & minor.

Notantur Francorum hiſtorici.

Termini veteris Lotharingiæ.

Regiones Lotharingiæ cõprehenſæ.

Normanni. Sclaui. Geſtimulus Sclauorũ Rex à Lothario peremtus.

Digitized by Google

prœlio congreſſum, Lotharius interemit. Suſtulit hic ex Irinegarda filios Ludouicum Lotharium ac Carolum: quorum Ludouicum in Italia conſortẽ Imperij factum, Romã tranſmiſit; vbi fauſtâ omni acclamatione Imperiali coronâ redimitus eſt à Romanorũ Pontifice Sergio. Porrò pater paulò pòſt pertæſus Imperij memor item iniuriæ, quâ patrẽ affecerat, partito inter filios Regno, cùm Ludouico Imperij titulũ, cum Italia; Lothario regnũ à ſuo nomine vocatũ; Carolo Prouinciã adſignaſſet; in Prumię cœnobio, monaſtico ordini addictus, deinceps ſanctè vixit: acta hæc an. 855. Ita Lotharius ſecundus rex Lotharingię effectus eſt, qui regnũ ſuum ob Thetbergam coniugem maximis turbis inuoluit. Erat Thetberga nobili ſtirpe creata, Huberti abbatis ſoror, ac matrona pudicitiæ ſingularis; hanc, Valradę pellicis cõſuetudine illaqueatus Guntharij Colonienſis, ac Thetgaudi Treuirorum archiepiſcoporũ fraude diuortio celebrato, abiecit: quo comperto flagitio, Nicolaus Põtifex archiepiſcopis conſultoribus, ipſiq; pellici ſacris interdixit; eadem in Regẽ minatus, niſi propere coniugẽ reciperet: quam tamen mox, reuocatâ pellice, rurſum abegiſſe ferunt. Interea fratri contra Saracenorũ impetum auxilio profectus, cùm illi biennio in expeditione adfuiſſet, ob aëris intemperiem, ac araneorũ infeſtationẽ reuerti cogitur, ac ex itinere Romam diuertit, vbi Adrianũ Nicolao legũ connubialiũ ſeuero quondã exactori ſucceſſiſſe cognouerat. Receptus ab Adriano magnificè cùm ad purgationẽ criminis cogeretur. Valradã, poſt Nicolai Pont. interminationẽ, à ſe intactã iurauit, adhibitis vt idẽ confirmarẽt Optimatibus. Quare cùm in patriã reuerteretur: Placentię VI. Idus Aug. interijt, moxq; reliqui omnes, qui cum eo iurârãt periurij pœnas dedêre, omnes intra annũ conſumti: ipſe Rex Placentiæ in D. Anthonij Baſilicam illatus eſt. Morte Lotharij cùm ad Ludouicum Imp. fratrẽ eius, Lotharingia deuoluta eſſet iure quàm optimo; eo tamẽ nihil mouente, Carolus Caluus Francię Rex, patruus, Lotharingiã occupare nitebatur: quod cùm Ludouico Germaniæ Regi fratri Caroli cognitum eſſet, confeſtim miſſis in Franciam litteris nepotis regnũ diuidi poſtulauit, vim fratri minitatus, niſi poſtulatis acquieſceret.

Vxor ac liberi Lotharij.
Ludouici II. coronatio.
Lotharius ſe ipſum Imp. abdicat.
Lud. II. Imp. Rex Italiæ.
Lotharius II. Rex Loth.
Carolus Rex Prouinciæ.
Thetberga uxor à Lothario repudiata.
Valrada pellex Lotharij.
Guntharius Coloniæ, Thetgaudus Treuirorum archiepiſcopus.
Lotharius cõiugem recipit.
Lotharij in Italiam cõtra Saracenos expeditio.
Lotharij Romã profectio.
Lotharij & Optimatum eius periurium.
Lotharij mors repentina.
Diſceptatio de regno Lotharingia.

Digitized by Google

Conuentus Marſana.

Diuiſio Lotharingiæ inter Lud. Germ. & Car. Caluum Franciæ Reges.

Herſtallum & Aquegrani palatia Lotharingiæ.

Controuerſia de Imperio.

Carolus Caluus in Italiã profectus.

Carolus Caluus Romæ Coronatus.

Boſo rex prouinciæ.

Caroli Calui in Lud. fratrẽ minæ.

Ludouici regis Germaniæ mors.

Caroli in Lotharingiam motus.

Aqua & Colonia captæ.

Ludouici in Carolum Caluum expeditio

Carolus Caluus à Ludouico Germanico ad internecionẽ victus.

Indicto ergo Marſanæ ad Moſam conuentu, regnum Lotharingiæ diuiſêre: Ludouicus omnia à Rheno vſque ad Moſam: Carolus reliqua cum Burgundia (quam ex Caroli fratris regno Lotharius rex acceperat) accepit: in cuius parte noſtram Brabantiam fuiſſe indubitatum; vnde errorem emanaſſe credo, aſſerentium Caroli regnum ab initio ad Moſam pertigiſſe. Carolus itaque Heriſtellũ; Ludouicus Aquaſgrani profecti, quæ ſingulis palatia acciderant, Lotharingos in verba ſua adegêre. Ceterùm mortuo poſt quadriennium Ludouico Imperatore, noua inter Ludouicum ac Carolum fratres oritur de Imperio concertatio: Carolus miſſo in ſuam Lotharingiam Ludouico filio, vt eam à Germanis tueretur, in Italiam contendit, ac filijs fratris Carolo ac Carolomano fruſtra prohibere nitentibus Romæ à Iohanne Pontifice ac Romanorum primis Imperiali diademate inſignitus eſt. Vnde in faſtum elatus, vxoris fratrem Boſonem Regem prouinciæ creauit, vt & regibus dominari videretur, & Ludouico fratre Germanos colligẽte, vt ei Imperium auferret minabatur, ſe tantas in Germaniam copias ducturum, vt ab equis epotâ vndâ Rhenus nudo tranſiretur. Porrò conſtitutis rebus Italicis cùm in Franciam reuerteretur, Ludouicus frater Francfordiæ deceſſit V. Kal. Septembris anno 876. Eo rumore gauiſus, coactis quas poterat copijs, Moſam tranſijt, & Lotharingiam quæ fratri ad Marſanam ceſſerat, captis Aquiſgrani ac Coloniâ totam ferè in poteſtatem redegit: filiorum enim Ludouici Carolomanus Italiam eo diſcedente intrârat, Carolus in Alemannia erat, Ludouicus verò (qui ſolus patri adfuerat morienti) bello imparatus erat: quare facilè fuit Carolo patruo vacuam milite regionem inuadere. Ludouicus verò, qui propior Lotharingis erat, raptim collectis Germanorum copijs patruum ad Andernacum aſſecutus eſt: qui tam propinquo hoſte, de pace Legatos miſit, ſperans eâ dilatione Germanos noctu opprimi poſſe ignaros. Verùm illi dolo per exploratores prodito, totam noctem in armis ſtantes, Carolum itinere laſſum, ac imbre confectum ita excepêre, vt ſuis ferè omnibus captis, aut cęſis vix effugeret: acta hæc VIII. Idus Octob. eiuſdem anni, poſt eam victoriam con-

coniuncti Ludouicus ac Carolus fratres patruum Lotharingiâ pepulêre. mox aduenięte ex Italia Carolomanno patris regum partiti; Carolomannus Baioariam, Pannoniam, Carnuntum & regna Sclauorum, Boëmienſium; Ludouicus Franciam, Germaniam, Thuringiam, Saxoniam, Friſiam, & partem regni Lotharij; Carolus Alemaniam, & reliquum Lotharingiæ accepit. Id verò hoc loco à Chronographis non proditur, an Carolo Caluo patruo eorum ea Lotharingiæ pars permanſerit, quæ illi ad Marſanam obuenerat: vnde nullâ ratione expiſcari potuimus, quibus eo tempore Brabantia ſubiecta fuerit. Porrò Caluus ita à Nepotibus profligatus, in Italiam frequentibus Ioannis Pontificis nuntijs vocatus, vt Campaniæ à Saracenis pæne occupatæ opem ferret: ſecundò in Italiam proficiſcitur, vbi cùm Papiam veniſſet, obuiam habens Ioannem pontificem, Caroli Craſſi nepotis metu, qui cum maximo Germanorum exercitu aduentabat, Romam confugit: nec ibi diu moratus, cùm auerſos omnes animos conſpiceret, in Franciam iter apparat eâ celeritate, vt fugam inire videretur. Sed priuſquam Alpeis attingeret, coniuratione Hugonis, Boſonis, Bernardi Aruernorum, Bernardi Gotticaniæ Comitum, à Sedechia Hebræo medico veneno necatus eſt: ſecundo Non. Octobris. Ferunt his proceribus inuiſum fuiſſe, quòd patrio more ſpreto, Dalmaticatus ac coronatus incederet: filium reliquit Ludouicum, ac Iuditam vxorem Balduini Comitis Flandriæ. At Carolus Craſſus Romam profectus, magnóque omniū fauore exceptus, Imperator ſalutatus eſt, Ioanne Pontifice (ſoli non placebat) in Franciam ad Ludouicum Calui filium confugiente: quem tanto amore proſequebatur, vt coronam Imperialem capiti eius imponeret. Verùm eo poſt biennium defuncto Romam reuerſus, Craſſo de Saracenis partâ victoriâ claro, coronam impoſuit. Interim Ludouico ac Carolomanno fratribus Craſſi abſumtis, Normanni ductu Gothfredi ac Siphridi Regum, Lotharingiam varijs incurſionibus depopulabantur, circa Louanium ferè caſtra habentes. Vnde ſæpiùs egreſſi, Leodium, Traiectum, Coloniam, Bonnam, Aquaſgrani, Treuiros, ac omnia eius tractus cœnobia igni conſumſerunt.

Carolus Lotharingia pulſus.
Diuiſio Germaniæ inter fratres
Pars Carolomanni.
Pars Ludouici
Caroli Craſſi pars.
Dubium de Lotharingia.
Calui in Italiam iter.
Caroli Craſſi in Italiam expeditio.
Caroli Calui fuga.
Caroli Calui interitus.
Faſtus Car. Calui.
Carolus Craſſus Romæ coronatus.
Ludouic. Balbus coronatus.
Craſſi de Saracenis victoria.
Normannorũ impetus in Lotharingiã.

Quare

Craſsi in Germaniam reditus.

Quare in Germaniam rediens Craſſus, occupatis fratrum regnis, ſolumq́ue Carentanum Arnulpho ex pellice filio Carolomãni relinquens, Gotfredum alterum Normannorum Regem ad pacem compulit: eâ lege datam, vt acceptâ Giſlâ Lotharij Regis Lotharingię ex Valrada pellice filiâ, ac regno Friſię doti conſtituto, Chriſtianus fieret. Ita ille acceptâ coniuge, ac ab Imperatore de ſacro fonte leuatus, in Friſiam; Siphridus verò ingenti pecuniâ pacatus, in Franciam proceſſit: vbi 12000 argenti probati acceptis cum Carolomanno regni adminiſtratore pactus ſe intra 12. annos Franciam non repetiturum. Nec ob id Lotharingia vel Franciâ Normannorum incurſibus liberæ fuêre. Mortuo enim non multò pòſt Carolomanno, rurſum è Louanio, in Franciam incurrunt; cum Rege, non cum Francis inducias pactos excuſantes: Quare neceſſe fuit Francis, Craſſum Imperatorem in auxilium euocare, eique regni adminiſtrationem tradere, qui hoſtem, circâ Louanium in ſolitis caſtris ſedentem, bis aggreſſus, nihil effecit. Inter hæc Hugo Lotharij regis, & Valradæ pellicis filius, flagrans cupidine Lotharingiæ, Gothfredo regi ſororio ſuo perſuadet, vt miſſis ad Imperatorem legatis Gerolpho ac Gardolpho, terræ aliquid circa Rhenum aut Moſellam ſibi pro Friſia donari expeteret: hoc prætexto, quòd Friſia Normannorum incurſibus opportuna eſſet, ob ſuſceptam religionem ſibi infeſtiſſimorum: ſi hoc impetratum fuiſſet, facillimum erat Hugoni eius ope Lotharingiâ potiri. Ceterùm Imperator dolum ſuſpicatus, Henricum Ducem cum Wilhario Coloniæ Archiepiſcopo in Battauiam mittens, præcepit, vt Gothfredum, ſimulato colloquio euocatum, interimerent. Eo diligentiùs perfecto, captus omnium ignarus Hugo, effoſſis oculis Prumiæ incluſus eſt. Mox Normannorum Duce Rollone manus Louanio egreſſa, omnibus eatenus cæde incendioq́ue vaſtatis, Lutetiam obſidet: quibus occurrens Henricus Dux, inſidijs circumuentus perijt. Tandem Imperator cùm Franciâ nullâ ratione Normannos eijcere poſſet, in fœdus receptos, totâ eâ regione donat, quæ poſtea Normanniæ nomen retinuit.

Arnulphus Carolomanni filius Dux Carentani.

Normãni ad pacẽ compulſi.

Gothfredus Norm. Rex fit Chriſtianus.

Friſia Gothfredo cõceſſa.

Siphridus à Francis auro pacatus.

Carolomanus regni Franciæ adminiſtrator

Mors Carolomanni.

Normanni è Louanio Frãciam iterum incurrunt.

Craſſum Frãci euocant aduerſus Normannos.

Motus Hugonis Lotharij ex pellice nati.

Gothfredi doloſa cædes.

Hugonis fraus punita.

Rollo Dux Normannos Louanio in Franciam educit.

Henrici Ducis cædes.

Fœdus Craſſi cum Rollone.

Normannia unde.

Rollone

Craſſus Frãcia admini-ſtratione ceſſit

Rollone ſacris initiato, mox adulto iam Caroli Ludouici Balbi poſtumo regni adminiſtrationem cedens, in Germaniam redijt: vbi cùm corpore ac animo deficeret, repentè ab omnibus deſertus, Arnulphum ex Carolomanno fratre Nepotem ſucceſſorem accepit, ipſe fiſcis aliquot ſuſtentationi ſuæ conceſſit, inops perijt ſecundo Idus Ianuarij, ſinè vllo honore in Augea maiori conditus anno 888.

Craſſus Imp. depoſitus.

Caroli Craſſi interitus.

Arnulphus Imperator.

Arnulphus Carolomanni, vt diximus, filius, ex nobili quadam Carentana, à viuo patre Carentano donatus erat. Cumque ſolus ex Carolingis in Germania ſupereſſet, deficiente Craſſo, omnium ſuffragijs Imperium ſuſcepit. Erat ei ſubiecta omnis Germania, quæ Baioariam, Sueuiam, Alemanniam, Saxoniam, Franciam, Thuringiam, Friſiam, Carentanum ac Lotharingiam comprehendebat: cum Normannis varia bella geſſit.

Arnulphi latiſſimum Imperium.

Hi etenim, Imperatore in Baioaria conſtituto, nouâ claſſe in Lotharingiam delati, Chriſtianos ad Leodium vicerant, & captâ Vormatiâ Sunderoldum Epiſcopum occiderant, quos ille ex Baioaria deſcendens, in paludes Tyliæ ad Louanium compulſos Kal. Septembris anni octingenteſimi nonageſimi quinti ad internecionem deleuit 18. ſignis militaribus in Baioariam relatis.

Chriſtiani à Normãnis ad Leodium victi.

Vormatia à Norm. capta

Tylia fl. nunc Dilia.

Normanni ab Arnulpho ad Louanium internecione profligati.

Sequenti anno cùm in conſilio Vormatiæ Suendebaldum ex concubina filium regem deſtinaſſet; renuentibus principibus vſque in ſequentem annum diſtulit Tunc omniũ votis Regi creato Odonis Comitis filiã Hidam cõiunxit. Cetera huius Imperatoris geſta Luitprandus Ticinenſis, Sigebertus, Regino fuſiùs conſcripſère. Pthiriaſi eum interijſſe tradunt, accepto ab vxore Guidonis tyranni veneno, anno 899.

Comitia Vormatia.

Suendebaldus Loth. Rex.

Coniugium Suendebaldi.

Interitus Arnulphi.

Ludouico ex Dertha coniuge & Suendebaldo filijs relictis: quorum ille ad Forchemium à Germaniæ proceribus Imperator electus; Suendebaldus verò ex patris donatione Rex Lotharingiæ, ob ſtupra, rapinas, ac ſæuitiam ita inuiſus popularibus fuit; vt miſſis ad Ludouicum togatis, eius ſe Imperio ſubderent: quare Suendebaldus efferatior, euerſis rebellium arcibus, cùm maiore crudelitate eos ad obſequium reducere vellet; à Stephano,

Lud III. Imperator.

Suendebaldi flagitia.

Suendebaldus à ſuis interemtus.

Ludouicus Imp. Lotharingiã accipit.

Ludo. ab Hũgaris vincitur

Adelbertus à Ludouico caſus.

Finis Lotharingiæ regni.

Reges Lotharingiæ quot.

Mathfrido ac Gerardo Comitibus ad Moſam interemtus eſt anno 901. ſepultum ferunt Suſternæ in Iulia in collegiata Baſilica cum Cæcilia filia: ferunt in eo prœlio nullum, qui vulneratus eſſet, mortem euaſiſſe. Peremto Suendebaldo regnum Lotharingiæ ceteræ Germaniæ additũ, Ludouicus Suendebaldi frater Imperator moderatè gubernauit, longè ab eius moribus alienus: pugnauit hic cum Hungaris infeliciter. Adelbertum Comitem Bambergæ, qui Cunradum patrem Cunradi Imperatoris interfecerat, gladio puniuit: obijt anno 911. ſepultus Ratiſbonæ. Finitum eſt in eo regnum Lotharingiæ, quod ferè per 70 annos ſteterat ſub Lothario primo rege ac Imperatore Lothario II. Ludouico Germaniæ rege, ac Carolo Caluo ſimul, Carolo craſſo, Arnulpho, Suendebaldo, Ludouico: deinceps verò Lotharingia Ducibus ſubiecta fuit, vt ſequenti libro enarrabimus, à Giſelberto ſumentes exordium.

RERVM

RERVM BRABANTICARVM PETRI DIVÆI LIBER V.

De Ducibus Lotharingiæ à Giſelberto, vſque ad Carolum Lotharij Regis Francorum fratrem.

OMNES pæne horum temporum Chronographi ſtatim poſt mortem Ludouici Imperatoris Giſelbertum Lotharingiæ Ducem ponunt: quo verò genere is ortus, aut quâ ratione Ducatũ obtinuerit, nullus meminit: ſoli ex recentioribus Volfgangus Lazius libro De migratione gentiũ, & Gaſpar Bruſchius in Chron. monaſt. Germaniæ, Reinerij cuiuſdam, in Lotharingia Comitis filium produnt; quod Vrſbergenſis Abbas confirmat, ex Gallico Hiſtoriographo, vt & è Carolo rege mortuo patre Ducem creatum, Brando verò Dunenſis monachus, Luceburgi primò Comitem & à Carolo ſimplice Rege Francorum totius Lotharingiæ Ducem creatum aſſerit, anno 903. Quidquid ſit, ſatis conſtat eum ſub Cunrado primo Ludouici ſucceſſore cum Henrico Saxonum, Burchardo Sueuorum, Eberhardo Franciæ, & Arnoldo Baioariæ Ducibus Imperatori rebellaſſe: omnes tamen modeſtiâ Imperatoris pacatos, dempto Arnoldo, qui cum vxore ac liberis ad Hungaros transfugit. Eo motu durante, Carolus Francorum Rex totam ferè Lotharingiam in poteſtatem redegit, Cunrado Imperatore, antequam id prohibere poſſet, è viuis ſublato anno 919. Coacto enim exercitu, euictiſque Lotharingię proceribus, vt à Giſelberto ad ſe deficerent, Ducem Arburgi (quod opi-

Giſelbertus primus Dux Lotharingiæ.

Genealogia Giſelberti.

Rebellio eius in Cunradum primum Imp.

Caroli regis Francorum in Loth. impetus.

Giſelbertus Arburgi obſeſſus.

Giſelberti fuga.

Henricus imp.

Bellum ciuile in Francia à Roberto & Giſelberto ducibus excitatū.

dum Moſâ ac Gullo vallat) in altiſſimo monte ſitum, obſedit;
vnde elapſus in Germaniam confugit. Cuius ſucceſſor Henricus Saxonum Dux, cùm Carolum Regem à Roberto Andium
Duce, domeſtico bello, cuius Giſelbertum participem fuiſſe
aſſerit Vrſpergenſis, fatigari comperiſſet; recuperandæ Lotharingiæ animũ intendit. Inter hæc mortuo Stephano Leodienſi epiſcopo, Carolus Rex Richariũ quemdã; Giſelbertus Hildunium fouebant: quorũ Richarius, accedente Pontificis auctoritate, præualuit. Ceterùm Carolus cùm Imp. in Lotharingiam mouere intellexiſſet, miſſis legatis muneribuſque, & in
ijs manu D. Dionyſij, fœdus cum eo percuſſit; ac conſtituto
Bonnæ colloquio, omnia Lotharingiæ locâ (quorum potiora
erant Traiectũ, Iupilia, Capre-mons, Marſana, Litta, Harſtallum) reſtituit. Ita pacato Imperatore, abductiſque à Lotharingia auxiliaribus copijs, Robertum regni turbatorem in
Sueſſionibus, cum multis ſuę factionis principibus, prœlio cõgreſſum peremit. Mortuo paullò pòſt Carolo, in Herberti Comitis Veromanduorum cuſtodiâ Peronę, Lotharingis rurſum
noua molientibus, Chriſtianus eius gentis primarius, ſimulato
morbo, Giſelbertum ad ſe euocatum Imperio tranſmiſit: quẽ
ille benignè habitum, diuque in Comitatu ſuo retentum, cùm
non ſpernendam indolem in eo cerneret; datâ Gerbergâ filiâ
in coniugem, generum adſciuit. Poſt hęc, cùm Henricus Imp.
anno 936. obijſſet: Otto filius eius, natu maximus, Aquiſgrani
(quæ tum in Giſelberti ducatu erat) coronam accepit. Cuius
Imperij initio, Eucrardus ac Tanemarus quidã III. Ottonis frater, ſuſcitato ciuili bello, Henricũ ſecundũ Imperatoris fratrẽ
Badeliciæ cepêre. mouit in rebelles Otto, ac Tanemaro Ereſburgi interfecto, Eberhardum metu conterritum, ad deditionem compulit. Is tamen homo vafer Henrico fratri Imp. captiuo ſuo perſuaſerat, vt coniuratione ſecum initâ, Ottoni fratri Imperium pręriperet: quod ipſi ſummo iure deberetur, patre iam imperante genito, cùm Otto multò antè natus eſſet.
Sed hæc in præſens diſſimulata, Henrici precibus Eberhardo
ab Ottone in gratiam recepto erupêre. Tum Henricus adſcito
in partes Giſelberto, celebrique conuiuio Salafeldiæ inſtituto;

Diſſidium de epiſcopatu Leodiẽſi inter Richarium & Hildunium.

Caroli ad Hẽricum imp. legatio.

Colloquium Bonnæ.

Loca Lothar. à Carolo reſtituta.

Robertus Dux à Carolo Rege interimitur.

Carolus in Herberti Comitis cuſtodia Perona moritur.

Chriſtianus Lotharingus.

Giſelbertus ad Henricũ Imp. à Chriſtiano miſſus.

Giſelberti connubium.

Henr. Imp. obitus.

Otto I.

Euerardi & Tanemari rebellio.

Henricus frater Imp. captus.

Tanemari cædes.

Eberhardi callida deditio.

Eberhardus Henrico Imp. fratri rebelliõnẽ perſuadet.

Henrici, Giſelberti, & Eberhardi in Ottonẽ bellũ.

multos

multos procerum auro corrupit: quibus demandatâ Saxoniæ curâ Lotharingiam petijt. Famâ huius defectionis ad ſe relatâ, Imper. fruſtra tentato Giſelberto vt in fide permaneret, Tremoniâ captâ, in hoſtem properat, quem in Rheni tranſitu occurrentem, ingenti clade repellit: quâ victoriâ in maius exaggeratâ, Dadi Thuringus omnes Saxoniæ vrbes ab Henrico retraxit, præter Scidingam ac Merſburgum, cui Henricus ex fuga ſe incluſit. Porrò obſeſſus à fratre, poſt ſecundum menſem deditionem fecit: ac reſtitutis fratri omnibus Saxoniæ munitionibus, Lotharingiam repetijt. Conſtitutis Saxoniæ rebus, Imperator Lotharingiam aggreditur, de Giſelberto pœnas ſumturus; quem Capre-montem compulſum diù obſedit. Ceterùm eo noctu dilapſo, cùm arx expugnatu difficilis eſſet; in Saxoniam reuertit: Immone primùm Comite, homine verſutiſſimo, in Giſelbertũ concitato; cuius repentinâ defectione conſternatus Dux, Ludouici Franciæ Regis opem expetijt: ipſe interim opidis ac arcibus Lotharingiæ commeatum inferri iuſſit. Ferunt Immonem Comitem ingentis porcorum gregis potitum fuiſſe, cùm vnius porci clamore, quem ad portas arcis ſuæ percuti iuſſerat, omnes eò properarent. Pari aſtutiâ Giſelbertum (qui ob interceptum commeatum copias admouit) ab obſidione repulit. Aluearia etenim apum plena equitatui Ducis immiſit, à quibus afflicti equi, nullis frenis à curſu cohiberi poterant. Eo dolo ſolutâ obſidione, Dux ad Eberhardum Andernaci contendit. Porrò Ludouicus Rex ſperans ex ea Germanorum diſcordiâ, Lotharingiam occupari poſſe; coacto ingenti ſuorum exercitu, in Elſatiam prorupit, ac Briſacum Germanis ademit. ſed cùm tardiùs, quàm conſtitutum fuerat, duces mouerent; Imperatoris metu in patriam receſſit, Briſaco fortiùs munito. Cinxit mox Briſacum Imperator magno Germanorum numero ſtipatus: è quibus Hermannum Sueuiæ ac Cunradum Franciæ Duces, vt Eberhardum Giſelbertumque Rhenj ripis auerterent. Inuenêre illi vtrumque Ducem in Caſtris ad Andrenacum, omnis hoſtilis metus ſecurum. quare impetu facto, ſinè magno negotio ſuperati, Eberhardus fortiter

Tremoniam capit Otto.
Rebelles ab Ottone victi.
Saxonia ab Henrico deficit.
Henricus Merſburgi à fratre obſeſſus & deditus.
Imp. in Lotharingiam expeditio.
Capremontis expeditio. Soluitur.
Immonis Comitis vafrities.
Immo à Giſelberto obſeſſus, quo dolo euaſerit.
Giſelbertus ad Eberhardum properat.
Ludouici Regis in Alſatiâ expeditio.
Briſacum captum.
Ludouicus ab Alſatia receſſit.
Briſacum ab Ottone obſeſſum.
Hermanni ac Cunradi Ducum de Eberhardo & Giſelberto victoria.
Eberhardi cædes & Giſelberti.

pugnans occubuit, Giſelbertus fugiens, dum Rheni ſcapham
inſcenderet, eâ pondere merſâ vitam amiſit anno 940. Poſt
Henrici in Franciã fuga. eam victoriam Henricus frater Imp. in Franciam confugit,
& Briſacenſes ſinè mora ſeſe dedidêre, moxque omnis Lotha-
Lotharingia Imp. cedit. ringia ab Imp. recepta, Immonis fraude circunuentis Ansfre-
do & Arnoldo Capre-montis cuſtodibus. Exſtincto Giſel-
Henricus Giſelberti filius II. Dux Loth. berto Otho Imp. Henricum filium eius Ducem Lotharingiæ
conſtituit, optimæ ſpei puerum: dato ei tutore Vdone ſeu Od-
Oddo præſes Lotharingiæ. done quodam filio Rieuini, qui præſes regionis dictus eſt;
Gerbergam verò matrem eius Ludouico Francorum Regi re-
Gerbergæ nuptiæ. conciliato; aliam Gerbergam filiam Giſelberti Bertoldo Duci
Baioariorum deſpondit: Henricus verò frater Imperatoris, de-
ditione factâ in Lotharingia fratris permiſſu habitauit: vbi,
Henricus fratrem Imp. Loth. tentat. oblatâ occaſione belli Barbarici, rurſum noua molitus, cùm
diligentiâ Otthonis præſidis nullis munitionibus reciperetur,
Henricus Baioariæ ducatu donatus. eo regno exceſſit, tandẽ defuncto ſinè liberis Bertoldo Duce;
donatus à fratre Baioariâ, quoad vixit fidiſſimus Imperio per-
Henrici Ducis Loth. & Odonis mors. manſit. Otto verò præſes cum Henrico Duce pupillo eodem
Cunradus Dux Francorum idẽ Dux Loth. & gener Imperatoris. ferè tempore viuis exceſſêre, circa annum 943. Quibus de-
functis Imperator Cunradum Francorum Ducem, cuius ope-
râ Giſelbertum profligatum antea diximus, Ducem Lotha-
Ruotbertus Treuirorum archiepiſcopus, & Richarius Leodij epiſcopus, proditionis inſimulati ringiæ creauit, qui luſtratâ prouinciâ Ruotbertum Treuiro-
rum archiepiſcopum, & Richarium Leodij Epiſcopum falſo
nouarum rerum crimine conſperſit, Imperatore Duſburgi
comitia celebrante: quo illi facillimè eluto liberati, ac Imp.
reconciliati ſunt. Paullò poſt Imperatoris ac filij diſſenſione
Luitolphus filius Imp. à patre diſſẽtit, eius nuptiæ. Dux Sueuiæ fit, eiusgeſta in Italia. reſpublica miſere turbata eſt. Hũc ex Editha ſibi genuerat, Lui-
tolphum nomine, eique Idam Hermanni Ducis Sueuiæ fi-
liam collocârat. Succeſſit mox in ſoceri opes, ac in Italiam
profectus, multa præclarè geſſit. Porrò defunctâ mox Edithâ
Othonis ſecundæ nuptiæ. Imp. Aleydæ viduæ Ludouici Italiæ Regis formâ illectus, ſi-
mulatâ expeditione Italicâ, eam nouercam Luitolpho ſuper
induxit. Vnde ille in parentem exaſperatus, confeſtim in Ger-
maniam retrorſum abijt, & ſollicitato Cunrado Duce (cui
Luitolphi & Cunradi Ducis rebellio. Luitgarda ſoror nupſerat) arma patri mouit. Quibus comper-
tis Imperator cum noua coniuge in patriam reuerſus, de con-

iuratione

Digitized by Google

iuratione inquirit. Ea Imperatoris ac Luitolphi diſcordia Lotharingis (qui inuiti Cunrado parebant) rebellandi occaſionē dedit. Dux rebellium, Reynerus Montenſium Comes, Duci ad Moſam congreditur. Cæſus ibi Cunradus Euerardi filius: cuius viſo ſanguine ita Dux efferbuit, vt multis hoſtium ſuâ manu necem inferret; tandem noctis ſuperuentu vtrimque laceris copijs diſceſſêre, Dux ſuas Moguntiam ad Luitolphum deduxit. Moguntiâ mox ab Imperatore obſeſſâ, egreſſi Luitolphus cum Cunrado nullam pacem impetrârunt. Tandem deficientibus ab Imp. Ecberto Comite ac Arnoldo, filio Arnoldi Ducis Baioariæ, Luitolphus conuerſo in Baioariam itinere, Ratiſbonam cepit, mox Hungaris in fœdus receptis, totâ Germaniâ euaſtatâ, Lotharingiam vſque ad Carbonariam percurrunt. Porrò Imperatore Baioariam vrgente, rurſum de pace agi cœptum. Conuentu ad Cinnam indicto, cùm nullâ ratione Luitolphus ad pacem euinceretur, Cunradus eo deſerto, Imperatori ſe totum tradidit. Indè Luitolphus Ratisbonam noctu confugiens iterum à patre obſeſſus, fame vrgente, cùm nec eruptio ceſſiſſet ex ſententia, rurſum pacem petijt: indicta Tritiſtariam comitia: quorum euentu non exſpectato, patrem venatui intentum ſupplex acceſſit; proſtratuſq́ue patris ac omnium præſentium miſeratione veniâ donatus eſt: mox Moguntia, omniſq́ue Germaniæ Francia, operâ Cunradi, Imperatori reddita anno 954. Et eodem an. Cunradus Dux cum Gerone Comite in Sclauos miſſus, inſignem victoriam reportauit. Vix ſopito hoc bello Hungaros Baioariæ fines incurrere Henricus frater Imperatoris ſignificauit. Quare Imp. aſſumtis Saxonum fortiſſimis, Auguſtam contendit; reliquos Duces per litteras euocauit. Confluxêre mox Franci Baioariique, & cum fortiſſimo equite Dux Cunradus: cuius aduentu in ſpem erectus miles nihil impoſſibile eo duce ſibi ſpondebat: quem tam manu quàm conſilio promtiſſimum, & equitem non minùs quàm peditem egregium pugnatorem cognouerat: aderant & Sueui cum Burcardo Duce, & Boëmi equites mille. Imperator milite per ieiunium pridianum purgato, ſummo diluculo in hoſtem educit, in octo acies diſpo-

Lotharingorum in Cunradū rebellio.

Reynerus Comes Montenſis.

Cunradi Ducis cum Lotharingis anceps prœlium.

Moguntia ab Imp. obſeſſa.

Luitolphus in Baioariam mouet.

Ratisbonæ expugnatio.

Hungari Lotharingiam vaſtant.

Conuentus de pace inter patrē & filium.

Cunradi à Luitolpho defectio.

Luitolphi fuga.

Luitolphus ſupplex patrē accedit.

Cunradi Ducis & Geronis Comitis victoria de Sclauis.

Hungarici belli initia.

Cunradi Ducis virtus.

ſito exercitu: quod hoſtes conſpicati, tranſito Lyco, noſtros circumire, & Boëmos in extrema acie laceſſere cœperunt: quibus mox conciſis direptiſque impedimentis, ſex ac ſeptẽ Sueuorum legiones pari impetu diſiecêre. nec parua clades eo die

Cunradus Dux militem Imp. ab ingẽti clade ſeruat.

fuiſſet accepta, niſi Cunradus repentè in Barbaros irruens impedimenta ac prædam omnem recepiſſet. Quo ad ſignũ Imp. reuerſo, totus exercitus in hoſtem conuerſus, præeunte cum ſacra lancea Imperatore, hinc reſpectantibus ad ſolam fugam

Hungarorum cædes.

hoſtes, vndique circumuenti, crudeliter mactati ſunt. Cunradus Dux omnium fortiſſimè pugnans, dum æſtu nimio feruidus,

Cunradi Ducis mors.

vinculo galeæ ſoluto auram captat; ſagittâ ictus, equo procidit exanimis, cuius caſu efferatior miles ſinè vlla miſeratione barbaros trucidat: vnde ille in fugam coniectus, partim in caſis villarum proximus deliteſcens, admoto igne conſumtus eſt; partim Lecho amne merſus: multi verò à vicinis populis confecti, adeò vt ex tanto exercitu vix vllus

Duces Hungarorum ſuſpenſi. Cunradus Dux Vormatiæ conditur.

euaderet. Duces hoſtiũ Imperator tres captos ſuſpendio damnauit: Cunradi verò ducis corpus Vormatiam delatum ibidem honorificè conditum eſt anno 955. Hic florentiſſimę omnium eius ætatis Germaniæ Ducum interitus glorioſus. Poſt hæc

Bruno archiepiſcopus Coloniæ, Dux Lotharingiæ.

Imperator Ducatum morte eius vacantem, Brunoni fratri ſuo archiepiſcopo commiſit Colonienſi: qui Lotharingiâ latronibus, quibus eo tempore ſcatebat, purgatâ, Normannorum

Lotharingia prædonibus purgata.

complures ad baptiſmum coëgit: Reinerium etiam Longicollium Montium Comitem, Lotharingiæ turbatorem, Valentianas euocatum, in perpetuam cuſtodiam coniecit, eò quòd Gerbergæ reginæ dotem, à Giſelberto priore marito conſtitutam, auertere niteretur. Porrò bonis Reinerij fiſco addictis,

Reinerius & Lambertus filij Reinerij.

Reinerius ac Lambertus filij eius in Franciam ad Lotharium Regem Gerbergæ filiũ confugerũt. Paullò pòſt, Bruno archiepiſcopus in Franciam profectus, vt Lotharium Regem & Comitem Hugonem, qui longo tempore inter ſeſe controuerſi fuerant, componeret; Compendi in morbum incidit: quo

Brunonis archiepiſcopi obitus. Lothar. Imperio vacat.

aggrauante, Rhemos delatus, exſpirauit anno 966. corpus eius à Theoderico Metenſi epiſcopo Coloniam relatum. Poſt eius mortem Ducatus Lotharingiæ imperio vacauit: quamquam ali-

aliqui Fredericum Giſelberti filium, Ducem creatum velint: conſtat enim Giſelberto præter Henricum, de quo antè diximus, fuiſſe filium. Ceterùm Reinerius ac Lambertus filij Comitis Reinerij, cùm aliquantulum in Francia delituiſſent, morte Brunonis compertâ, reſumtis viribus ac ope Francorum Garnerium, ac Renoldum, quibus Imperator comitatum, capto Reinerio donauerat, ad Peronam congreſſos interemerunt: mox Boſſuto arce fortiùs munitâ, Lotharingiam plurimùm infeſtârunt. Montium tamen Comitatum prohibentibus Gothfredo Arduennæ, ac Arnulpho Flandriæ Comitibus recuperare non potuerunt. Porrò Boſſutum Otto Imperator captum, in exſulium miſſis præſidiarijs, diruit: nec multò pòſt ope Francorum, & Caroli præſertim poſtea Ducis Caſtrilocum obſidione cingunt: ſed accurrentibus Gothfredo ac Arnulpho Comitibus victi obſidionem ſoluere coguntur; nec ob id ſpe partem comitatus recuperandi depulſi. Initâ enim cum Francis affinitate, Reinerius Hugonis Comitis Hauuidam, Lambertus filiam Caroli Gerbergam duxêre: moxque ſocerorum auxilijs, Montenſem Comitatum ſummâ virtute recepêre. Hæc vacante Lotharingiæ ducatu à fratribus geſta.

Reinerij & Lamberti, pro paterno comitatu recuperãdo molimina.

Garnerus & Renoldus interemti.

Fratres à Boſſuto Lotharingiam incurſant.

Boſſutum ab Imp. captum.

Caſtrilocus à fratribus obſeſſum, ſed fruſtra.

Connubia Reinerij ac Lamberti.

Montenſium Comitatus à fratribus recuperatus.

RERVM BRABANTICARVM PETRI DIVÆI LIBER VI.

De Lotharingiæ Ducibus à Carolo; item de Comitibus Louanienſibus, à Lamberto Montenſi, vſque ad Gothfredum Barbatum, primum Brabantiæ Ducem.

Otto II. Imp.

Franci Lotharingiæ auidi.

OTTO II. eius nominis Imperator cùm Francos omnem mouere lapidem conſpiceret, vt Lotharingiam aliquâ ratione Regno Franciæ coniungerent (ob id enim ſolùm Remerio ac Lamberto fortiſſimis viris opem prioribus bellis latam conſtabat) adhibito Procerum conſilio, aptum aliquem Ducatui quærebat. Tandem ſuper hac re diutiùs deliberato, placuit Carolum Lotharij Regis Francorum fratrem acciri. Erat hic Ludouico Rege ac Gerbergâ Imperatoris genitus, ferox ingenio, manu promtus, fautor acerrimus Montenſium fratrum, ſuper omnia Imperij cupidus: cuius in Francia adipiſcendi nulla ſpes erat; Hugonianâ factione omnia ad ſe trahente. Hunc ergo vt conſtitutum erat, Aquaſgrani euocatum Imperator Lotharingiæ Ducatui infeudauit, multis ſacramentis Imperatoribus adſtrictum obunctumque; vt deinceps vnus ex Imperij Principibus, Francorum pro Lotharingia recuperanda motibus obſiſteret. Succeſſêre hæc Germanis ad votũ: auulſus enim Francorum amicitiæ Carolus, adeo ab affectato Germanorum fœdere diſplicuit: vt mox Lotharius Rex frater eius maximo exercitu Francorum coadunato, Lotharingiam Aquas vſque peruaſtaret, ſubitâ inuaſione conterrito Imperatore,

Carolus frater Lotharij Regis Francus, Dux Lotharingiæ quintus.

Ob Germanorum amicitiã Francis inuiſus.

Lotharij in Lotharingiam expeditio.

ratore, ac opido profugiente. Qui tamen reuertentem Regem cum tumultuario ſuorum delectu inſecutus, Octobri Menſe Rhemorũ Landinienſium, Sueſſionam, ac Pariſiorum fines grauiter adflixit: his peractis, cùm reditum maturaret in Auxonæ tranſmiſſu, indumentorum partem amiſit. Hinc interceſſu Caroli aliorumque principum, Imperator ac Rex, ad Curum flumen conuenientes, conciliantur: Rege Lotharingiam in perpetuum abiurante: & Carolus quietâ Prouinciâ potitus eſt, quoad vixit Otto Imperator. Porrò Lotharingiam eo tempore ob variorum principatuum inſtitutionem ita imminutam tradunt, vt vix tertia pars Carolo paruerit: Regio etenim ad Moſellam, Gelria, Iulia, Cliuia, Hollandia, Namurceſium, Arduenna, Elſatia, Hannonia, corpori Lotharingiæ auulſa, peculiares principes cognoſcebant: Quorum aliqui nullo vinculo Carolo coniuncti, plurimi verò palàm diſcordes erant. Hinc euenit vt impar longè eius poteſtas eſſet à Principum priorum maieſtate. Porrò Ottone Imperatore mortuo anno 983. cùm Otto III. ſucceſſiſſet, Lotharius Rex rurſum appetitâ Lotharingiâ Virdunum, ac ibidem Comitem Gothfredum capit: ſed accurrente mox cum ingenti Germanorum numero Ottone, redditis Comite ac opido, pauco tempore ſuperuixit: obijt anno 906. ſucceſſore filio Ludouico: quo itidem mox ſublato, Franci in diuerſa ſciſſi, pars Hugonem Comitem Pariſiorum; pars Carolum Regem nolebat. Hic confeſtim omnem ferè Lotharingiam vindicando regno armans, Landunum occupauit; vbi ab Hugone obſeſſus, ſecundo obſidionis menſe, eruptione tentatâ, hoſtem caſtris exuit. Eo itaque repulſo, Mons acutus, & Rhemi in poteſtatem venêre; vbi eiecto eo, quem Hugo conſtituerat, Arnulphum conſanguineum ſuum archiepiſcopum creat. Verùm hic inutile otium agentem, ac cetera pari virtute occupare differentem, Hugo fraude quorundam receptus vrbe, captum Landunum in cuſtodiam mittit, vbi eodem anno miſere perijt, ſalutis videlicet 991. ferunt hunc puerum Bruxellæ alitum fuiſſe. Filium reliquit Ottonem paterni ducatus ſucceſſorem, Gerber-

Otto Imp. Regem perſequitur.

Colloquium Regis cum Imperatore.

Lotharing. ſub Carolo minuta.

Noui in Lotharingia principatus.

Otto III. Imp.

Lotharingia à Francis repetita.

Ludouicus Rex.

Caroli ad regnum vindicandum motus.

Hugo pulſus

Carolus Rhemis ab Hugone captus.

Otto VI. Dux Lotharingiæ.

Lambertus Montēſis primus Comes Louanienſis.

Albertus primus Comes Namurcenſis.

Gothfredus Arduennas Lotharingiæ Dux VII.

Lamberti comitis rebellio.

Lambertus Gothfredum à Louanio repellit.

Balduinus Comes Flandriæ Valētianas occupat.

Henricus Imperator in Germaniam Infe. expeditio Imperator Valentianis pulſus.

Gandauū ab Imperatore obſeſſum & captum.

gam Lamberto Montenſi nuptam, qui vxorio iure poſt ſoceri mortem Louanienſem comitatum obtinuit, qui Louanium, Bruxellam, Niuellam, Villeuordiam, cum Fura ac Sonia ſilua complectebatur: Irmegardim verò alteram Caroli filiam, Albertus Comes Namurcenſis vxorem habebat. Porrò Ottone Duce poſt quattuordecim annos defuncto ſinè liberis, cùm ducatus ſucceſſionis iure ad Lambertum deuolutus eſſet, Gothfredus tamen Arduennæ Comes cum filio ſuo Gothfredo dari ab Henrico ſecundo Imperatore impetrauit: qua indignitate moti Lambertus cum fratre Reinerio, Balderico Leodienſi Epiſcopo, Balduino Flandriæ Comite, ac Gerardo alio Comite, bellum Imperatori ac nouo Duci mouent. obſeſſus Louanij à Gothfredo Duce, Lambertus hoſtem abſcedere cogit: Balduinus verò occupatis Valentianis, ac alijs aliquot arcibus Imperatorem perpulit in inferiorem Germaniam deſcendere, qui Balduino Valentianas compulſo, accurrentibus Roberto Rege Franciæ, ac Ricardo Normaniæ Duce, obſidium ſoluere coactus, Gandauum adortus eſt, vbi arce captâ, Multos nobilium captiuos abduxit. Mox Balduinus, quorumdam operâ Imperatori reconciliatus, Valentianas & Valachriæ inſulas feudo ab Imperatore accepit. Denique Gothfredus Gerardum Comitem (erat hic auunculus Cunradi poſtea Imperatoris) aggreſſus, prœlio vicit, filio eius interfecto. Lambertus verò Comes, controuerſiâ ob arcem Hugardiæ ab eo conſtructam, cum Balderico Epiſcopo ortâ, haut procul ab arce cum eo feliciter conflixit, maximâ Leodienſis nobilitatis parte fuſâ, & paulò pòſt, inter Gothfredum Ducem & Reinerium, Reinerij Comitis filium, bellum renatum: quo Lambertus nepoti opem ferens, ad Florinas fortiter pugnans interijt; vbi rem miraculo proximam accidiſſe ferunt. Phylacterion enim Sanctorum reliquijs plenum (quod collo gerens, multa pericula euaſerat) tum excidiſſe, ac eum mox occiſum: militem verò Lotharingum, qui illud arreptum ocreis indiderat, tumore cruris proditum. Hic Lamberto vitæ finis anno milleſimo decimo

Balduinus Imperatori reconciliatus.

Gothfredi de Gerardo Comite victoria.

Lamberti Comitis cū Balderico epiſcopo Leodij bellum.

Arx Hugardiæ.

Lamberti victoria.

Bellum Gothfredi Ducis & Reinerij Comitis.

Lamberti Comitis interitus.

Eiuſdem phylacterion.

Lambertus Niuellæ cōditus.

quarto

quarto. Conditus eſt Niuellæ cum Gerberga vxore: comitatum eius Henricus filius accepit. Porrò Gothfredus Dux Arnulpho Comiti Hollandiæ ab Imperatore Henrico ſuppetius miſſus, à Friſijs captus eſt: cùm voce cælitus ſonante, *Fugite, fugite*: ſui in fugam coniecti fuiſſent: nec antè Friſiorum manibus redimi potuit, quàm id factum impunè Friſijs Imperator ſpopondiſſet. Dux verò ad ſuos redux, eodem anno ſinè liberis vitâ exijt, ſalutis videlicet milleſimo decimo nono: Gozziloni fratri ducatum relinquens, quem adiunctis ſibi aliquot Principibus, Cunrado Imperatori ſecundo eius rebellionem mouiſſe ferunt. Ceterùm pacatus quoad vixit, Imperio fidiſſimus fuit, & Odonem Campaniæ Comitem Burgundiæ comitatum (quem Rudolfus Rex, ſeditione vexatus ſuorum, Imperatori donârat) armis vindicare conatum ad Barum ſtatariâ congreſſione vitâ exuit, Vnde plurimorum meritorum cauſſâ Moſellanum ducatum mortuo Frederico Duce, & Trentæ comitatum cum Velania Imperatoris beneficio poſſidenda accepit; obijt anno 1044. relictis Gothfredo, Frederico, Odâ vxore Lamberti ſecundi Comitis Louanienſis. Gothfredus hic ferocis animi iuuenis, cùm Imperator Henricus Moſellanum ducatum rurſum Lotharingiâ auulſum, Adelberto cuidam commiſiſſet; contra vtrumque arma corripuit, & Adelbertum prœlio ſibi congreſſum, trucidauit: indè vſque ad Rhenum omnibus in fauillas redactis, ac cæde nimiâ afflictis eius tractus hominibus, nihil intactum (niſi quod præſidio murorum vel auro dato euaderet) reliquit. Porrò Imperatore ad refrenandum hominem viui-parante, totus hic impetus repentè deferbuit. Supplex enim Imperatorem accedens, in arcem Gibekenſtein cuſtodiendus miſſus, nullis Principum precibus eripi potuit, niſi filio obſide dato, quo in obſidiatu mortuo, cùm ab Imperatore in gratiam non reciperetur, renouato pari ferociâ bello, & Balduino Flandriæ, Theoderico Hollandiæ Comitibus coſociatis, Neomagum cepit, palatio Imperatorum incenſo: Virdunum quoque cum pulcerrima Baſilica exuſſit. Circa hæc ferè tempora

Henricus II. Co. Louanij.

Bellum Friſonicum.

Gothfredus Dux à Friſijs captus.

Gothfredi Ducis mors.

Gozzilo Dux Lotharingiæ octauus.

Rebellio eius in Imperatorẽ.

Odo Campaniæ Comes

Odo à Gozzilone caſus.

Gozzilo Moſellæ regionem cum Velania & Trentam accipit.

Gothfredus II. Lotharingiæ nonus Dux.

Adelberti Ducis Moſellani cædes.

Gothfredus captus.

Liberatur Gothfredus.

Neomagum & Virdunum à Gothfredo capta & incenſa.

Henricus II. Comes Louanienſis.

Henricus Louanij ſecundus Comes exceſſit vitâ, anno ſalutis 1046. vel vt Sigebertus aſſerit, anno 1038. ab Hermanno nobili viro, quem Louanij captum aſſeruabat, percuſſus. Nec minùs de ſucceſſoribus eius controuerſum: Brabantiæ enim Chronographi Lambertum ei ſucceſſiſſe ſcribunt filium: Sigebertus verò eius temporis æqualis, Ottonem filium Henrico ſucceſſiſſe, ac eo mox prærepto, Lambertũ Henrici fratrem. Quidquid ſit, ſatis cõnſtat Lambertũ hunc, cognomento Baldericum, initio Ducatus Gothfredi ſecundi, de quo ſcribimus, Comitem fuiſſe. Sed ad alia pergamus. Balduinus Comes Flandriæ, Gothfredo belli ſocius, Eijnhamum, Brachantum, arces Imperiales, Aloſti Comitatum, & arcem Gandaui Germanis ademit. Quo comperto Imperator, cum infinita pæne hominum multitudine Aquaſgrani perrexit, comitante Leone ſummo Pontifice, vt indè cõſtituto Eccleſiæ ac Imperij ſtatu, primo quoque tempore, in Gothfredum ac Balduinum duceret. Non exſpectauit bellum Dux; verùm Aquas conuolans, Pontificis ac Principum interuentu gratiam meruit; ducatu tamen ſpoliatus. Frederico ſucceſſore (quem Giſelberti filium ante 100 annos interempti filium Flandrorum Chronographi volunt) vnà cum Leone Pontifice in Italiam abceſſit, Frederico fratre in ſocium abducto; vbi fidam Pontifici contra Normannos operam nauauit; Balduinum verò pacis adſpernantem Imp. totâ Flandriâ perſecutus, obſides dare, Antverpiamque & Cameracum reddere compulit. Porrò Gothfredus Dux, acceptâ in vxorem Beatrice Bonifacij Marchionis Italorum viduâ, animo Imperatoris nouum iniecit ſcrupulum: nè Italorum animos ſuâ ſponte nouitatis auidos, in ſe concitaret, eò magis, quòd nuntios inter eum ac Balduinum ſecretò commeare intelligeret: quare monitis in Italia Imperio fidis, vt Ducem obſeruarent, ipſe iterum in Balduinum pergit: hic, ſpreto ſacramento, quod Imperator nuper fecerat, Hoyum, Tulinium, opida, ac Zelandiæ inſulas ſubegerat; adſcito in eamdem conſpirationẽ Lamberto Louanienſium Comite. Porrò aduentu Imperatoris, qui trinis exercitibus inuaſerat, conterritus ipſe, in munita ſe recepit: Lambertus

Otto III. Comes Louanij. Lambertus Baldericus IV. Comes Louanij.

Balduini Flãdria Comitis bellum in Cæſarianos.

Gothfredus Imp. conciliatus. Fredericus X. Dux Lothar. Gothfredus in Italiam cum Leone Pontifice profectus. Geſta eius contra Normannos. Imp. in Balduinum expeditio. Antuerpia & Cameracum à Balduino reddita. Gothfredus Dux Beatricem viduam Bonifacij Marchionis ducit. Gothfredus, Imperatori ſuſpectus. In Balduinũ noua rebellio. Lambertus Comes Louanij, Balduini ſocius.

Digitized by Google

tus verò Comes, cùm Tornacum diù fortiter contra Germanos tutatus eſſet; tandem capto opido, cum multis Flandrorum interemtus eſt, anno 1054. Cuius corpus ſuis redditum Niuellæ conditum eſt, poſt quem Henricus II. filius eius ex Oda filia Gozelonis Ducis, adito comitatu, cum Hollandis variè conflictatus eſt: His enim anno 1058 confœderatus Colonienſi archiepiſcopo, epiſcopo Leodienſi, Vichardo aduocato Gelriæ, & Hermanno Comiti de Cuyck bellum inferens, vnà cum Vichardo prœlio captus eſt; at renouato anno 1062, bello Florentius Comes ab Hermanni Comitis de Cuyck milite ad pagum, qui *Hemert* vocatur, inter Moſam ad Vahalim oppreſſus eſt. Obijt hic Comes, anno 1068. relictis Henrico ac Gothfredo. ſed hæc poſteriùs accidêre. Porrò Imperatore capto Tornaco, abductiſque nobiliſſimis Flandrorum, domum reuerſus, crebris Italorum nuntijs vocatus, ob creſcentem Gothfredi potentiam eò contendit. Vix Alpibus tranſitis legati occurrunt, nuntiantes, nihil minus Ducem quàm rebellionem quærere; ſed hoc ſolum, quàm vt patriâ extorris, fortuniſq; exutus, vxoris opibus aleretur: paratum verò etiam pro ſalute eius ſanguinem effundere: idipſum legatis ſuperueniens Beatrix aiebat, Imp. non tam probatâ ſatisfactione, quàm nè ſe Normannis Ducem in Apulia præberet, Ducem crimine abſoluit: Beatrice obſidis loco ſecum ductâ, quòd ſe inconſulto, nubens hoſti publico, Italiam prodidiſſet: Dum hæc in Italia agerentur, Balduinus Fredericum Lotharingiæ Ducem Antuerpiæ concluſerat; ſed accurrentibus Lotharingis, victus, ad propria redire compulſus eſt. Henricus Imp. vitâ defunctus, Henrico puero filio Imperium reliquit. Cuius Imperij initio Coloniæ ſynodus coijt: vbi Victor Pontifex, & Henricus Francorum Rex, pacem perpetuam compoſuêre; inter eum, cũ Frederico Duce, Lotharingiæ Duce, & Gothfredum Ducem, & Balduinum Comitem: Zelandiam tum Comes cum arce Gandenſi retinuit, & tam Gothfredo quàm Frederico Ducis nomen permanſit: Donec Frederico mortuo anno 965. Gothfredus beneficio Imperatoris Ducatum recuperauit, ac quinquennio ſuperuixit, ſublatus anno 970. ac

Virduni

Tornacum à Lamberto Comite defenſũ.
Lamberti Comitis cædes.
Henricus V. Comes Louanienſis.
Eius cũ Hollandis bella.
Hermanus Comes de Cuyck.
Henricus Comes captus.
Florentij Comitis Hollandiæ cædes.
Henrici Co. Louanienſis mors.
Henricus III. Comes.
Henrici Imp. in Italiam iter.
Gothfredi Ducis legatio ad Imp.
Imp. de Gothfredo Duce Metus.
Beatrix in cuſtodia Imperatoris.
Balduinus Comes Antuerpia pulſus.
Henricus IV. Imp.
Synodus Coloniæ.
Pax inter Gothfredum & Fredericũ Duces.
Frederici mors.
Gothfredus Ducatum recipit.

Gothfredi mors.

Virduni ſepultus relictis liberis Gothfredo & Idâ vxore Euſtathij Comitis Bononiæ maritimæ, matre memorandi illius Gothfredi Ducis, cuius memoria etiamnũ toto orbe celebratur; poſt mortẽ patris, Henricus Imperator Gothfredo ducatũ confirmauit, addito in Italia Imperij vicariatu, vbi Mathildam nouercæ Beatricis filiam duxerat. Indè repetitâ Lotharingiâ, Hollandiam Roberto Friſio fratre Balduini Comitis Flandriæ eius comitatus priuignorum (erant ij filij Florentij Comitis, quem anno 1062. interemtum diximus) nomine Gubernatore, ad Leidam deuicto, ducatui coniunxit. Pulſus indè Robertus in Flandriam, Richildim Balduini fratris coniugem, cum Arnulpho ac Balduino liberis Flandris inuiſam eo comitatu expulit. vnde graui exortâ conflictatione, eò Richildis res deuenêre, vt Imperatoris opem expoſceret. Profecta Coloniam in celebri Principum conuentu, Hannoniam auito iure ſuam, eccleſiæ Leodienſi beneficiariam fecit. Imperatum ab Imperatore Gothfredo Duci, Henrico Comiti Louanienſi, Theoduino epiſcopo Leodienſi, vt eam in Flandriam reducerent. Sed cùm Robertum Francorum Regi acerrimo Richildis propugnatori conciliatum, & in Flandriæ poſſeſſionem omnium votis receptum cognouiſſent, ab expeditione deſtitêre. Oritur interim in Germania calamitas maxima, Otto Baioariæ Dux falſo rerum crimine nouarum ad Imperatorem delatus cùm nullâ ratione accuſationem eluere permitteret, Magnum Ducem Saxoniæ Vtonem ac Dedim Marchiones, omneſque Saxoniæ ac Thuringiæ Principes & epiſcopos in coniurationem pertraxit, hi miſſis ad Imperatorem legatis; arcibus, quas Montibus Saxoniæ & Thuringiæ inædificârat, præſidia deduci poſtulârunt. Tergiuerſantem Harteburgum (erat ea arcium vna) compellunt. Vnde ille dilapſus, coactis Sueuorum, Lotharingorum, Francorum, Carentanorumque copijs, in coniuratos arci adhuc aſſidentes mouit. Cùm propè ventum eſſet, de pace actum eſt; miſſi Gerſtungam Moguntiæ, Coloniæ archiepiſcopi Metenſis, Babenbergæ epiſcopi, Rudolphus Sueuiæ, Gothfredus Lotharingiæ, Bertoldus

Gothfredus Gibboſus Dux Lotharingiæ decimus. — *Gothfredus Hollandiam ſubigit.* — *Roberti Friſij in Flandriam fuga.* — *Roberti cõtra Richildim bella.* — *Hannonia Leodienſi epiſcopo à Richilde ſubiecta.* — *Auxilia Richildi à Gothfredo Duce allata.* — *Robertus Flãdria plenè potitur.* — *Belli Saxonici origo.* — *Otto Baioariæ Dux proditionis accuſatus.* — *Otto in Imp. conſpirat.* — *Imperator Harteburgi obſeſſus.*

Ca-

Carentanorum Duces, cùm de iniurijs, quibus Imp. Saxones affecerat, edocti eſſent; in eamdem coniurationem nomina dedêre: ſparſo in vulgus, Saxones proximis natalibus Coloniæ ad Imperatorem conuenturos. Diſperijt tamen ea machinatio; Imperatore, cum id agi ſenſiſſet, prohibente, armorum terrore oppoſito, nè Moguntiam Principes (vt conſtitutum erat) conuenirent. Porrò Saxones, initio ſequentis anni, arces oppugnare aggrediuntur: quod prohibiturus Imperator, totâ Germaniâ copias conſcriptas, Herueldiam duxit; comitantibus Rudolfo, Gothfredo, Bertholdo Ducibus, alijſque principibus, magis vt pacem conciliarent, quàm vt arma in Saxones expedirent. Eorum ergo operâ pacem Saxonibus dedit, arces confeſtim diruere pollicitus. Dimiſſis vtrimque copijs, exciſæ arces funditus: tanto Saxonum furore, vt Harteburgi diruti Baſilicam adhuc reliquam incendio conſumerent, erutis corporibus fratris ac filij Imperatoris illic ſepultis; vnde noua belli materies: Imperator etenim temeratorum ſacrorum pœnas expoſcens, cenſuris etiam eccleſiaſticis ſubijci curauit: moxque indicto bello omnes Principes in expeditionem traxit, quorum clariſſimos reperio nominatos, Rudolphum, Gothfredum, Velponem, Bertholdum Duces: interfuit & Henricus Louanij Comes. Nō minore curâ Saxones bellum inſtruunt: Caſtra caſtris oppoſuêre ad fluuium *Vnſtrut* in confinijs Thuringiæ ac Saxoniæ. Saxones cùm hoſtem tam propinquum neſcirent, ſubitaneo eius impetu coacti tumultuoſiùs in prœlium prodire, hoſtem tam ferociſſimè excipiunt: Sueuis enim ac Baioarijs in extremas anguſtias coniectis, multiſque eorum protritis, cùm omnium deſtinatiſſimè Rudolphum ac Velponem Duces impeterent; tandem Lotharingorum, Boëmorumque, duce Gothfredo irruentiū pondere fracti, in fugam vertuntur. Conciſi mox in fuga populares omnes, Principibus equorum pernicium præſidio auectis, ſolo ex ijs Gebehardo Comite Lotharij Imperatoris deſiderato. Poſt eam victoriā, latiùs peruaſtatâ Thuringiâ, Imp. ſuos dimiſit: Gothfredū verò Ducem, cuius virtute ea victoria parta erat, Henrico eius conſanguineo, filio Frederici Ducis Lotharingiæ, epiſcopatui Leodienſi

Noua in Imperatorem conſpiratio.

Pax Imp. & Saxonum.

Saxones excōmunicati.

Henrici Imp. in Saxoniam expeditio.

Prœlij ad Vnſtrudam deſcriptio.

Gothfredi Ducis virtus.

Saxonū cades;

Gebehardi Comitis interitus.

Henricus Epiſcopus Leodienſis.

Imp. Saxoniã repetit. dienſi præfecto, arctiùs ſibi deuinxit. Moxque eius, ceterorumque Lotharingiæ Principum auxilio, repetito bello Saxonico, *Saxones ad deditionem compulſi.* Saxonum principes ad deditionem, partim metu, partim blanditijs compulit. Finito tam pernicioſo bello, Gothfredus Dux Antuerpiam profectus, cùm ad naturæ neceſſaria ſeceſſiſſet; à ſicario quodam per ſecreta natium confoſſus, Traiectum ſe deferri iuſſit ad Moſam, vbi IV. Kal. Martij exſpirauit, anno 1076. Corpus eius patris monumento illatum eſt. Erat hic vir temperantiâ, fortitudine, prudentiâ, opibuſque inter omnes Germaniæ Principes conſpicuus: quamquã gibbo deformis. Poſt *Cunradus Dux Lotharingiæ XI.* eius interitum Henricus Imperator, *Cunradum* ex Bertha vxore ſibi genitum, Ducem Lotharingiæ creauit: Marchiam Ant- *Gothfredus Bononienſis Marchio Antuerpiæ.* uerpienſem, *Gothfredo* filio Euſtathij Comitis Bononiæ, Gothfredi Ducis ex Ida ſorore nepoti, impigro iuueni concedens. Obijt Cunradus Dux, Italiæ regno à patre accepto, anno 1101. Gothfredus verò Marchio omnibus ferè bellis, quæ Henricus Imperator contra Rudolfum ac Hermannum geſſit interfuit. Rudolphum enim pridem Sueuiæ Ducem, finito bello Saxonico, Henrico in Italia exſiſtente, Regem Principes conſtituerant: quem Henricus ab Italia reuerſus, poſt aliquot *Eius res geſtæ pro Henrico Imp.* prœlia, iuxta Elſtram flumen cruentiſſimè vicit: vbi Gothfredus Marchio, Aquilifer Imperatoris, perfractâ aduerſa acie, cuſpidem vexilli pectori Rudolfi infixit, tam letali vulnere; vt ille Merſburgum delatus, ſtatim exſpiraret anno 1080. Sequenti anno Imperatorẽ in Italiam comitatus, Romam (quæ ſummo Germanorum diſcrimine ſæpius oppugnata fuerat) effractâ muri parte, primus intrauit, & reliquis exemplo eius incitatis conſecutiſq;, vrbem Imperatori reſerauit. Ceterùm ex nimia eius diei fatigatione in morbum lapſus, vouiſſe fertur peregrinationem Hieroſolymitanam, ſi eo morbo ſupereſſe cõtinge- *Gothfredus Dux Lotharingiæ XII.* ret. Ob hæc Imperatori acceptiſſimus, anno 1089; Cunrado Duce Lotharingiæ ad regnum Italiæ miſſo, ducatum eius accepit: quem ſexennio poſſediſſe fertur: anno etenim 1096. memorabilem illam expeditionem inijt, quâ ipſo Duce, Chriſtia- *Aſiatica Gothfredi expeditio.* nus exercitus totam minorem Aſiam permenſus, Palæſtinam ac ipſa demum Hieroſolyma Saracenorum manibus fortiter

Digitized by Google

ter extorſêre: vbi conſtituto Chriſtianorum regno, ipſe primus Rex Hieroſolymorum creatus; numquam tamen in ea vrbe, vbi Chriſtus ſpinis coronatus fuerat, regio nomine aut inſignibus vti voluit. obijt anno ſalutis 1100 cetera huius expeditionis Guilielmus Tyri epiſcopus luculentè conſcripſit. Eodem anno, quo in Aſiam profectum eſt, Henricus III Louanienſis Comes, viuis exceſſit; principatum Gothfredo fratri relinquens. Cùm etenim Tornacum, ad principem ciuitatis Euerhardum, profectus eſſet; in decurſione militari, à Goſuino viro nobili occiſus eſt: ac corpus eius Niuellæ conditum. Poſt Gothfredi ducis deceſſum, vacauit Imperio Lotharingiæ Ducatus vſque ad annum ſalutis 1102: quo Henricus Imperator, Henricum Lemburgi Comitem rebellem, capto Lemburgo domitum, mox perſolutâ ingenti auri vi in gratiam receptum, Lotharingiæ Ducem conſtituit; qui Imperatori vſque ad mortem fidiſſimus exſtitit: eo maximè bello, quod inter eum ac filium eius gerebatur. Henricus etenim filius, motus ciuilibus armis, omnes ferè Germaniæ principes in patrem concitauerat: nec ijs contentus, pacis ſimulatione Moguntiam euocatum, imperium eiurare coëgerat: quem omnibus exutum dignitatibus, ſola Lotharingia vt Imperatorem venerari perſtitit. Henricus Dux, commotis Colonienſibus, Bonnenſibus, Iuliacenſibus, Veronenſibus, & Leodienſibus cum Leodium deduxit. mox miſſo ad pontem Moſæ Veſato proximũ filio ſuo, Henrici noui Imperatoris conatum impediri iuſſit. Is porrò, præmiſſa armatorum cohorte, pontem occupare contendens, à iuuene Lemburgenſe in inſidias pertractus profligatuſque, Comite Brunone amiſſo, Bonnam receſſit: vbi receptus feſtis Paſchalibus, Henrico Duci proſcripto ducatum abſtulit: dein Coloniam obſidione cingit: cui dum Henricus Dux ac Leodienſes opem parant; præter omnium ſpem, ſenex Imperator Leodij diem ſuum obijt, anno videlicet ſalutis milleſimo centeſimo ſexto. Poſt eius mortem, Henricus Dux iuniori Imperatori deditionem faciens, ducatu ſpoliatus, in cuſtodiam miſſus eſt. Hæc de priſcis Lotharingiæ Ducibus dicta ſufficiant: quibus maximam

Henrici Comitis Louanienſis obitus.
Gothfredus Comes Louanij.
Hẽricus Lemburgenſis Lotharingiæ Dux XIII.
Henrici filij in patrẽ Imp. motus.
Henricus ſenior Imperator imperium deponere coactus.
Hẽricum Imperatorem ſola Lotharingia tuetur.
Leodienſes Henricum eximp. recipiũt.
Hẽricus filius Imperator Moſa tranſitu prohibitus.
Hẽricus Dux Lothar. proſcriptus.
Colonia obſeſſa.
Henrici eximp. mors.
Henricus Dux deditus.

Digitized by Google

Quidem Brabantiæ Duces Lotharingiæ poſſederint.

Brabantiæ partem ſubiectam fuiſſe certiſſimum eſt: Campaniam videlicet, Marchiam Antuerpienſem, Gallobrabantiæ partem, & ea quæ à Louanio in Haſbaniam protenduntur; vbi nunc Thenenſis iuriſdictio eſt: terram quoque Gaſbecanam, Aſcanam, Grimbergenſem, ceteraq́ue à Bruxella in Flandriam vergentia. Durauitq́; hic Lotharingiæ ducatus annis 195. quibus præfuêre Giſelbertus, Henricus filius eius, Cunradus Francus, Bruno archiepiſcopus, Carolus frater Lotharij Regis, Otto filius Caroli, Gothfredus Arduennas, Gozzilo frater eius, Gothfredus filius Gozzilonis, Fredericus pulſo Gothfredo, ac rurſum defuncto eo Gothfredus, Gothfredus II. filius Gothfredi cognomento Gibber: Cunradus II. filius Imperatoris Henrici, Gothfredus III. cognomento Bononienſis, Henricus Lemburgi Comes. Louanienſem verò comitatum à Carolo Duce rexêre, Lambertus cognomento Barbatus, Henricus, Otto, Lambertus ſecundus cognomento Baldericus, Henricus ſecundus, Henricus tertius, Gothfredus frater Henrici, quem Henricus quintus Imperator primum Brabantiæ Ducem creauit: vt in ſequenti libro abunde commonſtrabimus.

Lotharingiæ Ducum enarratio.

Louanienſium Comitum enarratio.

RERVM

Digitized by Google

RERVM BRABANTICARVM PETRI DIVÆI LIBER VII.

Deſcriptio Brabantiæ & Vrbium eius; item de origine nominis Brabantiæ; item de inſtitutione Ducatus Brabantiæ.

SVPERIORIBVS huius operis libris, de Germanorum in Belgicam tranſgreſſionibus, iiſque populis, qui ante Francorum tempora noſtrá Brabantiam poſſederunt: tum de Francorũ celeberrima tranſmigratione, deque Carololingorum in iis nobiliſſima ſtirpe abunde tractauimus: demum quibus auſpiciis Carololingi primùm regnum Galliæ & Germaniæ, dein & Italiæ imperium adepti ſint: mox regni Lotharingiæ inſtitutionem, ac Regum geſta tradidimus: quibus eiuſdem Lotharingiæ Duces, ex veterum Chronographorum traditione ſubiecimus, vſque ad Henricum Lemburgi Comitem: nunc verò Brabantiæ Ducum res domi militiæque geſtas (quem ſcopum totius hiſtoriæ inſtitueramus) enumeraturi; ab ipſius ducatus primâ inſtitutione exordium ſumemus. Henricus (vt antè narrauimus) eius nominis quintus, poſt patris mortem potitus Imperio, cùm Lemburgenſem cuſtodiæ tradidiſſet; ducatum eius Gothfredo Louanienſi Comiti, cuius virtutem bello ciuili cognouerat, ſororioque ſuo, vt ferunt, donauit: decennio ferè, poſtquam is comitatum adiiſſet. Porrò nouum tum ducatum inſtitutum fuiſſe, à quo poſteri Gothfredi, Brabantiæ duces dicti ſunt, certo certius eſt: adeo tamen non omiſſo Lotharingiæ titulo; vt etiam vſque ad Hen-

Ducatus Brabantiæ inſtitutio.

Lotharingiæ titulo Duces Brabant. vſi.

Henricum tertium, ſolius Lotharingiæ Ducum titulo in tabulis vterentur. Poſteriùs verò, coniunctim Lotharingiæ & & Brabantiæ Duces vocari voluerunt: vnde aliqui (neſcio quibus auctoribus) ferè ab initio inſtituti regni Lotharingiæ, in maiorem ac minorem eam diuiſêre: hac Brabantiam, illâ regionem, quæ ad Moſam adhuc nomen retinet, deſignari volentes: quod tamen in antedictis falſum eſſe commonſtrauimus. quare ſi vlla vmquam huiuſcemodi diuiſio Lotharingiæ facta ſit; id multò poſteriùs accidiſſe neceſſe eſt, inſtituti fortè Ducatus Brabantiæ tempore, cùm duo ducatus Lotharingiæ futuri eſſent: ad quorum differentiam, minoris ac maioris nomina introducta: nec tamen Brabantiam minoris Lotharingiæ nomine appellatam crediderim, ſed Herſtalli terram; eaque, quæ à Traiecto Moſæ Aquaſgrani vſque, Gothfredi Ducatu comprehendebantur: quæ ad tollendam nominis confuſionem, *Lotharicium* quidam vocant: alludentes fortè ad Francos, qui noſtram *Lautriche*, maiorem verò *Lorraine* appellant. Porrò ea eſt Scriptorum noſtratium ſupina negligentia; vt nec tabulas inſtitutionis, nec limites noui ducatus vſquam prodant: quod ſanè ſatius fuerat, quàm Duces Brabantiæ à Troianis, ac fabuloſo commenticioque illo Brabone deducere. Sed hęc conqueri, emendare verò non poſſumus. Ceterùm ea, quæ de nomine Brabantiæ ex veterũ ſcriptis colligere potuimus, huc appoſuimus. Sigebertus noſtratium diligens Chronographus, ac Robertus in eius auctario, varijs in locis Bratuſpantium ac Brachbanti meminêre: ille quidem in geſtis anni 1012. (qui in Principatum Lamberti primi Comitis Louanienſis incidit) ita ſcribit: *Henricus Imper. Gothfredum Ducem cum exercitu in fines Bratuſpantium mittit, ad obſidendum caſtrum Louanium: ſed inefficax rediſt.* Hęc ille. Vnde procul dubio liquet, Bratuſpantes eius tractus populos tum appellatos. Idem Ansfridum epiſcopum Vltraiectinũ Comitem Bratuſpantiũ, ait: quem, Hollandiæ Chronographi produnt, multa circâ Lyram ac Herendalſtum opida poſſediſſe. In auctario verò Sigeberti, in geſtis anni 1125. Robertus: *In Brachbanto* inquit *anguillæ innumerabiles propter glaciem, à palu-*

dibus

Quæ Brabãtiæ Duces, trãs Moſam poſſederint.

Brabonis fabula notata.

Bratuſpãtes.

Brachbãtum.

dibus exeuntes (quod dictu mirum eſt) in fænilibus fugientes latuerunt: ſed ibi etiam præ nimietate frigoris deficientes computruerunt. Idem in geſtis anni ſequentis: *In Brachbanto in villa Neriſca alia mulier enixa eſt quattuor maſculos vno partu.* Porrò villa hęc duobus à Louanio milliaribus diſtat. Pręter hos, Iacobus Meyerus Flandricarum antiquitatum diligens ſcrutator, ex monaſterij Gandenſis annalibus, Brachbantenſis pagi meminit in geſtis anni 633. vbi D. Læuinum ad Eſcham in pago Brachbantenſi interemtum ait. Idem in geſtis anni 956. *Arnulphus*, inquit, *Comes, ſi quid credimus monaſteriorum Chronicis, multa cœnobijs detraxit, quæ ſuæ diuiſit nobilitati, & cœnobio Gandenſi &c.* Et poſt pauca: *In pago Brachbantenſi, Meren, Crainham, Bellavicum, Bruggecmam, Miliniam, Merſken, Ayngam, Badingam, Morteſelam, & Maſminam.* Idem in geſtis anni 974. *Otto* inquit II. *Auguſtus ſui nominis confirmauit poſſeſsiones Gandenſis cœnobij, illique multa ab alijs ablata reſtituit, vt in pago Teſſandriæ Nortwijck, & Ydeghem cum eccleſijs & appendicibus*: dein paucis intermiſſis: *& in pago Brachbantenſi villam Veruiniam cum eccleſijs adiacentibus, villam Fleterſele, & Papingam, & Bauingem, & Ghiſenſeele: in pago Heſpanienſi, VVintreshoue & VVinoblecum eccleſijs: in pago Brachbantenſi, Holthem, quam dedit Folgbertus Comes cum vxore Reſiſwint:* Hæc ille. Ex his abunde manifeſtum eſt, Brabantiæ nomen corruptum eſſe; ac potiùs Brachbantiam, ſeu Bratuſpantiam vocari debere: quamquam communis vſus & pronuntiandi facultas Brabantiam dici obtinuerit: nec id prætereundum eſt, Brachbantiam, Bratuſpantes, ſeu pagum Brachbantenſem, alios fines habuiſſe, quàm nunc Brabantiam habere videmus: maior enim villarum à Meyero commemoratarum pars, in Aloſtenſi comitatu ſita eſt: cuius rationem quærere, curioſi magis quàm ſeduli fuerit. Hæc de Brabantiæ nomine enarraſſe ſufficiat. Reſtat, vt de ſitu, vrbibus illuſtribus, familijs, ac moribus populi Brabantiæ pauca tradamus. Brabantiam ergo fortiſſimi populi vndique cingunt, ab Oriente Gelri, ac Leodienſes: Namurcenſes à Meridie, ad Occidentem cum Hannonijs, Flandri: ad

Neriſca villa Brachbantiæ.

Pagus Brachbantenſis.

Brabantiæ nomē corruptū.

Limites Brabantiæ.

Sep-

Digitized by Google

Septemtrionem Hollandi ac Zelandi, Scaldis æſtuarijs ab ea diſcreti. Hanc maiores noſtri in ſex iuriſdictiones diuiſêre hac ſerie: Louanienſem, Bruxellenſem, Gallicam ſeu Romanduam, Antuerpienſem, Tylemontanam ac Boſchenſem. Iuriſdictio Louanienſium, terram Arſchoti, terram Diſthę, terram Sichenarum, terram Rotſelariæ, terram Birbachi, terram Rodij S. Agathæ, terram Weſemaliæ, terram Heuerle, iuriſdictionem de Herent, iuriſdictionem Libbecanam continet. Louanium porrò vetuſtatis priuilegio primariam Brabantiæ vrbem, Dilia fluuius, veteribus Tyla dictus, mediam interfluit, oritur hic in Gallica Brabantia, vbi vetus adhuc nomen *le Thy* ſeruat, Louanij Diliæ: indè Mechliniam fluens, Diliæ, donec Schaldim influit, nomine vocatur. Incolæ vrbis plurimùm olim lanificio potuêre; cui nobilitas ac plebs æquè incumbebat: nec id nobilitati probroſum; cùm Carolus Magnus liberos ſuos lanificio exercuerit. Eo opificio exteris ſemper fuit notiſſima, Germanis præſertim, qui ferè ex Louanienſi panno veſtiebantur. Vnde quæſtu maximo ditiſſima ceterarum vrbium effecta, tandem ortâ inter Patricios plebemque ob honores controuerſiâ, mox inteſtino bello pulſis textoribus fullonibuſque, repentè commarcuit; collapſura ſanè, ac ad fœdam vaſtitatem deuentura; niſi Ioannes eius nominis Dux quartus, circa annum ſalutis 1425. Gymnaſium ibi inſtituiſſet: vbi floruit dehinc litterarum famâ, ſed nihil ad priſtinam claritatem. Primam huius vrbis reperio mentionem apud fide dignos hiſtoricos, eo tempore, quo Normanni Germanias infeſtârunt Carolo Craſſo Imperante. Arcem vrbe vetuſtiorem eſſe apparet: quam à Iulio Cæſare conditam, incerta opinio eſt. Eſt circa Louanium aër ſaluberrimus, agri, prata, vineta, fontes in vrbe vberrimi: horti amœniſſimi, ac cetera vrbis Muſis aptiſſima. Templa vrbis potiora: D. Petri, Canonicorum collegio à Lamberto II. Comite decoratum: D. Michaëlis, totius vrbis vetuſtiſſimũ: D. Gertrudis, vbi Abbatia eſt Ordinis Auguſtiniani: D. Quintini: D. Iacobi: & cœnobia vtriuſque ſexus multa. Fuerunt Louanij clariſſimæ familiæ Patriciorum ex Limingis, à Calſtris, à Radinga,

Diuiſio Brabantiæ.

Iuriſdictio Louanienſis.

Louanij deſcriptio.

Dilia fluuius.

Ortus diliæ.

Lanificio Louanium olim potens.

Louanium ſeditionibus concuſſum.

Gymnaſium Louanienſe.

Prima Louanij mentio in hiſtorijs.

Arx Louanienſis.

Commoda vrbis Louanienſis.

dinga, à Wilra, à Netenis, à Roda, ab Oppendorpa: eorum item, qui *Herengodeuards* & *Herenmaes* appellantur, Pinnocorum, à Borchouijs; Sapientum, Herziorum, à Gradu; Plancorum (quos *Platuoet* vernaculâ linguâ appellant) Suarteriorum, ab Huffla, ab Herent, Cæſarum, à Radeſhouia, Alborum, Euelogorum, Vulpium, de Lapide, de Monte, à Dormala, aliæque complures, quæ omnes ferè interierunt; in earum locum ſuccedentibus externis; à Grauio, à Montenaca, à Winxelio, à Maloponte, à Tympla, à Tumba, à Lynda, Bocxhornijs, ab Hoffſtadio, ab Vdekem, Abſalonibus, & conſimilibus. fruuntur ij veteri quodam iure quod Homagium S. Petri vocant) quod Duces aliqui, malo quorumdam conſilio inſtigante, præcidere conati ſunt. Sunt in Louanienſi iuriſdictione opida minora: Diſthemium ſeu Diſtha, vt vocant; Arſcotum, & Sichenæ Baronatus titulo inſignia. Diſthemium lanificio olim etiam potens, & ciuium frequentiâ celebre; nunc verò collapſu ædium fœdum, ac ære alieno mirum quàm oppreſſum, certis anni diebus ob equorum mercatum frequentatur. Arſcotum D. Virginis miraculis, Sichenæ ſolo nomine cognitæ. Succedit Louanienſibus, ad Occidentem vſque in Flandros porrecta Bruxellenſium iuriſdictio, Gaſbecanos vbere glebâ fertiles, Aſcanos, Merchtenienſes, Grimberganos, Cappellenſes, Viluordianos, Rodienſes, ac Campen Holtanos complectens: in quo tractu Bruxella regia vrbs viſitur & Viluordia opidulum, Bruxella quattuor à Louanio milliaribus, in montibus ferè ſita eſt: in quibus Ducis ac ambitioſa Principum palatia conſtructa ſunt. fontium ferè tantam copiam hi ſuppeditant, vt ceteras vrbes inferioris Germaniæ Bruxella eâ in re exſuperet. Cetera vrbis decliuia Senna fluuius, in Hannonia ortus, irrigat: qui indè Viluordiam permenſus, in agro Mechlinienſi Diliæ infunditur, loco qui *Heſſena* nuncupatur: vbi catenam in fluuio Mechlinienſes obtendunt, nè quis interuerſo vectigali prętemauiget: id eâ ſeueritate à mercatoribus exigẽtes, vt merces alijs nauigijs inferri, ac menſurari cogant: magno dominorũ incommodo, in ijs prętertim mercibus, quæ tranſlatione

Homagium S. Petri.

Diſthemium.

Arſcotum.

Sichena.

Bruxellẽſium Iuriſdictio.

Deſcriptio Bruxella.

Palatia principum Bruxella.

Senna fluuius.

Catena ad Heſſenam vicum. Mechlinienſiũ proternia.

Cauſſa noua nauigationis à Bruxellenſibus cœpta.

conſumuntur, vt ſale, frumentis, &c. nullo tamen pretio hoc ab exactoribus redimi potuit. Id malum cùm diutiùs Bruxellenſes torſiſſet; tandem etiam ſcommatibus excepti, quaſi Mechlinienſium veniâ nauigarent, meatum Sennæ aliò diuertere cogitârunt: & quæſitis vndique aquariæ rei peritiſſimis, ardui operis foſſam à Viluordia vſque Ruuſbroucam villam effoderunt: vt prope Viluordiam immiſſo flumine, ſecuri deinceps, rectiſſimo curſu Ruuſbroucam ferrentur: verùm, ſinè diſcrimine aquas fluuiales foſſæ immitti non poſſe, animaduerſo; Sennâ otioſo fluere permiſſo, aliam paris ferè rectitudinis à Viluordia vſque ad interiora vrbis ſuæ mœnia foderunt: quo opere vix decennali labore perfecto, menſe Octobri anni 1561. ab Antuerpia ſoluentes, comitantibus gratulationis ergô, Antuerpienſium, Zelandorum, Hollandorum, & Viluordienſium nauigijs compluribus, Bruxellam appulêre; immenſis omnium ciuium plauſibus excepti.

Nauigatio perfecta.

Impenſa nauigationis.

Plebis conferendo in impenſas nauigationis tributo promtitudo.

Ferunt impenſas huius operis 800000. florenorum ſuperaſſe: quæ, conſtitutis nouis vectigalibus, eâ omnium promtitudine collecta ſunt, vt nec infimi quidem alicuius ex plebe de nouo grauamine queſtus, toto eo temporis ſpatio, exauditus ſit. Sed ad alia pergamus. Incolæ Brûxellæ, armorum fabricæ ac aulæis contexendis laudatiſſimi ſemper ſunt habiti: & nobilitati præcipua armorum cura hucuſque inhæret, quam à ſeptem illuſtribus familijs ortam ferunt; quas Sherhuuchs, Leonum, à Rodenbeca, Sher-Roeloffs, ex Steenwega, à Frigido monte, ab Aqua: è quibus promanârunt familiæ Clutinorum, Sherclaſiorum, ab Heetuelda, Pipenpoiorum, Rolibuxiorum, Tayorum, Suaſiorum, Paſcariorum, à Liſta, Vrſorum, à S. Gaugerico, Ducum, Thoniſiorum, Hinckardorum, Hertericorum, Loziorum, à Crikebeca, Talparum, Eſdornenſium, Boitiorum, à Peda, à Dumo, à Locqueghemio, à Quercu, Hoſpitum, Merteniorum, aliæque complures. Aëris temperies eadem eſt Bruxellæ ac Louanij. Potiora vrbis ædificia ſunt, D. Gudilæ baſilica, Curia vrbis, Palatia Ducis, Naſſauianũ, Egmondanũ, Mansfeldenſe, Bergenſe, Cameracenſe, &c. Huius vrbis apud veteres Chronographos paruam reperio men-

Bruxellenſes armorũ fabri.

Aulæorum textores.

Septem Patriciæ familiæ.

Clara Bruxellæ ædificia.

mentionem: prçterquam quòd Iacobus Meyerus in geſtis anni 974. donationem ab Ottone II. Imperatore Gandenſi, ad *Bruſolam* factam aſſerit: quâ *Bruxellam* denotari puto. Diſtat à à Bruxella Viluordia duobus milliaribus: quam Venceſlaus Dux muris cinxiſſe, ac arce decoraſſe fertur: cuius iuriſdictio in 17. vicos extenditur, principe omnium Furâ, ad initium ſiluæ Soniæ, medio ferè inter Louanium ac Bruxellam ſpatio ſitâ: vbi arx eſt, & cella vetus; D. quondam Huberti, vt ferunt, domicilium. Indè vſque ad Braniam Hannoniæ ciuitatem, Sonia ſilua protenſa, cœnobia vtriuſque ſexus & villas aliquot continet: venatum ducibus exhibere ſolita; cuius gratiâ, Furâ, præ ceteris Brabantiæ locis, delectantur. Veteri more obſeruatum eſt, vt Sagittarij Louanienſium ac Bruxellenſium ſingulis annis ſecundâ Pentecoſtes feriâ, Furas conueniant, & Ludum Baliſtariorum, voluptatis gratiâ, exerceant; ſolis vini duabus amphoris præmio victori conſtitutis: quod à Ioanne IV. Duce promanaſſe aiunt. Adiacet Louanienſium ac Bruxellenſium iuriſdictionibus ad Meridiem Gallica Brabantia, quam Romanduam appellant; in qua Niuellenſium, Genapienſium, Montis Sancti Viberti, Hulpenſium, Grauienſium, Geldoniç, Eycuriana, Iandrenienſis, Orpenſis, Geſtana, ac Hanutenſium prçfecturæ ſunt. nouem item villæ, Angiæ Domino ſubiectæ. Totius Romanduæ primatum Niuella obtinet, D. Gertrudis ſepulturâ ac cœnobio, & conditorio Comitum Louanienſium nobilis; dein Gemblacum vetuſtum opidulum, D. Viberto celebratum; qui nobilitate inter Lotharingiæ proceres conſpicuus, filius Litholdi, Montiſque S. Viberti ac huius opidi Dominus, patrimonium ſuum in noui cœnobij fundationem conuertit; & relicto ſeculo, Gorziæ monaſticen profeſſus, deceſſit an. 962. Gemblacum relatus, ac anno 1110. à Frederico Coloniæ archiepiſco, ac Oberto Leodij epiſcopo in ſynodo Colonienſi, Sanctis adſcriptus eſt: eius dominium penes Abbates remanſit. Prçter Niuellam ac Gemblacum, habet Romandua Geldoniam ac Hannutum, arcibus olim munitas ac ſolo nomine cognitas. Porrò Antuerpienſis Marchia ad Septemtrionem Bruxellenſibus collimitanea, vſque ad

Viluordia.
Fura.
Cella D. Huberti.
Soniæ ſiluæ latitudo.
Ludus Sagittariorum Louanienſium & Bruxellenſium.
Gallo-Brabantiæ deſcriptio.
Romandua.
Niuella.
Gemblacum.
D. Vibertus.
Viberti obitus & in Diuos tranſlatio.
Geldonia.
Hannutum.
Marchiæ Antuerp. deſcriptio.

Digitized by Google

Hollandiam extenditur: Antuèrpiâ emporio nobilis, & Bergis, Bredâ, Lyrâ, ac Herendalſto, municipijs. Comprehendit hæc Marchia, terram Ryenſem (quam ſacri Imperij Marchiam dicunt) Arelıam Mechliniæ principibus olim ſubiectam, Hochſtratanos, Bergenſes, Bredanos, Turnholtanos, Ghelenſes, Santhouianos, ac præfecturam Herendalſti. Antuerpiam nonnulli *Antuacutum* (quod Ptolemæus commemorat) antiquitus dictum contendunt: alij vetuſtius nomen Antuerpiæ produnt: Brabonem nempe Saluium eò delatum, Antigono Giganti (qui portum illic inſederat) dextram portorij loco à præternauigantibus exigenti, dextram abſcidiſſe, ſingulari congreſſione ſuperato, & Scaldi iniecisſe: vnde *Handwerpen* loco nomen manſiſſe. Sunt qui à nauium appulſu dictam malint: quidquid de hac re ſit, conſtat arcē ibi antiquam fuiſſe in Scaldis ripa ſitam; & opidum ipſum, à ſui initio, mercaturâ celebratum fuiſſe. ceterùm Brugis decreſcentibus, immane quò potentiæ deuenerit; frequentatū ab omnium gentium mercatoribus, ac omnis generis mercium refertiſſimū: vt nec Lutetiæ, nec Londino cedat: cetera verò Germaniæ ac Galliæ emporia multùm antecellat. Portum ac nauium ſtationes commodiſſimè præbet. Scaldis, à Flandria huc allapſus, & eam à Brabantia hîc diuidens. Aër in hac vrbe, quam Louanij aut Bruxellæ, immitior, ob marini æſtus viciniam: ædificia vrbis pulcerrima, ſed alta magis quàm lata, & ſuggrundijs prouecta ob locorū anguſtiam. Singulę hîc mercatorum tribus, ſuas ferè porticus habent; vbi commercia fiunt: *Burſas* vulgò dictas. Templum totâ vrbe auguſtiſſimum D. Virgini dicatū eſt, turrim habens è candido lapide pulcerrimi operis. Eſt hîc Abbatia D. Michaëli ſacra, ordinis Præmonſtratenſis. Muros ante aliquot annos è candido lapide ſtruxêre mirandi operis; quibus totâ Europâ nihil munitius. Ab Antuerpia, duorum interuallo milliarium, Lyra ſita eſt D. Gummari reliquijs, ac boum nundinis clara: nec procul indè Herendalſtū, vtrumque ad Netim fluuium. In Aquilonem verò Antuerpiâ euntibus, Bergæ ſeſe offerunt, Anglorum quondam commercio nobiles: hinc in extimo Brabantię angulo, Steenberga.

Antuerpia veteribus Antuacutū.

Fabulæ de Antigono.

Antuerpia à multis temporibus celebris.

Antuerpia quando creuerit.

Scaldis.

Burſa mercatorum.

Templum D. Virginis.

Abbatia D. Michaëlis.

Muri vrbis.

Lyra.

Herendalſtū.

Berga.

Steenberga.

His

His Breda ſuccedit ad Merciæ ripas, ædificiorum ſplendore ac ciuium frequentiâ commendabilis. Quintam Brabantiæ partem Campani, Maſlandi, Pellandi, Oſtreuicani, & Comitatus de Cuyck obtinent, in quo tractu Boſcum eminet, Dommelio fluuio impoſitum, pugnaci populo, ob Gelrorum viciniam, quibuſcum perpetuò exercitari ſolent, totâ Brabantiâ laudatiſſimum. Eſt hîc D. Virgini Baſilica ſplendidiſſima: aër circa opidum, inſoſpitalis, peſtique ferè perpetuæ obnoxius. Vltra Boſcum, Moſæ ripis adhærent; Grauia bellorum continuorum inter Brabantos ac Gelros ſeminarium: Megadein, & Rauaſtenum Cliuiaci Ducis opidum. Prȩter hȩc Helmontiũ, Pellandiam, Endhouiam, Campania ſolo nomine cognita complectitur. In ſexta Brabantiæ regione, Thenæ ſeu Tyllemons & Leuia celebrantur: vtrumque opidum lanificio olim potens; illud quidem binis noſtri ſeculi expugnationibus ad vaſtitatem pæne redactum: hoc verò D. Leonardi miraculis cognitum. Præter hæc Landinum veterum Auſtraſię Carolo-lingorum domiciliũ: vbi Carolum Magnum quidam natum falsò aſſeruêre: dein Hala in medijs paludibus, contra Gelros quondam inacceſſa munitio. Hæc de ſitu regionis, vrbibus, ac opidis dixiſſe ſufficiat. Barones (ita vocari ſolent ij proceres, qui vexillum in bellum efferunt) Brabantiæ, cenſentur in Louanienſibus; Diſthemij, Arſchoti, Birbachi, Sichenarum, Rhodij S. Agathæ, Rochelariæ, ac Weſemaliæ: In Bruxellenſibus, Grimbergæ, Gaſebecæ, Dufflæ, Lefdaliæ: In Marchia Antuerpiæ; Bergarum, Bredæ: In Gallobrabantia; Gemblaci, Angiæ, Parwiſij, Rauiſij, Sombreſſę, Iacheæ: In Boſcenſi iuriſdictione; de Cuyck, Boxtellæ, de Cranedunco: In Thenenſibus; Bouterſhemij. Ceteram nobilitatem toto opere ſuis locis enarrabimus: & finem huic libro imponemus, ſequenti geſta Gothfredi Ducis proſecuturi.

Breda. Boſcenſium iuriſdictio. Boſcum. Grauia. Mega. Rauaſtenum. Helmontiũ. Endhouia. Thenæ ſeu Tyllemons. Leuia. Landinum. Hala. Baronum Brabantiæ catalogus.

Digitized by Google

RERVM BRABANTICARVM PETRI DIVÆI

LIBER VIII,

Geſta Gothfredi Barbati primi; & Gothfredi ſecundi Ducum Lotharingiæ & Brabantiæ continens.

Anno 1107.

Henrici Comitis Lemburgi pro recuperanda Lotharingia motus.

Aquagrani ab Henrico capta.

Gothfredi Ducis Tranſmoſana expeditio.

Aquagrani recuperata.

Henrici fuga.

Conuentus Louanienſis.

Horniæ, Gaſebecæ & Angiæ Barones veterum Lotharingiæ Ducũ clientes.

EXPLICATO Brabantiæ ſitu, ceteriſque ad eam rem pertinentibus decenter enucleatis, ad geſtorum à Ducibus populoque Brabantiæ enarrationem, ſtilum conuertamus. Anno itaque inſtituti Ducatus primo, qui ſalutis fuit 1107. Henricus Lemburgi Comes Lotharingiæ exdux, cuſtodiâ Imperatôris elapſus, nouorum motuum auctor fuit; ſperans Gothfredum nondum confirmatis (vt decuerat) rebus, nec penitus pacatis Ciſmoſanis, facilè Tranſmoſanis arceri poſſe. Congregatis ergo quantis poterat copijs, adiunctiſque ijs, quorum animi adhuc à Gothfredo alieni erant, Aquaſgrani ſubito impetu inuaſit, receptuſque quorumdam fauore, ad alia occupanda vires parauit. Quo in Brabantiam relato, Gothfredus tumultuario ſuorum delectu tantâ celeritate eò duxit; vt opidi mœnibus appropinquaret, priuſquam eum aduenire Henricus comperiſſet. Quo tamen vix elapſo, vxor cum nobilibus cõplurimis in poteſtatem redacta. Quâ, vt ignobili prædâ, dimiſſâ, hos ſacramentis ſibi Dux obſtrinxit, nihil contra eum hoſtile auſuros: multatiſque, quorum proditione opidum interceptum cognouerat, domum reuerſus, Louanij celebre concilium procerum indicit; vbi Horniæ, Gaſebecæ, ac Angiæ Barones beneficia ſua ab eo recognouerunt, eaque præſtitêre

Digitized by Google

ſtitêre ſacramenta, quæ priſtinis Lotharingię Ducibus dare ſoliti erant. Solus ex Bertoldorum clariſſima familia Arnoldus nouo Duci obſiſtebat, omni obſequij genere denegato: opibus nimijs, ac potentiæ confiſus: cùm in ipſo Brabantiæ vmbilico Mechlinienſes, Grimberganos, Turnoutanos, ac Ghelenſes poſſideret: vnde effectum, vt rebellem, quoad viueret ſub iugum mittere non potuerit: quinimo ſemel ab eo cruentiſſimè victus, omnem nobilitatis florem amiſit, & Brabantia multis in locis vaſtata eſt. Septennio pòſt, Gothfredus Dux cū Frederico Coloniæ archiepiſcopo, & Henrico Comite Lemburgi exduce, & Frederico de Arnſburg, Henrico Imperatori rebellionem mouit. Quo in Lotharingiam deſcendente, Colonia obſidium paſſa, capi non potuit. Itaque Imperator hyemis aduentu domum reuocatus, Tranſrhenanorum motu prohibitus eſt hoc bellum proſequi: tandem poſt quadriennium motum hunc ſedatum lego. Anno inſtituti Ducatus XII. bellum Leodienſe hac de cauſſa ortum eſt: Oberto Leodienſi epiſcopo ſublato, ſciſſi in diuerſa Leodienſes, pars Fredericum filium Arnoldi Comiti Namurcenſis; pars Alexandrum Comitis Iuliacenſis filium epiſcopum volebant; quorum vtrique fautores adfuêre. Alexandro Gothfredus Dux, Giſbertus, Duraſſi, Lambertus Montiſacuti Comites, Reinerus Leodienſis primicerius: quorum ille operâ ab Henrico Imperatore inueſtituram accepit; Fredericum verò Calliſtus ſummus Pontifex in Remenſi ſynodo confirmauit, eò quòd à maxima Canonicorū parte creatus eſſet: maximè verò in odium Imperatoris, cum quo de epiſcoporum Germaniæ inueſtitura perniciosiſſimo rei Chriſtianæ diſſidio contendebat: Nec huic armati aſſertores deerant, Gothfredus frater Namurci Comes, Goſſuinus ſeu Gothuinus Falcoburgi Dominus: præter hos; Abbates, Canonicos, & omnem Leodij Senatum in partes ſuas adtraxerat. Vnde aduerſario potior, Hoyum eum compulſum obſediſſe ferunt. Sequenti anno III. Kalendas Iulij, Fredericus vitâ exceſſit: Ambiuit rurſum Epiſcopatum Alexander: at repulſam paſſus eſt, prælato Adalberone Gothfredi Ducis fratre, Canonico Metenſi, menſe Februarij. Clemētia Vidua Roberti Hiero-

Arnoldus Bertoldus iugū Gothfredi detrectat.

Potentia Bertoldorum.

Gothfredus à Bertoldis victus.

Anno 1114.

Gothfredi Ducis in Hēricum Imperatorē motus.

Anno 1119.

Bellum Leodienſe.

Schiſma Leodienſis eccleſiæ.

Gothfredus Alexandrum fouet.

Frederici fautores.

Alexander Hoy obſeſſus.

Anno 1120.

Frederici epiſcopi mors.

Adalbero frater Ducis epiſcopus Leodienſis.

Digitized by Google

Hieroſolymitani, Comitis Flandriȩ, & ſoror Calliſti II. Pontificis nupſit Duci: vnde Dux fauore Calliſti epiſcopatum faciliùs fratri obtinuit. Anno ſequenti Henricus Rex Angliæ duxit Adelam filiam Ducis. Poſt biennium à morte Frederici, Adalbero epiſcopatum inijt, homo pacificus & omnium gratiã meritus abrogatà lege Mortuæ manus, quâ vitâ functi corpus pretioſà re aliquâ; ȩquo, boue, conſimiliq; ab epiſcopo redimendũ erat: Ferunt eum noctu baſilicas adijſſe, ac orationibus nocturnis inuigilaſſe. Eodem anno, Henricus Imperator Gothuinum Dominum Falcoburgi, rapinarum inſimulatum, ope Gothfredi Ducis adgreſſus, Falcoburgum cepit diruitque. Anno inſequenti, Nortbertus Præmonſtratenſium fundator, in arce Antuerpenſi eius ordinis cœnobium ſtruxit; Gothfredo Duce impenſas promente, quod D. Michaëli archangelo dedicatum eſt. Fuerat ante aliquot annos circa Antuerpiam Tancelinus, ſiue Tandemus Hæreticus, tria ferè millia ſequacium poſt ſe trahens: quos adeò peſtifero dogmate infecerat, vt Chriſti corpus ſanguinemque nihil ad ſalutem prodeſſe crederent: ſacerdotes verò ac epiſcopos nihili ducerent: cultum autem tantâ reuerentiâ ferunt, vt aquam, quâ lauiſſet, ebiberent: cum tantæ eſſet impuritatis, vt matronas in maritorum, virgines in parentũ obtuitu obſtupraret. Auro veſtitus incedebat, & in reſiſtentes cædibus graſſabatur, nec, quamquã eo ante VIII. annos interempto, ſecta eius exſtinguebatur. Vnde Nortbertus aſſumto Antuerpienſium ab hoc errore cõuertendorũ onere, multos eorũ ad ſanitatem reductos perpulit, vt corpus Chriſti (quod aliqui ferè ante decennium ſcrinijs cõdiderant) ad ſe referrẽt. Profecitq; eo loci ſanctiſſimi viri ſequaciumq; eius conuerſatio, vt omnes ferè, qui hoc malo imbuti fuerant, Chriſtiano gregi redderentur. Eodem anno Henricus Imperator captâ Monhoiâ arce Rainaldum Comitem abduxit. Sequenti anno tantâ hieme in Brabantia laboratum eſt, vt anguillæ è paludibus ob glaciei nimiam ſpiſſitudinem in fænilia confugerent: vbi vix ab immenſo frigore tutæ fuêre. Multa hominum millia frigore abſumta: arbores vix menſe Maio flores emisêre. Sequens, non mitiorem habuit

Anno 1121.

Adalberonis epiſcopi mores.

Gothuinus Falcoburgi Dominus, ab Imperatore & Gothfredo Duce domitus.

Anno 1124.

Nortbertus Præmonſtratenſium fundator.

Cœnobij Antuerpienſis initia.

Tancelinus Hæreticus.

Antuerpienſes per Nortbertũ à Tancelini ſecta conuerſi.

Monhoia ab Henrico Imp. capta.

Anno 1125.

Hiems aſperrima.

Digitized by Google

Anno 1126.
Prodigia in Brabantia.

habuit hyemem: prodigia verò complura. Mulier in villa Neriſca quattuor maſculos vno partu peperit: in parochia Gemblacenſi, patrefamilias fruges molente die Dominico, farina ſubito igne correpta eſt. Eodem anno, Henricus Imperator Vltraiecti moriens, Lotharium Saxoniæ Ducem ſucceſſorem habuit Idem annus cæde Caroli Flandriæ Comitis funeſtus fuit, hunc optimis præditum virtutibus, Stratenſium potens admodum factio, ad D. Donatianum Brugis orantem opreſſit. Cuius morte vacantē Comitatū, Guilielmus Dux Normanniæ, Balduinus Comes Hannoniæ, Arnulphus Danus, Guilielmus Hyprenſis æquè appetebant. Ope tamen Francorum, quamvis iure impar, Normannus præualuit: qui regno Angliç (quod ſummo ſtudio diù antè ambierat) rurſum inhians Flandrorum opibus, bellum Henrico regi parabat: quare Flandris grauiſſima tributa imperans, Magiſtratus etiam pretio creauit. Anno verò Domini 1128. diuturnis Comitis Guilielmi oppreſſionibus laſſi Flandri, Theodericum Theoderici Elſatiæ Comitis filium euocant: ſub cuius aduentum Guilielmus cùm opida ſibi præcluderentur, à Ludouico Rege & Gothfredo Duce opem expetijt. Duxit Rex in Flandriam: moxque cùm Inſulas nullo obſidionali commento reſerare poſſet, domum reuertit. Duci verò Aloſtanos vrgenti, coniunctus Guilielmus, Theodericum Aloſti obſedit: quem, cùm erupiſſet, ad Axpolam victum vſque ad opidi portas inſecutus, à ciue Aloſtano baliſtâ ictus interijt. Theodericus verò Aloſto egreſſus, omnem mox Flandriam obedientem fecit, Gothfredo Duce ſibi conciliato. Kalendis Ianuarij eiuſdem anni, Adalbero frater Ducis epiſcopus Leodienſis vitâ defungitur; conditus in Monte ſancti Ægidij in cœnobio Pręmonſtratenſium à ſe cōſtructo. Sequenti anno Alexander, qui epiſcopatus competitor fuerat; Frederico & Adalberoni, omnium ſuffragijs electus eſt. Hic eodem anno Aduocatiam Trudonēſis opidi, quæ veteri iure Duraſſi Comitū erat, pulſo Giſberto Comite, occupauit: qui cōmotus hâc iniuriâ, alias Leodienſis eccleſiæ opes inuaſit. Exinde controuerſiâ vſque ad apertum bellum progreſſâ, vtrimque vicinos Principes concitârunt:

Hērici Imperatoris mors.
Lotharius Imperator.
Caroli Comitis Flandriæ cædes.
Competitores Comitatus Flandriæ.
Guilielmus Normannus Comes Flandriæ.

Anno 1128.
Flandrorum à Guilielmo defectio.
Theoderici Elſatij aduētus.
Ludouicus Rex & Gothfredus Dux Guilielmo auxilia ferunt.
Gothfredus Dux Aloſtum depopulatus.
Aloſti obſidiū.
Guilielmus interitus.
Theodericus Elſatius Comes Flādriæ.
Adalberonis Leodienſis Epiſcopi mors.

Anno 1129.
Alexander Epiſcopus Leodienſis.
Aduocatia Trudonenſis.
Alexandri Epiſcopi; cum Giſberto Duraſſi Comite bellum.

M Epiſ-

Epiſcopus Lotharingiæ ſuperioris Ducem ac Henricum Limburgi Comitem: Comes Gothfredum Ducem cum Theodorico Flandriæ Comite. Itaque auxiliaribus vtrimque copijs inſtructos, ad Duraſſum ſeu Duratum arcem ſtatariâ congreſſos pugnâ, & Epiſcopi partem viciſſe, Scriptores concinunt. At de modo concurſus Brando ſcribit, peditum vtrimque 824. deſideratos, præter eos qui vulnerati in ſiluis ac ſegetibus interiêre, vel aquis ſuffocati ſunt. Placentius verò Leodienſis Scriptor aſſerit, Brabantinos non exſpectatis Flandris in prœlium ruentes ad 900. vexillo eorum direpto, interemtos: Flandros verò finito iam prœlio accurrẽtes, parem ſubijſſe ſortem, cæſis enim compluribus, reliquos in Lenienſium paludibus merſos. Acta hæc VII. Idus Auguſti: Secundo pòſt anno Lotharius Imperator & Innocentius Pontifex, Leodij conuenêre, vbi maximo Principum vtriuſque ordinis numero comitia celebrata. Sequenti anno, Hermãnus Comes de Cuyck, Andreas epiſcopus Vltraiectenſis, Gothfredus de Arliſberch fratres, filij Hermanni Comitis, (cuius ductu Florentius Hollandiæ Comes an. 1062. ceciderat, vt antè narrauimus) conſpiratione initâ, Florentium Nigrum fratrem Theoderici Comitis Hollandiç, ad muros Vltraiecti interemerunt. Odiorum cauſſa fuerat, Hediugis horum fratrum neptis, ex Aleyda ſorore & Arnoldo Comino de Rochem: quam diù ambitam, Florentius cùm à fratribus vxorem obtinere non poſſet, Traiectenſes ab Andrea Epiſcopo auerterat; & Epiſcopo pulſo, vrbem occupârat. Ceterùm Lotharius Imperator compertâ nepotis necé (ex Gertrude enim eius ſorore Florentius) Hermannum Comitis dignitate priuauit· Theodericus verò, ſpoliato vſtoque omni Comitatu, fratres fugauit: mortuo tamen Lothario, rurſum eos in gratiam recepit. Anno 1134. XII. Kalendas Februarij, lupus in Brabantia colubris deglutitis rabidus, relictâ ſiluâ rus petijt: vbi XII. hominibus, cum innumerabili ouium multitudine, morſu ſuo exanimatis, tandem à viro fortiſſimo necatus eſt. Sequens annus morte Henrici Anglorũ Regis, qui gener Ducis fuerat, eminuit. Proximo anno Gothfredus Dux, Præmonſtratenſium cœnobium fundauit prope

Gothfredus Dux Giſberto Comiti opem fert.

Prœlium ad Duratum.

Alexandri victoria.

Anno 1131. *Conuentus Leodij inter Innocentium Pont. & Lotharium Imp.*

Anno 1132. *Comitum de Cuyck, in Florentium nigrum, conſpiratio.*

Florẽtij cædes.

Cauſſa odiorum.

Hermannus Comes de Cuyck, Comitis dignitate priuatus.

Anno 1134. *Mirum de Lupo.*

Mors Henrici regis Angliæ.

Anno 1136.

prope Louanij muros, in venaticis ſeptis (Parcum appellant) veterum Louanij Comitum: vnde cœnobio Parci nomen huc vſque permanſit. Fundationis litteras vnà cum patre ſignauêre Gothfredus ac Henricus: Anno proximo Alexander epiſcopus ſimoniæ cauſſam, accuſantibus ſuis, dicere coactus in ſynodo Piſana, mærore defecit, pridie Non. Iulij, Adalberone filio Comitis Gelriæ ſuffecto. Obijt etiam Anſelmus VIII. Abbas Gemblaci, qui Chronicon Sigeberti in hunc annum auxit. Subſequens annus Lotharium Imperatorē ſuſtulit, cui Cunradum Sueuiæ Ducem Principes ſurrogârunt: Duxerat hic Gertrudim filiam Berengarij Comitis de Sulczpach. Annus verò 1139. Brabantis funeſtus VIII. Kal. Februarij, Gothfredum Ducem maximo omnium luctu hâc luce ſubtraxit, virum fortitudine, religione, ac omnigenâ virtute conſpicuum. teſtantur ſanè religionem Parcenſe, Bigardenſe, Sancti Michaëlis, Frigidimontis cœnobia ab eo condita: Trudonenſe verò & Affliginienſe beneficijs aucta. Porrò corpore eius Affliginij depoſito, Gothfredus maior filiorum eius Ducatum adijt: quem cum Henrico, Aleyda, Ida, alioq; Affliginienſe monacho ex filia Henrici, vt ferunt, quarti Imperatoris extulerat: Porrò Aleydam Rex Anglorum, vt antè diximus, Idam Cliuiæ Comes vxores habuerant. Initio verò ſequentis anni Henricus frater noui Ducis viuis exceſſit; cuius viduam Laurentiam Theodericus pater Flandriæ Comes, Irano Balduini Craſſi Comitis Aloſtenſis filio iunxit. Eodem anno, Henricus Comes Limburgi, edux Lotharingiæ, ducatum nouo Duci prærepturus, Moſam tranſgreſſus eſt, latè vaſtatis Lotharingorum Duci fidorum agris, S. Trudoni præſidium immiſit: ac maximam hominum pecorumque prædam abactam ſecum trans Moſam reduxit: Gothfredus verò Dux cum delectiſſimis ſuorum S. Trudonem adortus, aliquoties oppugnatam imperata facere coëgit: vbi eiectis Limburgenſis fautoribus, ſenatuq; renouato, ſummâ celeritate Traiecti Moſâ tranſito, Aquiſgrani improuiſus ſuperuenit: receptus partim metu, partim beneuolentiâ, biduū totum & Imperatoria ſella ius omnibus duxit: adactiſq; ciuibus vt ſecum arma caperent,

Cœnobij Parcenſis initia.
Anno 1137.
Alexandri epiſcopi depoſitio.
Adalbero epiſcopus Leodienſis.
Anno 1138.
Lotharij Imp. mors.
Cunradus Imperator.
Anno 1139.
Gothfredi Ducis mors.
Cœnobia ab eo condita & aucta.
Sepultura Gothfredi Ducis.
Gothfredi liberi.
Gothfredus ſecundus Dux Lotharingiæ & Brabantiæ.
Anno 1140.
Hērici fratris Ducis mors.
Henricus Comitis Limburgenſis motus.
Trudonenſe oppidum ab Henrico captū.
Gothfredi Tranſmoſana expeditio.
Trudo. oppidū recuperatur.
Aquiſgrani Gothfredus capit.

Cauſſa noua nauigationis à Bruxellenſibus cœpta.

conſumuntur, vt ſale, frumentis, &c. nullo tamen pretio hoc ab exactoribus redimi potuit. Id malum cùm diutiùs Bruxellenſes torſiſſet; tandem etiam ſcommatibus excepti, quaſi Mechlinienſium veniâ nauigarent, meatum Sennæ aliò diuertere cogitârunt: & quæſitis vndique aquariæ rei peritiſſimis, ardui operis foſſam à Viluordia vſque Ruuſbroucam villam effoderunt: vt prope Viluordiam immiſſo flumine, ſecuri deinceps, rectiſſimo curſu Ruuſbroucam ferrentur: verùm, ſinè diſcrimine aquas fluuiales foſſæ immitti non poſſe, animaduerſo; Sennâ otioſo fluere permiſſo, aliam paris ferè rectitudinis à Viluordia vſque ad interiora vrbis ſuæ mœnia foderunt: quo opere vix decennali labore perfecto,

Nauigatio perfecta.

menſe Octobri anni 1561. ab Antuerpia ſoluentes, comitantibus gratulationis ergô, Antuerpienſium, Zelandorum, Hollandorum, & Viluordienſium nauigijs compluribus, Bruxellam appulêre; immenſis omnium ciuium plauſibus excepti.

Impenſa nauigationis.
Plebis conferendo in impenſas nauigationis tributo promtitudo.
Bruxellenſes armorũ fabri.
Aulæorum textores.
Septem Patriciæ familiæ.

Ferunt impenſas huius operis 800000. florenorum ſuperaſſe: quæ, conſtitutis nouis vectigalibus, eâ omnium promtitudine collecta ſunt, vt nec infimi quidem alicuius ex plebe de nouo grauamine queſtus, toto eo temporis ſpatio, exauditus ſit. Sed ad alia pergamus. Incolæ Brùxellæ, armorum fabricæ ac aulæis contexendis laudatiſſimi ſemper ſunt habiti: & nobilitati præcipua armorum cura hucuſque inhæret, quam à ſeptem illuſtribus familijs ortam ferunt; quas Sherhuuchs, Leonum, à Rodenbeca, Sher-Roeloffs, ex Steenwega, à Frigido monte, ab Aqua: è quibus promanârunt familiæ Clutinorum, Sherclaſiorum, ab Heetuelda, Pipenpoiorum, Rolibuxiorum, Tayorum, Suafiorum, Paſcariorum, à Liſta, Vrſorum, à S. Gaugerico, Ducum, Thoniſiorum, Hinckardorum, Hertericorum, Loziorum, à Crikebeca, Talparum, Eſdornenſium, Boitiorum, à Peda, à Dumo, à Locqueghemio, à Quercu, Hoſpitum, Merteniorum, aliæque complures. Aëris temperies eadem eſt Bruxellæ ac Louanij. Potiora vrbis ædificia

Clara Bruxellæ ædificia.

ſunt, D. Gudilæ baſilica, Curia vrbis, Palatia Ducis, Naſſauianũ, Egmondanũ, Mansfeldenſe, Bergenſe, Cameracenſe, &c. Huius vrbis apud veteres Chronographos paruam reperio men-

mentionem: pręterquam quòd Iacobus Meyerus in geſtis anni 974. donationem ab Ottone II. Imperatore Gandenſi, ad *Bruſolam* factam aſſerit: quâ *Bruxellam* denotari puto. Diſtat à à Bruxella Viluordia duobus milliaribus: quam Venceſlaus Dux muris cinxiſſe, ac arce decoraſſe fertur: cuius iuriſdictio in 17. vicos extenditur, principe omnium Furâ, ad initium ſiluæ Soniæ, medio ferè inter Louanium ac Bruxellam ſpatio ſitâ: vbi arx eſt, & cella vetus; D. quondam Huberti, vt ferunt, domicilium. Indè vſque ad Braniam Hannoniæ ciuitatem, Sonia ſilua protenſa, cœnobia vtriuſque ſexus & villas aliquot continet: venatum ducibus exhibere ſolita; cuius gratiâ, Furâ, præ ceteris Brabantiæ locis, delectantur. Veteri more obſeruatum eſt, vt Sagittarij Louanienſium ac Bruxellenſium ſingulis annis ſecundâ Pentecoſtes feriâ, Furas conueniant, & Ludum Baliſtariorum, voluptatis gratiâ, exerceant; ſolis vini duabus amphoris præmio victori conſtitutis: quod à Ioanne IV. Duce promanaſſe aiunt. Adiacet Louanienſium ac Bruxellenſium iuriſdictionibus ad Meridiem Gallica Brabantia, quam Romanduam appellant; in qua Niuellenſium, Genapienſium, Montis Sancti Viberti, Hulpenſium, Grauienſium, Geldonię, Eycuriana, Iandrenienſis, Orpenſis, Geſtana, ac Hanutenſium pręfecturæ ſunt. nouem item villæ, Angiæ Domino ſubiectæ. Totius Romanduæ primatum Niuella obtinet, D. Gertrudis ſepulturâ ac cœnobio, & conditorio Comitum Louanienſium nobilis; dein Gemblacum vetuſtum opidulum, D. Viberto celebratum; qui nobilitate inter Lotharingiæ proceres conſpicuus, filius Litholdi, Montiſque S. Viberti ac huius opidi Dominus, patrimonium ſuum in noui cœnobij fundationem conuertit; & relicto ſeculo, Gorziæ monaſticen profeſſus, deceſſit an. 962. Gemblacum relatus, ac anno 1110. à Frederico Coloniæ archiepiſco, ac Oberto Leodij epiſcopo in ſynodo Colonienſi, Sanctis adſcriptus eſt: eius dominium penes Abbates remanſit. Pręter Niuellam ac Gemblacum, habet Romandua Geldoniam ac Hannutum, arcibus olim munitas ac ſolo nomine cognitas. Porrò Antuerpienſis Marchia ad Septemtrionem Bruxellenſibus collimitanea, vſque ad

Viluordia.
Fura.
Cella D. Huberti.
Soniæ ſiluæ latitudo.
Ludus Sagittariorum Louanienſium & Bruxellenſium.
Gallo-Brabantiæ deſcriptio.
Romandua.
Niuella.
Gemblacum.
D. Vibertus.
Viberti obitus & in Diuos tranſlatio.
Geldonia.
Hannutum.
Marchiæ Antuerp. deſcriptio.

 Hollan-

Digitized by Google

Hollandiam extenditur: Antuerpiâ emporio nobilis, & Bergis, Bredâ, Lyrâ, ac Herendalſto, municipijs. Comprehendit hæc Marchia, terram Ryenſem (quam ſacri Imperij Marchiam dicunt) Areliam Mechliniæ principibus olim ſubiectam, Hochſtratanos, Bergenſes, Bredanos, Turnholtanos, Ghelenſes, Santhouianos, ac præfecturam Herendalſti. Antuerpiam nonnulli *Antuacutum* (quod Ptolemæus commemorat) antiquitus dictum contendunt: alij vetuſtius nomen Antuerpiæ produnt: Brabonem nempe Saluium eò delatum, Antigono Giganti (qui portum illic inſederat) dextram portorij loco à præternauigantibus exigenti, dextram abſcidiſſe, ſingulari congreſſione ſuperato, & Scaldi inieciſſe: vnde *Handwerpen* loco nomen manſiſſe. Sunt qui à nauium appulſu dictam malint: quidquid de hac re ſit, conſtat arcẽ ibi antiquam fuiſſe in Scaldis ripa ſitam; & opidum ipſum, à ſui initio, mercaturâ celebratum fuiſſe. ceterùm Brugis decreſcentibus, immane quò potentiæ deuenerit; frequentatũ ab omnium gentium mercatoribus, ac omnis generis mercium refertiſſimũ: vt nec Lutetiæ, nec Londino cedat: cetera verò Germaniæ ac Galliæ emporia multùm antecellat. Portum ac nauium ſtationes commodiſſimè præbet. Scaldis, à Flandria huc allapſus, & eam à Brabantia hîc diuidens. Aër in hac vrbe, quam Louanij aut Bruxellæ, immitior, ob marini æſtus viciniam: ædificia vrbis pulcerrima, ſed alta magis quàm lata, & ſuggrundijs prouecta ob locorũ anguſtiam. Singulę hîc mercatorum tribus, ſuas ferè porticus habent; vbi commercia fiunt: *Burſas* vulgò dictas. Templum totâ vrbe auguſtiſſimum D. Virgini dicatũ eſt, turrim habens è candido lapide pulcerrimi operis. Eſt hîc Abbatia D. Michaëli ſacra, ordinis Præmonſtratenſis. Muros ante aliquot annos è candido lapide ſtruxêre mirandi operis; quibus totâ Europâ nihil munitius. Ab Antuerpia, duorum interuallo milliarium, Lyra ſita eſt D. Gummari reliquijs, ac boum nundinis clara: nec procul indè Herendalſtũ, vtrumque ad Netim fluuium. In Aquilonem verò Antuerpiâ euntibus, Bergæ ſeſe offerunt, Anglorum quondam commercio nobiles: hinc in extimo Brabantię angulo, Steenberga.

Antuerpia veteribus Antuacutũ.

Fabulæ de Antigono.

Antuerpia à multis temporibus celebris.

Antuerpia quando creuerit.

Scaldis.

Burſa mercatorum.

Templum D. Virginis.

Abbatia D. Michaëlis.

Muri vrbis.

Lyra.

Herendalſtũ.

Berga.

Steenberga.

Digitized by Google

His Breda ſuccedit ad Merciæ ripas, ædificiorum ſplendore ac ciuium frequentiâ commendabilis. Quintam Brabantiæ partem Campani, Maſlandi, Pellandi, Oſtreuicani, & Comitatus de Cuyck obtinent, in quo tractu Boſcum eminet, Dommelio fluuio impoſitum, pugnaci populo, ob Gelrorum viciniam, quibuſcum perpetuò exercitari ſolent, totâ Brabantiâ laudatiſſimum. Eſt hîc D. Virgini Baſilica ſplendidiſſima: aër circa opidum, inſoſpitalis, peſtique ferè perpetuæ obnoxius. Vltra Boſcum, Moſæ ripis adhærent; Grauia bellorum continuorum inter Brabantos ac Gelros ſeminarium: Mega dein, & Rauaſtenum Cliuiaci Ducis opidum. Prętcr hęc Helmontiū, Pellandiam, Endhouiam, Campania ſolo nomine cognita complectitur. In ſexta Brabantiæ regione, Thenæ ſeu Tyllemons & Leuia celebrantur: vtrumque opidum lanificio olim potens; illud quidem binis noſtri ſeculi expugnationibus ad vaſtitatem pæne redactum: hoc verò D. Leonardi miraculis cognitum. Præter hæc Landinum veterum Auſtraſię Carolo-lingorum domiciliū: vbi Carolum Magnum quidam natum falsò aſſeruêre: dein Hala in medijs paludibus, contra Gelros quondam inacceſſa munitio. Hæc de ſitu regionis, vrbibus, ac opidis dixiſſe ſufficiat. Barones (ita vocari ſolent ij proceres, qui vexillum in bellum efferunt) Brabantiæ, cenſentur in Louanienſibus; Diſthemij, Arſchoti, Birbachi, Sichenarum, Rhodij S. Agathæ, Rochelariæ, ac Weſemaliæ: In Bruxellenſibus, Grimbergæ, Gaſebecæ, Duffläe, Leſdaliæ: In Marchia Antuerpiæ; Bergarum, Bredæ: In Gallobrabantia; Gemblaci, Angiæ, Parwiſij, Rauiſij, Sombreſſę, Iacheæ: In Boſcenſi iuriſdictione; de Cuyck, Boxtellæ, de Cranedunco: In Thenenſibus; Bouterſhemij. Ceteram nobilitatem toto opere ſuis locis enarrabimus: & finem huic libro imponemus, ſequenti geſta Gothfredi Ducis proſecuturi.

Breda. Boſcenſium iuriſdictio. Boſcum. Grauia. Mega. Rauaſtenum. Helmontiū. Endhouia. Thena ſeu Tyllemons. Leuia. Landinum. Hala. Baronum Brabantiæ catalogus.

RERVM BRABANTICARVM PETRI DIVÆI

LIBER VIII,

Geſta Gothfredi Barbati primi; & Gothfredi ſecundi Ducum Lotharingiæ & Brabantiæ continens.

EXPLICATO Brabantiæ ſitu, ceteriſque ad eam rem pertinentibus decenter enucleatis, ad geſtorum à Ducibus populoque Brabantiæ enarrationem, ſtilum conuertamus. Anno itaque inſtituti Ducatus primo, qui ſalutis fuit 1107. Henricus Lemburgi Comes Lotharingiæ exdux, cuſtodiâ Imperatoris elapſus, nouorum motuum auctor fuit; ſperans Gothfredum nondum confirmatis (vt decuerat) rebus, nec penitus pacatis Ciſmoſanis, facilè Tranſmoſanis arceri poſſe. Congregatis ergo quantis poterat copijs, adiunctiſque ijs, quorum animi adhuc à Gothfredo alieni erant, Aquaſgrani ſubito impetu inuaſit, receptuſque quorumdam fauore, ad alia occupanda vires parauit. Quo in Brabantiam relato, Gothfredus tumultuario ſuorum delectu tantâ celeritate eò duxit; vt opidi mœnibus appropinquaret, priuſquam eum aduenire Henricus comperiſſet. Quo tamen vix elapſo, vxor cum nobilibus cōplurimis in poteſtatem redacta. Quâ, vt ignobili prædâ, dimiſſâ, hos ſacramentis ſibi Dux obſtrinxit, nihil contra eum hoſtile auſuros: multatiſque, quorum proditione opidum interceptum cognouerat, domum reuerſus, Louanij celebre concilium procerum indicit; vbi Horniæ, Gaſebecæ, ac Angiæ Barones beneficia ſua ab eo recognouerunt, eaque præſtitêre

Anno 1107.

Henrici Comitis Lemburgi pro recuperanda Lotharingia motus.

Aquagrani ab Henrico capta.

Gothfredi Ducis Tranſmoſana expeditio.

Aquagrani recuperata.

Henrici fuga.

Conuentus Louanienſis.

Horniæ, Gaſebecæ & Angiæ Barones veterum Lotharingiæ Ducū clientes.

Digitized by Google

ſtitêre ſacramenta, quæ priſtinis Lotharingię Ducibus dare ſoliti erant. Solus ex Bertoldorum clariſſima familia Arnoldus nouo Duci obſiſtebat, omni obſequij genere denegato: opibus nimijs, ac potentiæ confiſus: cùm in ipſo Brabantiæ vmbilico Mechlinienſes, Grimberganos, Turnoutanos, ac Ghelenſes poſſideret: vnde effectum, vt rebellem, quoad viueret ſub iugum mittere non potuerit: quinimo ſemel ab eo cruentiſſimè victus, omnem nobilitatis florem amiſit, & Brabantia multis in locis vaſtata eſt.

Arnoldus Bertoldus iugũ Gothfredi detrectat.

Potentia Bertoldorum.

Gothfredus à Bertoldis victus.

Septennio pòſt, Gothfredus Dux cũ Frederico Coloniæ archiepiſcopo, & Henrico Comite Lemburgi exduce, & Frederico de Arnſburg, Henrico Imperatori rebellionem mouit. Quo in Lotharingiam deſcendente, Colonia obſidium paſſa, capi non potuit. Itaque Imperator hyemis aduentu domum reuocatus, Tranſrhenanorum motu prohibitus eſt hoc bellum proſequi: tandem poſt quadriennium motum hunc ſedatum lego.

Anno 1114.

Gothfredi Ducis in Hẽricum Imperatorẽ motus.

Anno 1119.

Anno inſtituti Ducatus XII. bellum Leodienſe hac de cauſſa ortum eſt: Oberto Leodienſi epiſcopo ſublato, ſciſſi in diuerſa Leodienſes, pars Fredericum filium Arnoldi Comiti Namurcenſis; pars Alexandrum Comitis Iuliacenſis filium epiſcopum volebant; quorum vtrique fautores adfuêre. Alexandro Gothfredus Dux, Giſbertus, Duraſſi, Lambertus Montiſacuti Comites, Reinerus Leodienſis primicerius: quorum ille operâ ab Henrico Imperatore inueſtituram accepit; Fredericum verò Calliſtus ſummus Pontifex in Remenſi ſynodo confirmauit, eò quòd à maxima Canonicorũ parte creatus eſſet: maximè verò in odium Imperatoris, cum quo de epiſcoporum Germaniæ inueſtitura pernicioſiſſimo rei Chriſtianæ diſſidio contendebat: Nec huic armati aſſertores deerant, Gothfredus frater Namurci Comes, Goſſuinus ſeu Gothuinus Falcoburgi Dominus: præter hos; Abbates, Canonicos, & omnem Leodij Senatum in partes ſuas adtraxerat. Vnde aduerſario potior, Hoyum eum compulſum obſediſſe ferunt.

Bellum Leodienſe.

Schiſma Leodienſis eccleſiæ.

Gothfredus Alexandrum fouet.

Frederici fautores.

Alexander Hoy obſeſſus.

Sequenti anno III. Kalendas Iulij, Fredericus vitâ exceſſit: Ambiuit rurſum Epiſcopatum Alexander: at repulſam paſſus eſt, prælato Adalberone Gothfredi Ducis fratre, Canonico Metenſi, menſe Februarij. Clemẽtia Vidua Roberti Hiero-

Anno 1120.

Frederici epiſcopi mors.

Adalbero frater Ducis epiſcopus Leodienſis.

Hieroſolymitani, Comitis Flandrię, & ſoror Calliſti II. Pontificis nupſit Duci: vnde Dux fauore Calliſti epiſcopatum faciliùs fratri obtinuit. Anno ſequenti Henricus Rex Angliæ duxit Adelam filiam Ducis. Poſt biennium à morte Frederici, Adalbero epiſcopatum inijt, homo pacificus & omnium gratiã meritus abrogatà lege Mortuæ manus, quâ vitâ functi corpus pretioſâ re aliquâ; ęquo, boue, conſimiliq; ab epiſcopo redimendũ erat: Ferunt eum noctu baſilicas adijſſe, ac orationibus nocturnis inuigilaſſe. Eodem anno, Henricus Imperator Gothuinum Dominum Falcoburgi, rapinarum inſimulatum, ope Gothfredi Ducis adgreſſus, Falcoburgum cepit diruitque. Anno inſequenti, Nortbertus Præmonſtratenſium fundator, in arce Antuerpenſi eius ordinis cœnobium ſtruxit; Gothfredo Duce impenſas promente, quod D. Michaëli archangelo dedicatum eſt. Fuerat ante aliquot annos circa Antuerpiam Tancelinus, ſiue Tandemus Hæreticus, tria ferè millia ſequacium poſt ſe trahens: quos adeò peſtifero dogmate infecerat, vt Chriſti corpus ſanguinemque nihil ad ſalutem prodeſſe crederent: ſacerdotes verò ac epiſcopos nihili ducerent: cultum autem tantâ reuerentiâ ferunt, vt aquam, quâ lauiſſet, ebiberent: cum tantæ eſſet impuritatis, vt matronas in maritorum, virgines in parentũ obtuitu obſtupraret. Auro veſtitus incedebat, & in reſiſtentes cædibus graſſabatur, nec, quamquã eo ante VIII. annos interempto, ſecta eius exſtinguebatur. Vnde Nortbertus aſſumto Antuerpienſium ab hoc errore cõuertendorũ onere, multos eorũ ad ſanitatem reductos perpulit, vt corpus Chriſti (quod aliqui ferè ante decennium ſcrinijs cõdiderant) ad ſe referrẽt. Profecitq; eo loci ſanctiſſimi viri ſequaciumq; eius conuerſatio, vt omnes ferè, qui hoc malo imbuti fuerant, Chriſtiano gregi redderentur. Eodem anno Henricus Imperator captâ Monhoiâ arce Rainaldum Comitem abduxit. Sequenti anno tantâ hieme in Brabantia laboratum eſt, vt anguillæ è paludibus ob glaciei nimiam ſpiſſitudinem in fænilia confugerent: vbi vix ab immenſo frigore tutæ fuêre. Multa hominum millia frigore abſumta: arbores vix menſe Maio flores emisêre. Sequens, non mitiorem habuit

Anno 1121.

Adalberonis epiſcopi mores.

Gothuinus Falcoburgi Dominus, ab Imperatore & Gothfredo Duce domitus.

Anno 1124.

Nortbertus Præmonſtratenſium fundator.

Cœnobij Antuerpienſis initia.

Tancelinus Hæreticus.

Antuerpienſes per Nortbertũ à Tancelini ſecta conuerſi.

Monhoia ab Henrico Imp. capta.

Anno 1125. Hiems aſperrima.

Digitized by Google

habuit hyemem: prodigia verò complura. Mulier in villa Neriſca quattuor maſculos vno partu peperit: in parochia Gemblacenſi, patrefamilias fruges molente die Dominico, farina ſubito igne correpta eſt. Eodem anno, Henricus Imperator Vltraiecti moriens, Lotharium Saxoniæ Ducem ſucceſſorem habuit. Idem annus cæde Caroli Flandriæ Comitis funeſtus fuit, hunc optimis præditum virtutibus, Stratenſium potens admodum factio, ad D. Donatianum Brugis orantem opreſſit. Cuius morte vacantē Comitatū, Guilielmus Dux Normanniæ, Balduinus Comes Hannoniæ, Arnulphus Danus, Guilielmus Hyprenſis æquè appetebant. Ope tamen Francorum, quamvis iure impar, Normannus præualuit: qui regno Angliç (quod ſummo ſtudio diù antè ambierat) rurſum inhians Flandrorum opibus, bellum Henrico regi parabat: quare Flandris grauiſſima tributa imperans, Magiſtratus etiam pretio creauit. Anno verò Domini 1128. diuturnis Comitis Guilielmi oppreſſionibus laſſi Flandri, Theodericum Theoderici Elſatiæ Comitis filium euocant: ſub cuius aduentum Guilielmus cùm opida ſibi præcluderentur, à Ludouico Rege & Gothfredo Duce opem expetijt. Duxit Rex in Flandriam: moxque cùm Inſulas nullo obſidionali commento reſerare poſſet, domum reuertit. Duci verò Aloſtanos vrgenti, coniunctus Guilielmus, Theodericum Aloſti obſedit: quem, cùm erupiſſet, ad Axpolam victum vſque ad opidi portas inſecutus, à ciue Aloſtano baliſtâ ictus interijt. Theodericus verò Aloſto egreſſus, omnem mox Flandriam obedientem fecit, Gothfredo Duce ſibi conciliato. Kalendis Ianuarij eiuſdem anni, Adalbero frater Ducis epiſcopus Leodienſis vitâ defungitur; conditus in Monte ſancti Ægidij in cœnobio Pręmonſtratenſium à ſe cōſtructo. Sequenti anno Alexander, qui epiſcopatus competitor fuerat, Frederico & Adalberoni, omnium ſuffragijs electus eſt. Hic eodem anno Aduocatiam Trudonēſis opidi, quæ veteri iure Duraſſi Comitū erat, pulſo Giſberto Comite, occupauit: qui cōmotus hâc iniuriâ, alias Leodienſis eccleſiæ opes inuaſit. Exinde controuerſiâ vſque ad apertum bellum progreſſâ, vtrimque vicinos Principes concitârunt:

Anno 1126.
Prodigia in Brabantia.
Hērici Imperatoris mors.
Lotharius Imperator.
Caroli Comitis Flandriæ cædes.
Competitores Comitatus Flandriæ.
Guilielmus Normannus Comes Flandriæ.
Anno 1128.
Flandrorum à Guilielmo defectio.
Theoderici Elſatij aduētus.
Ludouicus Rex & Gothfredus Dux Guilielmo auxilia ferunt.
Gothfreaus Dux Aloſtum depopulatus.
Aloſti obſidiū.
Guilielmus interitus.
Theodericus Elſatius Comes Flādriæ.
Adalberonis Leodienſis Epiſcopi mors.
Anno 1129.
Alexander Epiſcopus Leodienſis.
Aduocatia Trudonenſis.
Alexandri Epiſcopi, cum Giſberto Duraſſi Comite bellum.

Digitized by Google

Epiſcopus Lotharingiæ ſuperioris Ducem ac Henricum Limburgi Comitem: Comes Gothfredum Ducem cum Theodorico Flandriæ Comite. Itaque auxiliaribus vtrimque copijs inſtructos, ad Duraſſum ſeu Duratum arcem ſtatariâ congreſſos pugnâ, & Epiſcopi partem viciſſe, Scriptores concinunt. At de modo concurſus Brando ſcribit, peditum vtrimque 824. deſideratos, præter eos qui vulnerati in ſiluis ac ſegetibus interiêre, vel aquis ſuffocati ſunt. Placentius verò Leodienſis Scriptor aſſerit, Brabantinos non exſpectatis Flandris in prœlium ruentes ad 900. vexillo eorum direpto, interemtos: Flandros verò finito iam prœlio accurrẽtes, parem ſubijſſe ſortem, cæſis enim compluribus, reliquos in Lenienſium paludibus merſos. Acta hæc VII. Idus Auguſti: Secundo pòſt anno Lotharius Imperator & Innocentius Pontifex, Leodij conuenêre, vbi maximo Principum vtriuſque ordinis numero comitia celebrata. Sequenti anno, Hermãnus Comes de Cuyck, Andreas epiſcopus Vltraiectenſis, Gothfredus de Arliſberch fratres, filij Hermanni Comitis, (cuius ductu Florentius Hollandiæ Comes an. 1062. ceciderat, vt antè narrauimus) conſpiratione initâ, Florentium Nigrum fratrem Theoderici Comitis Hollandię, ad muros Vltraiecti interemerunt. Odiorum cauſſa fuerat, Hediugis horum fratrum neptis, ex Aleyda ſorore & Arnoldo Comino de Rochem: quam diù ambitam, Florentius cùm à fratribus vxorem obtinere non poſſet, Traiectenſes ab Andrea Epiſcopo auerterat; & Epiſcopo pulſo, vrbem occupârat. Ceterùm Lotharius Imperator compertâ nepotis necé (ex Gertrude enim eius ſorore Florentius) Hermannum Comitis dignitate priuauit: Theodericus verò, ſpoliato vſtoque omni Comitatu, fratres fugauit: mortuo tamen Lothario, rurſum eos in gratiam recepit. Anno 1134. XII. Kalendas Februarij, lupus in Brabantia colubris deglutitis rabidus, relictâ ſiluâ rus petijt: vbi XII. hominibus, cum innumerabili ouium multitudine, morſu ſuo exanimatis, tandem à viro fortiſſimo necatus eſt. Sequens annus morte Henrici Anglorũ Regis, qui gener Ducis fuerat, eminuit. Proximo anno Gothfredus Dux, Præmonſtratenſium cœnobium fundauit prope

Gothfredus Dux Giſberto Comiti opem fert.

Prælium ad Duratum.

Alexandri victoria.

Anno 1131. *Conuentus Leodij inter Innocentium Pont. & Lotharium Imp.*

Anno 1132. *Comitum de Cuyck, in Florentium nigrum, conſpiratio.*

Florẽtij cædes.

Cauſſa odiorum.

Hermannus Comes de Cuyck, Comitis dignitate priuatus.

Anno 1134. *Mirum de Lupo.*

Mors Henrici regis Angliæ.

Anno 1136.

prope Louanij muros, in venaticis ſeptis (Parcum appellant)
Cœnobij Parcenſis initia.
veterum Louanij Comitum: vnde cœnobio Parci nomen
huc vſque permanſit. Fundationis litteras vnà cum patre ſi-
gnauêre Gothfredus ac Henricus: Anno proximo Alexander
Anno 1137.
Alexandri epiſcopi depoſitio.
epiſcopus ſimoniæ cauſſam, accuſantibus ſuis, dicere coactus
in ſynodo Piſana, mærore defecit, pridie Non. Iulij, Adal-
berone filio Comitis Gelriæ ſuffecto. Obijt etiam Anſelmus
Adalbero epiſcopus Leodienſis.
VIII. Abbas Gemblaci, qui Chronicon Sigeberti in hunc an-
num auxit. Subſequens annus Lotharium Imperatorẽ ſuſtulit,
Anno 1138.
Lotharij Imp. mors.
cui Cunradum Sueuiæ Ducem Principes ſurrogârunt: Duxe-
Cunradus Imperator.
rat hic Gertrudim filiam Berengarij Comitis de Sulczpach.
Annus verò 1139. Brabantis funeſtus VIII. Kal. Februarij,
Anno 1139.
Gothfredi Ducis mors.
Gothfredum Ducem maximo omnium luctu hâc luce ſub-
traxit, virum fortitudine, religione, ac omnigenâ virtute
Cœnobia ab eo condita & aucta.
conſpicuum. teſtantur ſanè religionem Parcenſe, Bigardenſe,
Sancti Michaëlis, Frigidimontis cœnobia ab eo condita: Tru-
donenſe verò & Affliginienſe beneficijs aucta. Porrò corpore
Sepultura Gothfredi Ducis.
eius Affliginij depoſito, Gothfredus maior filiorum eius Du-
Gothfredi liberi.
catum adijt: quem cum Henrico, Aleyda, Ida, alioq; Affligi-
Gothfredus ſecundus Dux Lotharingiæ & Brabantiæ.
nienſe monacho ex filia Henrici, vt ferunt, quarti Imperatoris
extulerat: Porrò Aleydam Rex Anglorum, vt antè diximus,
Idam Cliuiæ Comes vxores habuerant. Initio verò ſequentis
Anno 1140.
Hẽrici fratris Ducis mors.
anni Henricus frater noui Ducis viuis exceſſit; cuius viduam
Laurentiam Theodericus pater Flandriæ Comes, Irano Bal-
duini Craſſi Comitis Aloſtenſis filio iunxit. Eodem anno,
Henricus Comes Limburgi, edux Lotharingiæ, ducatum
Henricus Comitis Limburgenſis motus.
nouo Duci prærepturus, Moſam tranſgreſſus eſt, latè vaſta-
Trudonenſe oppidum ab Henrico captũ.
tis Lotharingorum Duci fidorum agris, S. Trudoni præſi-
dium immiſit: ac maximam hominum pecorumque prædam
abactam ſecum trans Moſam reduxit: Gothfredus verò Dux
Gothfredi Transmoſana expeditio.
cum delectiſſimis ſuorum S. Trudonem adortus, aliquoties
oppugnatam imperata facere coëgit: vbi eiectis Limburgenſis
Trudo. oppidũ recuperatur.
fautoribus, ſenatuq; renouato, ſummâ celeritate Traiecti Mo-
ſâ tranſito, Aquiſgrani improuiſus ſuperuenit: receptus partim
Aquaſgrani Gothfredus capit.
metu, partim beneuolentiâ, biduũ totum & Imperatoria ſella
ius omnibus duxit: adactiſq; ciuibus vt ſecum arma caperent,

Limburgenſis à Gothfredo prælio victus. *Gothfredi III. natiuitas.*

Limburgenſem reditum obiectis copijs impedientem, profligauit, & victor in Brabantiam redijt: vbi victoriæ lætitia, nato ei filio, adaucta, quem ſuo nomine appellari iuſſit: quo etiam anno Louanij mel pluiſſe referunt. Ceterùm Bertoldos rurſum cornua efferentes impari fortunâ tentauit: Victores enim hoſtes omnia recuperauêre, quæ Barbatus Dux ademerat; nec feliciorem annum proximum Brabantini habuêre: Gothfredus enim Dux, cùm bellum Bertoldis rurſum moliretur, Idibus Iunij fatis conceſſit, Louanij in D. Petri baſilicam illatus. Porrò vxorem eius fuiſſe aiunt, Lutgardam filiam Berengarij Comitis Zulczpachenſis, cuius alteram filiam Gertrudem, Cunrado tum Imperatori nuptam diximus: nihil tamen de hac Lutgarda Germanorum annales produnt.

Bertoldi Gothfredum vincunt.

Anno 1143.

Gothfredi Ducis obitus.

Vxor Ducis qua

RERVM

RERVM BRABANTICARVM PETRI DIVÆI LIBER IX,

Geſta Gothfredi tertij Ducis Lotharingiæ & Brabantiæ continens.

IAM repentino Ducis interitu quantum Reſpub. detrimenti acceperit, mox apparuit. Bertoldi enim, quorum impetus nec ab eo, nec à patre eius refrenari potuerat, morte eius, omnem ferè animum Brabantinis concidiſſe rati: cœptũ antè bellum acriùs proſequuntur, & Bruxellenſiũ finibus quaſſatis, Villeuordiam pagum arcemque cum alia vicina Netelaria captas exuſtaſque euertunt. Barones interea Brabantiæ miſſis ad Cunradum Imperatorem (qui Gothfredo puero auunculus erat) Ducatum nouello Duci confirmari impetrârunt. Quare celebri ordinum conuentu Louanij indicto, creatis Duci tutoribus Diſthemij, Birbachi, ac Weſemaliæ Baronibus, & Domino à Wemmela omnes ſacramenta fecêre: ibidem de repellendis Bertoldis conſultatum. Miſſi qui à Theoderico Flandriæ Comite opem peterent: ijs aduenientibus in hoſtem iuêre: à quo victi, cæſis auxiliaribus, Comitem ſecundò adire compulſi, duriorem cum inuenêre: ſuorum etenim priori clade motus, nouum in Flandria militem colligi vetuit, niſi hâc lege: vt adultus Dux ſe beneficiarium eius profiteretur: idque cùm facturum tutores iureiurando cauerent; hiſque è præſenti neceſſitate, ita vt voluerat, promiſſis, maxima nobilitatis Flandriç pars in Brabantiam profecta eſt: nec minori dili-

Bertoldorum motus.

Bertoldi Villeuordiam exurunt.

Gothfredo III. Ducatus confirmatur.

Conuentus Louanienſis.

Tutores Ducis nouelli.

A Theoderico Flandriæ Comite auxilia petita.

Brabantini à Bertoldis iterum victi.

Duritia Theoderici Comitis in præſtandis auxilijs.

Brabantinorum in Bertoldos altera expeditio.

Grimberga arx diruta.

Mechlinia obſidio.

Bertoldi cum auxiliaribus. Grimbergam veniunt.

Brabantinorũ castra ad Grimbergam.

Bertoldi pacẽ aſpernati.

Arnoldus à Craienheimio.

Dux in caſtra allatus.

Dux in cunis ante aciem poſitus.

Prælij Grimbergani deſcriptio.

diligentiâ Bertoldi ſuæ partis Principes concitabant, mediâ etiam Franciâ militem elicientes. Iis tamen ſeriùs mouentibus, Brabãti, paratis ad expeditionem neceſſaris, Bruxellâ mouent. Arx erat Grimbergæ, binis ab vrbe milliaribus, contra impetum hoſtilem fortiùs munita: vnde Viluordiam viciname que regionem Bertoldi depopulari ſolebant: Hanc omnibus in itinere protritis, adorti primo impetu captam; obtruncatis cuſtodibus, cum cœnobio exuſſêre. Indè Mechliniam procedentes, eodem infortunio afflictis circumvicinis villis, cùm opido obſidionem appararent; Bertoldos cum omnibus auxilijs Grimbergam veniſſe, & arcem multo, quàm antè munitiorem, reſtaurare cognouerunt. Quare relictâ Mechliniâ Grimbergam reuerſi, in hoſtium conſpectu caſtra locârunt: vbi cùm de ſumma rei diutiùs deliberatum eſſet; tandem caduceatorem in hoſtium caſtra mitti placuit. Huic in mandatis datum, vt omnium nomine hoſti edicat: ſi poſitis armis, Ducis ipſorumque arbitrio ſe cauſſamque ſuam committat, ipſos omnem daturos operã vt controuerſia ſinè vllo ſuo incommodo finiatur. quòd ſi omni ſanè conſilio, omni clientis officio, omni denique humanitate reiectis, in rebellione perſiſtat; paratos ſe iam de ſumma rei prœlio contendere: quo ſi vinci eum contingat, nihil aliud quàm crudeliſſimam pœnam exſpectandam. Hæc monentem, vix ſinè iniuria caſtris excedere iuſſêre. Eo itaque ad ſuos reuerſo, cùm nec minitando nec blandiendo, pacati quidquam ab hoſtibus eliceretur: Barones ad quos ſumma rei pertinebat, alterâ luce omnes ad prœlium paratos adeſſe iuſſerunt. miſſus tum conſilio Gaſebecani Baronis Bruxellam, Arnoldus à Craienheymio, Eques, infantem Ducem matris vberibus abſtractum attulit: quo viſo; immanè quantùm aucti ſint animis milites; præter innatam virtutem, etiam miſeratione infantis, ad fortiter agendum cõcitati: quem ex Duce captiuum facturi forent, ſi ignauè operam nauarent. Alterâ porrò die, quæ prœlio deſtinata erat: vtrimque rectores militem caſtris eduxêre: Dux noſter in cunis, ante aciei principia, ſalici appenſus eſt, vagitu ſuo victoriæ auctor futurus. Pari dein ferociâ vtrique alteros petiuêre:

pugna-

Digitized by Google

pugnatum eo die tantâ vtrimq; cæde, vt maiorem nullus antea factam meminerit: neutris tamen cedentibus, ſuperuentu noctis, à prœlio deſtitêre. Simili pęne euentu poſterâ die certamẽ repetitũ. tertiâ porrò luce, ex deſperata vincẽdi moriendíve pertinacia, magis accenſis animorum odijs, ſummo furore in prœliũ ruunt: nec vſq; ad meridiem, vter vinceret, diſcerni potuit: tũ verò cæſis ſuorũ primis, Brabantinorũ vndiq; ſeſe inferentiũ pondere confracti, Bertoldici in fugã ſe coniecêre: & inſecuti pari ferocitate victores, nullũ cædium finem faciunt: eâ crudelitate, vt colorẽ Senna fluuius, ex interemtorũ ſanguine, immutauerit. Nec incruenta fuit noſtris ea victoria: nempe deſideratis Baronibus Diſthemij, Rochellariæ, Veſemaliæ, Birbachi, Leſdaliæ, Rauiſij, Trazignij, & Horniæ. Hoſtium verò pæne omnia capita cæſa: Gerardus cognomento Barbæ draconis, Arnoldus filius; ſenioris Bertoldi; Domini Capellæ; Ittræ, Scoudebrouckæ, & Barleghemij: Henricus ab Hombeca; Guilielmus à Moſſenhouia; Henricus ab Oye-brugga, Ioannes & Sigerus filij Ioannis Domini Bredæ; Comes Virzonij in Biturigibus Galliæ; Dominus de Coucy Picardus; Domini de Iſſelſtein & Arclæ, Hollandi; Dominus Bronchorſtij Gelrus; Arnoldus verò ſenior cum Valtero filio captus, poſt ſextam hebdomadam dolore vulnerum confectus eſt. Poſt hanc victoriam, Brabanti, euerſâ Grimbergæ arce, auxilijs dimiſſis, domum quiſque ſuam conceſſêre. Acta hæc anno inſtituti Ducatus trigeſimo ſeptimo. Quadriennio ferè ab hac victoria, Valterus Bertoldus cuſtodiâ exiuit. Hac de cauſsâ, Diui Bernardi concionibus permotus Cunradus Imperator, expeditionem in Syriam adornabat: vnde ſollicitatis quorumdam Baronum animis, evicit, vt dato fratre minore obſide, Imperatorem ſequendi licentia fieret: quod cùm impetraſſet; multa virtutis ſuę teſtimonia in Damaſci obſidione commonſtrauit; quâ ſolutâ cùm domum reuertetur, in itinere compertâ fratris obſidis morte, regreſſus, in Damiatæ (vt ferunt) oppugnatione interijt. Eodem anno Naualis Lotharingorum, Brabantinorum, Anglorum, Flandrorum, Hollandorum exercitus, ad tredecim millia

Bertoldorum fuga.

Bertoldorum cædes.

Nomina interemtorum à noſtris.

Nomina interemtorũ ex hoſtibus.

Arnoldi Bertoldi interitus.

Valteri Bertoldi captiuitas.

Anno 1147.

Valterus Bertoldus liberatur.

Bellum Aſiaticũ Cunradi Imperatoris. Valteri, eo bello, virtus.

Valteri Bertoldi interitus.

Naualis expeditio in Hiſpaniam.

ferè hominum, in Hiſpaniam nauigans, poſt quartum menſem Vliſſiboñ obtinuit, profligatis vltra 200000. Saracenorũ. Inſequenti anno Damaſcus magnis noſtrorũ viribus circumdata, quorundam fraude reſerari non potuit. Anno proximo Cunradus Imperator in Germaniam reuertit, Sexto Kalendas Aprilis anni 1150. Albero Epiſcopus Leodienſis hac vitâ exutus ſucceſſorem habuit, Henricum filium Henrici Comitis Limburgenſis, virum eo honore digniſſimum. Secundo pôſt anno Cunradus Imperator XV. Kal. Martij deceſſit: cui Fredericum filium Frederici fratris eius principes ſubrogârunt. Poſt quadriennium Dilia Louanij vltra ſolitum exundans pontes aliquot deiecit. Anno dein 1159. Gothfredus ætatis iam maturioris, conciliatâ ſibi amicitiâ Comitis Lemburgenſis Henrici Margaretam filiam eius ſibi iunxit: cui dotem pater conſtituit, Rodam Aquiſgrani vicinam arcem, & Aduocatiam opidi Trudonenſis; mortuo verò ſocero in partem Comitatus ſucceſſurus erat. Eodem anno monachos Parcenſes & Goſuinum Dominum Heuerlæ, filium Reinerij de ambiguo molarum quarumdam iure cõtendentes Dux compoſuit, tabulis datis obſignatiſque à Duce, Simone Præpoſito, Rieſone ab Hochem Goſuino, Degelbaldo, Gothfredo, Canonicis: Lamberto, Francone, Victore preſbyteris: Arnoldo dapifero, Arnoldo à Vellepa, Gerardo de Hiebeke, Henrico Magatoch, Herzone Grindel, Alardo Rapa, Balduino Duch; Sigero ab Heuerla, Simone ac Goſuino fratribus ab Heuerla, Raimbaldo ab Heuerla & Radulpho à Ralembech. Circa idẽ ferè tempus profectus in Flandriam, multa Comiti Theoderico obtulit, vt ſacramentum à tutoribus initio principatus, neceſſitate vrgente, extortum remitteret: quod cùm nullis ab eo precibus euinceret, fertur euaginatum enſem Comiti tradidiſſe, dixiſſeque: Ceruicem ſibi pręcidi potiùs cupere, quàm nobiliſſimum Ducatum Comitis beneficio poſſidere. delectatumque câ conſtantiâ Comitem, terrâ Teneramundanâ (quæ eatenus iuris Brabantici fuerat) contentum fuiſſe. Mox Valtero ac Gerardo ignouit, filijs Valteri Bertoldi, iiſque bona paterna reddidit: câ tamen lege regioni Grimberganæ impoſitâ, vt minor natu

iure

Vliſſibona Saracenis ademta.
Anno 1148.
Damaſci obſidium fraude ſolutum.
Anno 1149.
Cunradi Imp reditus.
Anno 1150.
Alberonis Epiſcopi mors.
Henricus epiſcopus Leodienſis.
Anno 1152.
Cunradi Imp obitus.
Fredericus Barbaroſſa Imp.
Anno 1156.
Dilæ inundatio.
Anno 1159
Gothfredi Ducis matrimonium.
Margaretæ uxoris dos.
Monachi Parcenſes & Goſuinus dominus de Heuerle compoſiti.
Nobiles Brabantiæ.
Gothfredi cũ Theoderico Flandriæ Comite, nè vaſſallus eius fieret, oratio.
Gothfredi conſtantia.
Valterus ac Gerardus Bertoldi, fortunis reſtituti.
Feudorum in Grimbergana ditione præpoſterum ius.

Digitized by Google

iure primogenituræ in feudis frueretur: quâ ratione Valterus Mechliniæ dominium à fratre Gerardo, is verò Grimbergam à Duce beneficium recognouit.

Valterus Mechliniæ Dominus. Gerardus Grimbergæ Dominus.

Anno proximo Henricus cognomento Leo Dux Saxoniæ, Vandalis veteri ſede expulſis, miſſis in inferiorem Germaniam, Adolpho Comite Holſatiæ, ac Henrico Scatenſi, nouas Brabantinorum, Flandrorum, ac Hollandorum colonias in Vandaliam ac Vagriam deduxit. Brabantinorũ ſanè virtutem, inter omnes Germanos vel maximi eo tempore æſtimatam fuiſſe varij auctores prodidêre: quorum ope Chriſtianus Moguntiæ Archiepiſcopus pro Frederico Imperatore in Italia, & Henricus Anglorũ Rex ingentia bella confecêre, vt infrà dicturi ſumus.

Anno 1160. Brabantinorum, aliorumq́; Coloniæ in Vandaliam deductæ. Brabantinorũ fortitudo.

Sequenti anno Louaniũ muris circumdari cœpiſſe in ſcriptis codicibus reperio.

Anno 1161. Louanium muris cinctũ.

Anno 1163. cœnobium Vliederbacẽſe cœpiſſe ferunt XV. Kal. Septembris. Poſt biennium ſtructum Louanij templũ Sancti Michaëlis.

Anno 1163. Cœnobium Vliederbacẽſe. Anno 1165. Templum S. Michaëlis, Louanij.

Gothfredus Dux, Philippus Comes Flandriæ cum fratre Matthęo, expeditione in Hollandiam initâ, Florentium Comitem in poteſtatem redactum, Brugas adduxerunt. Inſequenti anno, Hugo Angię Dominus, iniuriâ à Balduino Hannoniæ Comite affectus, arcẽ in opido ſuo ędificauit, & Gothfredo Duci fœdere ſociatus, & repentè Hannonio hoſtis effectus, ope Brabantinorum ipſe poſteriq́ue eius multo tempore Hannoniam infeſtârunt. Porrò multò antè Angię Principes, Ducis Gothfredi primi beneficiarij fuerant, vt antè diximus, & ſuccedentibus ab hoc anno temporibus, ferè ſemper conuentibus Baronum Brabantię interfuêre, vt poſtea dicturi ſumus.

Anno 1166. Hugonis Angiæ Domini à Comite Hannoniæ, defectio.

Anno 1168. Henricus Leodij epiſcopus, Italicam Frederici Imperatoris expeditionẽ ſequutus, pridie Nonas Octobris defunctus eſt Papiæ: cui Alexander filius Comitis Bononię ſucceſſit.

Anno 1168. Henrici epiſcopi mors. Alexander epiſcopus Leodienſis.

Anno 1170. Gothfredus Dux ab Henrico Luceburgi ac Namurci, Balduino quoque Hannoniæ Comitibus prœlio ad Hagam Carniriam victus eſt, amiſſis duobus virorum millibus.

Anno 1170. Gothfredus à Namurcenſibus & Hannonijs victus.

Sequenti anno Alexander epiſcopus in Italica expeditione Imp. Frederici interijt: cui Rudolphus ſuffectus, filius Lotharingiæ Ducis. Gothfredus Dux Namurci Comite, ope Flandrorum rurſum victus: Triennio pôſt Henricus Rex An-

Anno 1171. Alexãdri epiſcopi mors. Rudolphus epiſ. Leod. Gothfredus Dux à Namurcenſibus iterum victus.

Hēricus Rex Anglorū è Brabantia ſtipendiarios conducit.

glorum, Brabantorum auxiliaribus copijs conductis, Britannorum proceres ad obedientiam armata vi coëgit. Porrò Brabantinorum complures, Radulphus de Fulgerijs per regionẽ ſuam palantes intercepit; moxq́; captis Cimburgæ arcẽ ac Dolâ opido fraude cuſtodum, ab ijſdem Brabantinis, cum Comite Ceſtriæ alijſq́; confœderatis profligatus, incluſuſque turri cuidam, eâ expugnatâ, captus ad Regem deductus eſt. Hinc multę eius terræ arces à Brabantinis Regi ſubditæ. Erat eo tempore Henricus filius eius Ludouico Francorum Regi, contra patrem, fœdere ſociatus. Sequenti anno Henricus pater Rex in Angliam cum Brabantinorum copijs profectus, nutantes Regni ciuitates recepit, vbi etiam capto Guilielmo Scottorū rege, in Normanniam reuerſus, pacem cum Francis inijt. Anno ſalutis 1176. Louanium ferè totum incendio perijt in profeſto S. Laurentij. Henricus quoque iunior Rex cum patre conciliatus eſt. Brabantinos verò Regis ſtipendia merentes in Aquitaniam traductos lego; aliquot poſt annos Burdegalam infeſtaſſe: ijdem ductu Chriſtiani archiepiſcopi Moguntini, Frederico Imperatori in Italia eo ferè tempore militabant, vt Robertus Abbas aſſerit. Albertus verò Crantzius in Saxonia ſua etiam hoc addit, æſtimatos tum Brabantinos, vt ſuo tempore Heluetios. Anno verò 1181 inter Philippum Franciæ Regem, & Philippum Comitem Flandriæ, atrox de Comitatu Veromanduorum bellum exortum. Erant Comitis ſocij Balduinus Comes Hannoniæ, Henricus filius Gothfredi Ducis, qui filiam Matthæi comitis, Bononiæ neptem Comitis vxorẽ habebat, cum quadraginta ordinis equeſtris viris mouerūt vterque in alterius conſpectum: nihil tamen præter inducias triennij actum eſt. Sequenti anno bellum inter Gothfredum Ducem ac Balduinum Hannoniæ Comitem renatum: hac de cauſſa, Princeps Angiæ Goſuinus, vicos aliquot in Brabantia poſſidens, Lembecam ex his Balduino oppignorauerat; quam munire volente Balduino, veritus nè in poſterum Brabantinis officeret, miſſis legatis interceſſit Dux: perſiſtenti in opere arma infert; ac Vanaſtam occupauit. Oppoſuit delectiſſimam ſuorum aciem Balduinus: cumq́ue ad Lembecam congreſſuri

Geſta Brabātinorum cōtra Britones.

Anno 1175. *Brabantini in Angliam à Rege deducti.*

Anno 1176. *Louanium exuſtum. Brabantini in Aquitaniā traducti.*

Brabantini Frederico Imp. in Italia militant.

Crantzius de Brabantis.

Anno 1181. *Bellum inter Philippum, Regem, & Philippum Comitem Flandriæ.*

Hēricus filius Gothfredi Ducis, Comiti ſocius.

Anno 1182. *Bellū Gothfredi Ducis cū Hannonijs. Goſuinus Angiæ Dominus*

Lembeca Hānoniæ Comiti oppignorata. Lembecā Comes munit.

Digitized by Google

greſſuri viderentur, Philippus Comes Flandriæ Balduinũ Comitẽ ad inducias coëgit; donec Dux ex Aſia, quò iter parabat, reuertiſſet. Porrò anno proximo, paratis omnibus ad expeditionem neceſſarijs, Gothfredus Dux in morbum incidit; quo aggrauante, Henricum filium in Aſiam miſit: quò ille delatus, labaſcentes Chriſtianorum res offendit, ex Guidonis Luſiniani, ceterorumque Principum internis odijs, è quibus ſumtâ audaciâ, Saladini potentia intantum creuerat, vt Meſopotamiam & celeberrimam Cęleſyriæ vrbem Alapiam in poteſtatem redigeret. Porrò ſub ipſum Henrici appulſum Damaſco egreſſus, rurſum in Palæſtinam impetum fecit, obiecit ſe, cum exercitu ſatis copioſo, Balduinus VI Rex cum Guidone Luſiniano Sibyllæ ſororis marito, Henricus item noſter, Boëmundus Princeps Antiochiæ, & Raimundus Comes Tripolitanus, apparebatque Saladinum vinci potuiſſe, niſi noſtrorum diſcordia conſilia, pugnæ felicioris fortunam manibus eieciſſent: quare hoſtis euadens, tentataque Petrâ deſerti, mox aduentu nominatorum Principum indè repulſus, ad ſua reuertit. Eodem anno, Gothfredus Dux, ſuperante vi morbi XII. Kal. Septembris vitâ exijt: Louanij in D. Petri baſilica ſepultus, Henrico filio (vt puto, nam nihil certi de eo inuenio) peregre etiamnum agente. Vxores hic duas habuerat, Margaretam filiam Comitis Limburgenſis Henrici; vnde Henricum genuit Albertum Epiſcopum Leodienſem, & Aleydam. Eâ mortuâ, filiam Comitis Loſſenſis ſuperduxit, è qua ſuſtulit Guilielmum primum Paruiſij Dominum, & Henricum Dominum de Cuyck: ad quem, quo iure hoc Dominium peruenerit, nondum reperi.

Caſtra Ducis & Comitis ad Lembecã.

Induciæ.

Anno 1183.

Gothfredi Ducis aduerſa valetudo.

Henricus filius Ducis in Aſiã profectus.

Chriſtianorũ in Aſia contentiones.

Alapia à Saladino capta.

Principes ſe Saladino opponunt.

Sinè prælio diſceditur.

Saladinus Petra obſidione depulſus.

Gothfredi Ducis obitus.

Vxores Ducis & liberi.

Guilielmus primus Paruiſij Dominus.

Henricus Dominus de Cuyck.

Digitized by Google

RERVM BRABANTICARVM PETRI DIVÆI

LIBER X,

Continens vitam & mortem Henrici Ducis, eiuſque res per ſeriem annorum quinquaginta geſtas:

Anno 1184. *Henrici in Brabantiam reditus.* *Saladini ſucceſſus.*

COMPERTA patris morte, Henricus confeſtim ex Aſia domum properat, afflictiſſimas Chriſtianorum res in Aſia relinquens. Saladinus enim terram regni Hieroſolymitani ingreſſus, ingenti prædâ abactâ, victiſque Chriſtianis, non ſinè Templariorum clade, tantum metum intulerat; vt miſſis legatis opem ex Europa petere neceſſe fuerit. Mox Balduino rege leprâ confecto, cùm inteſtinis diſcordijs Principes de nouo Rege ſubrogando ſcinderentur, maximum incrementum Saladini res accepêre; ſed horum aliqua poſteriùs accidêre. Porrò Henricus noſter, in patriam redux, omnium votis exoptatiſſimus receptus eſt: renouatũ ſinè vlla dilatione cum Balduino Hannonię Comite bellum, qui Philippum Flandrię Comitem vehementer ſollicitabat, vt ſocium ſe eo bello in Brabantum præberet. Renuit id ille conſtantiſſimè, multumque laborauit, vt pacem inter eos conciliaret: quam cùm nullâ ratione Balduinus admitteret, repentè Flander hoſtis effectus, auxilia non modica Henrico Duci miſit, ductore Hillino de Varnyaco. Habebat tum ad Lembecam caſtra Dux; quâ incenſâ, receptiſque auxiliaribus, Balduino occurrit. Ferunt in ea congreſſione, à Ducis exercitu 300; ab Hannonio 800. deſideratos equites. Addit Brando, Balduinum fortiter repulſum;

Bellum Hanponienſe. *Philippi Comitis in Ducem fides.* *Lembeca à Duce incenſa.* *Ducis de Hannonijs victoria.*

ſum; Meyerus verò, poſt id prœlium, à Iacobo Aueniense inducias confectas. Initio ſequentis anni Balduinus Comes in Franciam profectus, generum ſuum Philippum regem cum omni pæne eius regni nobilitate in Flandrum concitauit: quibus peractis, domum reuerſus, munitis ijs quæ Flandriæ prætenduntur, arcibus Montes ipſe tutandos ſuſcepit: iam enim audierat Philippum Comitem ingentia auxilia acciuiſſe à Philippo Coloniæ archiepiſcopo, & Henrico Duce noſtro. Acceſſerat Iacobus Auenarum Dominus, clientelâ Balduino obſtrictus; diſcors tamen à multo tempore, iniurijſque compluribus ab eo affectus. Hoc ſecum adſumto, Philippus Comes, in Hannoniam à Cameracenſium duxit finibus; eòdem ab Occidente Duacenſes irrumpunt; Colonienſis verò cum Duce noſtro alia ingreſſi, peruſtâ ferè totâ circa Rodium ac Binchium regione, ad Melbodium Philippo Comiti ſe iunxére: Ita Balduinus, cùm è Montibus patriæ flammas conſpiceret, fractus animo, legatos de pace miſit: quâ denegatâ, induciæ in aliquot dies conceſſę. Eodem anno, Henricus Dux ob denegatam ſibi Trudonenſium Aduocatiam, in Haſbaniam mouit: vbi tentatâ Trudonenſi ciuitate, cùm nullis artibus eam reſerare poſſet, arce Durato erutâ, domum abſceſſit: Loſſenſem priùs comitatum ex itinere depopulatus. Initio anni ſequentis, Philippus rex rurſum in Veremanduos deſcendit, cui ſe Philippus Comes ſummâ virtute oppoſuit. Ferunt tribus hebdomadibus ad Somonæ ripam vtrumque conſediſſe, ac tandem pacem conciliatam: vbi de Ducis ac Balduini Comitis etiam negotio actum fuiſſe: Vanaſcam Comiti, Tubecam Duci reſtitutam. Nec multò pòſt, Henrico Duci cum Henrico Namurcenſi Comite contentionem fuiſſe, Meyerus aſſerit, de finibus: & Balduinum ex noua cauſſa rurſum Ducis hoſtem, auunculo opem tuliſſe, ac Gemblacum cum Monte Viberti incendiſſe. Poſt biennium, Fredericus Imperator, Philippus Rex Francorum ac Henricus, Ricarduſque reges Anglorum, cruce ſignati infinitam Chriſtianorum multitudinem in Syriam duxerunt: cuius expeditionis principes fuerunt, Fredericus Sueuiæ Dux, Philippus Comes Flandriæ,

Anno 1185. Balduini Comitis in Flandriam bella.

Philippi Comitis Flādriæ auxiliares.

Philippi Comitis in Hannoniā expeditio.

Colonienſis & Henricus Dux Hannoniam vrunt.

Hērici Ducis in Haſbaniā expeditio. Trudonenſis obſidio. Duratum euerſum.

Anno 1186. Philippi Regis in Veremanduos expeditio.

Pax inter Regem ac Philippū Comitē. Bellum Namurcenſe.

Balduini in Gallobrabantiā excurſus.

Anno 1188. Bellum Aſiaticum. Principes cruce ſignati.

driæ, Florentius Hollandiæ, Gerardus Loſſenſis, Theodericus Cliuiæ, Otto Gelriæ Comites: addunt Henricum Ducem noſtrum Chronica Brabantiæ; alij, & veriùs, Iacobum Auenarum Dominum Brabantinorum ingentes copias eò duxiſſe ferunt: qui eo anno in Siciliam appulit, & alia Brabantinorum, Flandrorum, Hollandorum, Zelandorum, Danorum, ac Friſiorum claſſis præterlegens Africum litus captâ Siluinâ Saraceniorum vrbe (vnde Hiſpanos infeſtare ea gens ſolebat) in Sicilia Auenienſi coniuncta eſt.

Iacobus Aueni nſis. Siluina Saracenis erepta.

Sequens annus ingenti calamitate Chriſtianis innotuit. Fredericus omnium ferè Germaniæ Imperatorum fortiſſimus, in ipſo victoriæ ſuæ curriculo, cùm occupatâ Lycaoniâ, ingentem ſui terrorem omnibus incuſſiſſet; Selephi fluminis (quem lauandi gratiâ intrauerat) algore correptus, inter manus efferentium exſpirauit: cuius corpore Tyri condito, Fredericus filius reliquias exercitus Antiochiam reduxit.

Anno 1189. *Frederici Imp. interitus.*

At in Germania, Henricus filiorum eius natu maximus, omnium ſuffragijs Imperium accepit, tam patris meritis, quàm ſuâ indole commendatiſſimus.

Henricus Imperator.

Eodem anno Iacobus Auenienſis ex Sicilia ſoluens, Ptolemaïda adnauigauit, magnis Chriſtianorum viribus cinctam: cuius aduentu confirmati obſidentium animi, vrbe multò arctiùs clauſâ.

Iacobus Auenienſis è Sicilia Ptolemaida nauigat.

Lego & hoc anno Balduini Comitis ac Henrici Ducis diſcordiam ſopitam, Philippo Flandriæ Comite, & Coloniæ archiepiſcopo auctoribus.

Pax Ducis cũ Balduino.

Sequenti anno Saladinus omnem ferè Aſiam Ptolemaïdis auxilio adducens, victus, ac caſtris exutus eſt. Philippus Comes Flandriæ in Aſiam profectus eſt.

Anno 1190. *Saladinus victus.*

Anno 1191. Rudolphus Epiſcopus Leodienſis in Aſia interijt. Ptolemaïs tertio obſidionis anno reſerata, in cuius obſidione multos Chriſtianorum principum peſtis abſumpſerat, ac in his, Philippum Flandriæ Comitem, cuius comitatum Balduinus Comes Hannoniæ obtinuit, quem graues cum Duce noſtro inimicitias olim exercuiſſe diximus.

Anno 1191. *Rudolphi Leodienſis epiſcopi mors.*

De Leodienſi verò epiſcopatu diſceptabant, Albertus frater Ducis, alius item Albertus conſobrinus Balduini Comitis, & Lotharius frater Comitis de Horſtade, quorum ille Romam profectus, Cæleſtini Pontificis manu confirmatus eſt. Anno

Contentio de epiſcopatu Leodienſi.

Albertus frater Ducis epiſcopus Leodienſis.

ſequen-

Anno 1192.
Prœliũ Chriſtianorum cũ Saladino.

ſequenti Chriſtiani in Aſia ad Hieroſolyma recuperanda euntes, cum Saladino manus conſeruêre. Claruit eo prœlio Iacobus Aueníenſis, qui Brabantinorum fortiſſimâ pube (vt Paullus Æmilius aſſerit) ſtipatus, cum omnibus ſuis trucidatus, victoriam cruore ſuo peperit: hunc Æmilius idem Brabantiæ Ducis equitum magiſtrum fuiſſe tradit.

Iacobi Aueníenſis ac Brabantinorum glorioſus interitus.

Albertus Leodienſis epiſcopus à Remenſi unctus.
Alberti epiſcopi cædes.

Eodem anno Albertus epiſcopus Leodienſis (cùm Coloniæ archiepiſcopus cum metu Imperatoris, qui Lotharium de Horſtade fouebat, conſecrare nollet) à Remorum archiepiſcopo ſacratus, immiſſis ab Imperatore percuſſoribus Remis occiditur. Cuius cæde cognitâ, Henricus Dux, & alter Henricus Comes Limburgi & Arduennæ arces omnes Comitis de Horſtade, qui cædis auctor fuerat, ad Rhenum vſque deuaſtârunt: Comite, ac Lothario fratre, ad Imperatorem confugientibus. Vnde Imperator maiorem motũ veritus, cùm & cæſi epiſcopi corpus miraculis innoteſcere diceretur, eos, conceſſo, vt ſuo arbitrio nouum epiſcopum decernerent, pacauit. Lectus ab ijs Simon Henrici Comitis filius. Cùm itidem à Leodienſibus reiiceretur, Romam petijt: vbi galero purpureo inſignitus, Epiſcopatum ſponte reliquit. Suffecêre illi Leodienſes, Albertum filium Comitis de Vloſſen, ex filia Henrici Domini de Cuyck.

Henrici Ducis in fratris percuſſores vltio.

Simon eligitur Epiſcopus.
Repulſus à Leodienſibus.
Galero Cardinalitio donatus.
Albertus epiſcopus Leodienſis.

Anno 1193.
Theodoricus Beuernæ dominus Brabãtinis confœderatus.
Replemondã occupat.
Balduinus Gallobrabantiam incurſat.

Anno inſequenti Theodericus Beuernæ & Dixmudæ, Comitatu Aloſti excluſus (qui ſummo iure, mortuo Theoderico Comite ad eum deuolutus erat) inito cum Brabantinis fœdere, Replemondam occupauit; è qua continuis excurſionibus vexatâ Waſiâ, ac Aloſtanis, ingentem ſæpiùs prædam opido inuexit. Porrò Balduinus Comes (quem hæc Brabantinorum ope fieri non latebat) coactâ militari manu, Niuellenſes, ac Angianos Brabantinis conſentientes grauiter afflixit: ac Angiam Ingelberto Principi extortam muro nudauit. Tradit Meyerus Henricum Imperatorẽ vt hanc contentionem ſopiret, in Teſſandriã veniſſe; nihil tamen extra inducias impetraſſe, vſque in natalem Baptiſtæ, anni proximi pactas.

Angia à Balduino muris nudata.

Anno 1194.
Contentio de Comitatu Namurcenſi.

Exeuntibus inducijs, nouus inimicitiarum fomes, bellum reſuſcitauit. Erat tum Namurcenſium Comes, Henricus ætate grauis,

Digitized by Google

grauis,ac nullâ ſobole felix: è ſororibus eius Adelheide maio-
re Balduinus Comes;Iſabellâ minore Valeranus Luceburgen-

Balduinus Comitis Namurci proximus Heres.

ſium Comes prodierant: nec dubium erat Balduinum ipſo iu-
re, & compluribus beneficijs auunculum demeritum, eo de-
functo, ſucceſſurum. At Henricus Comes incertum quâ de

Valerano Luceburgenſi. Comiti Namurcum addictum.

cauſſa à Balduino alienatus,inſtigante Duce noſtro, Valerano
ſucceſſionem Comitatus addixerat. Hinc in Namurcenſes
bellum tranſlatum.Erant Henricus Namurci; Valeranus, Lu-
ceburgi Comites totius negotij capita. his Henricus Dux no-

Valerani ſocij. Victoria Balduini.

ſter, Henricus Limburgij Comes Valerani ſocer, cum Hen-
rico ac Valerano filijs, Albertus Arnburgi, Fredericus Vianæ,
Gerardus Iuliaci, Comites acceſſerant: Horum auxilijs Na-
murcenſis Balduino occurrit. Tradit Meyerus congreſſione
in Namurcenſium finibus, Balduinum victorem, Henricos
Lemburgenſes captos abduxiſſe cum 121 equitibus: nec mul-

Anno 1197.
Bellum in Aſiam.
Palatinus & Dux noſter expeditionis capita.

tò pòſt Hallis inter eum ad Ducem noſtrum conueniſſe. An-
no poſt hæc bella tertio, Cæleſtinus Pontifex, & Henricus
Imperator fortiſſimum exercitum in Syriacam expeditionem
misêre; cui intererant, Henricus Saxoniæ, Henricus Lotha-
ringiæ & Brabantiæ Duces, Henricus Comes Palatinus, Vale-

Ioppe & Berytum recuperata.

ranus Limburgi Comes, alijque complures. Hi in Syriam de-
lati Ioppen ac Berytum Saracenis ademerunt. Anno 1198.

Anno 1198.
Henrici Imp. obitus.
Contentio de Imperio.
Bertholdus Dux Zaringia.
Otto Dux Brunſuici.
Philippus Dux Sueuiæ auro Bertoldum, vt Imperium abdicaret, emit.
Otto Aquas capit.

Henricus Imperator Panormi in Sicilia obijt X. Kal. Maij.
Poſt cuius mortem ſciſſi in ſtudia principes, alij Bertholdum,
Zaringiæ Ducem, ſolis diuitijs ac fœdâ auaritiâ nobilem, alij
Ottonem Ducem Brunſuici elegêre. Philippus verò Sueuiæ
Dux, corrupto Bertholdo, vt Imperium abdicaret, evicit vt
Imperator,ab eius partis Principibus eligeretur.Mouit is con-
feſtim Aquaſgrani, & opido capto mox Valeranum filiũ Du-
cis Limburgi impoſuit. Ceterùm electo Valerano Ottò Aquis
receptus, ab Adolpho Coloniæ epiſcopo coronam accepit.
Erat eiuſdem partis grauiſſimus propugnator Romanus Pon-
tifex, ob militare ingenium, quod Italicis bellis ſæpiùs oſten-

Philippus Alſatiam ſubigit.
Anno 1199.
Argẽtia Philippo accedit.

târat Philippo infeſtus.Interim is Alſatiâ bello pertentatâ,Ru-
beacum, cum Dagiſburgo cepit. Sequenti anno,Argentinam
aggreſſus ciues cum Epiſcopo metu compulſos ſuis partibus

adiu-

Digitized by Google

adiunxit. Hinc Ottonem varijs prœlijs ad Moſellam profligauit. Paullò pòſt noui ſuperuenêre Ottoni fautores, Henricus Palatinus frater, & Henricus Dux è Syria reuerſi: hunc verò vt deuinctiorem redderet, ductâ eius filiâ Mariâ, ſocerum adſciuit. Obijt eo anno Albertus Leodij epiſcopus, ſucceſſore Hugone de Petra-ponte. Anno inſequenti, Otto Imperator, aſſumto ſecum ſocero, Bopardiam tentauit, quorumdam nuntijs eò vocatus: vbi inediâ exercitum premente ad ſua reuertit. Eodem pæne tempore cum Theoderico de Are epiſcopo Vltraiectino, Theodericum Hollandiæ ac Ottonem Gelriæ Comites contendiſſe lego. Anno 1202, Henricus Dux nôſter, Theoderico epiſcopo Vltraiectino confœderatus, in Gelriam mouit: occurrit Comes Otto, & congreſſuri proculdubio fuiſſent, niſi Otto Imperator, ac Adolphus archiepiſcopus Coloniæ, vtroque Traiectum ad Moſam vocato, pacem fieri impetraſſent: deductis tum exercitibus, alij poſteriùs prœlio decertatum, captumque Gelrum; alij ad Imperatorem iter habentem furtiuè interceptum ferunt. Conſtat ſanè captum fuiſſe. Obſidebat tum Vltraiectum Theodericus Hollandiæ Comes, qui fortunâ Ottonis intellectâ, ſolutâ obſidione, cum omnibus viribus, Brabantiam ingreditur; vbi ſubitâ inuaſione Boſcoducis capto, Guilielmum primum Parwiſij Baronem, & Henricum Dominum de Cuyck fratres Ducis, cum ingenti præda abegit. Interim Dux noſter, delectis ſuorum tumultuarijs copijs, Boſcum eripere properans, cùm captum, hoſteſque iam ad ſua recedere in itinere cognouiſſet; acceleratâ quantum poterat profectione, Hoſdenam (vbi hoſtes caſtra habebant) iter dixit. Fauit fors cœptis; Hollandi omnis mali ſecuri, in caſtris agebant. Brabantini ferociter inuecti, ſubito impetu perculſis omnibus, caſtra cum ipſo Comite cepêre, priuſquam arma arripere hoſtium quiſquam poſſet. Hæc Brabantinorum Chronographi teſtantur. Hollandici verò, ſuos in vico Hoſdena, Brabantinorum exercitum quamuis fortiorem, ſummâ virtute excepiſſe, ac ſolo numero victos aſſerunt; cùm Brabantini Coloniæ archiepiſcopi Leodienſis

Otto à Philippo profligatus.
Palatini & Ducis noſtri ab Aſia reditus.
Otto filiam Ducis Mariã uxorẽ capit.
Alberti epiſcopi mors.
Anno 1200.
Otto Bopardiã vocatus.
Theoderici epiſcopi Traiectenſis bella cum Hollãdis & Gelris.
Anno 1202.
Hẽrici Ducis in Gelriam expeditio.
Pax inter Ducem & Gelrum.
Gelrus à Brabantinis interceptus.
Theoderici Hollandiæ Comitis in Brabantiam expeditio.
Boſcum Ducis captum.
Hẽricus Dux Hollandos perſequitur.
Caſtra Hollandorum ad Hoſdenam.
Caſtra Hollandorum direpta.
Comes Theodericus captus.

ſis epiſcopi, Ducis Limburgenſis, & Comitis Flandriæ auxilijs iuuarentur: quidquid ſit, capti vterque Comes ingenti auro ſe redemêre; adeò vt Gelrus, terram à Traiecto vſque Ruremundam ratione trium millium marcharum Colonienſium pignori Leodienſibus ſiſteret: vtrumque dimiſſum Dux affinitate ſibi iunxit: Florentio Hollandi filio Mathildam, aliam Gelro collocans. Hæc eo anno à Brabantinis geſta.

[illegible]

[illegible] Ducis.

Anno 1204. Porrò in Germania anno poſt hoc bellum ſecundo, Philippus Imperator, Ottonianæ factionis principes alios armis, multos verò pretio varijſque pollicitationibus, partibus ſuis conciliabat: nam Thuringiæ Lantgrauium Hermannum potentiſſimum aduerſæ factionis, terrore armorum obſequentem reddiderat. Hinc Adolphum Coloniæ archiepiſcopū, quamquam is coronam Ottoni impoſuiſſet, in partes traxit: cuius operâ reliquos trans Rhenum Imperij principes facilè Ottoni auertere ſperabat, 9000 marcarum Adolpho donatis vt his alliciendis inſudaret. Erat Otto Imperator Mariæ vxori iuſto iniquior, vnde non parum ſoceri animum in ſe concitârat: pulcra hæc Archiepiſcopo auertendi Ducis occaſio viſa: quare miſſis ad eum Legatis (quamquàm ægre) perpulit, vt genero deſerto, Philippo accederet. Quo comperto Otto filiam Ducis repudiauit; Dux verò Confluentiam ab archiepiſcopo perductus, Philippo ſacramentum fecit. Dubitare ſolent noſtratium rerum Scriptores, quo nomine officium vaſalli, Duces noſtri olim Imperatoribus debuerint: id enim poſterioribus temporibus cōtrouerſum fuiſſe, ac Imperatores aliquos clientelam à Ducibus, noſtris petijſſe lego. Conſtat ſanè ab initio inſtituti Ducatus, beneficio Henrici Imperatoris quinti Gothfredum Barbatum, Brabantiam poſſediſſe, ac poſteriores Duces aliquos ab Imperatoribus confirmatos; omnes verò inter Imperij principes connumeratos vſque ad Antonium. Conſona verò omnium opinio eſt Antuerpiæ ac Traiecti cauſsâ, Duces Imperio nunc obſtrictos eſſe: quamquam quo tempore reliqua Brabantia Imperatorum clientelam exierit, nullus

Anno 1205. ſcribat: ſed de his aliàs opportuniùs. Anno proximo Philippus Imperator, pulcerrimo ſuæ partis Principum numero ſtipa-

Philippus Imp. Thuringiæ Lantgrauium domat.

Adolphus Colonienſis ab Ottone deficit.

Otto Mariæ vxori iniquus

Henricus Dux ab Ottone defecit.

Henricus Dux Philippo Imp. ſacramentum fecit

Vnde Duces Brabantiæ Imperio obnoxij.

Digitized by Google

ſtipatus, Aquas venit: vbi ab Adolpho Colonienſi archiepi- *Philippus Aquaſgrani*
ſcopo coronâ redimitus eſt. Mox Adolphus à Romano Pon- *coronatus.*
tifice ſacris amotus, quòd Imperatori Pontifici inuiſo adhæ- *Adolphus ex-*
reret, ſucceſſorem accepit Brunonem, qui Ottonis factioni *cõmunicatus. Bruno archi-*
addictiſſimus erat; in cuius & fide Colonienſes perſtabant. *epiſcopus Co-lonia.*
Quos Philippus ope ſibi deuotorũ ac Henrici in primis Du- Anno 1206. *Ottò à Phi-*
cis noſtri anno proximo impetiturus, Ottonem cum Bruno- *lippo victus. Bruno archi-*
ne in itinere ſeſe opponentes ad Waſſebergam profligauit: *epiſcopus cap-tus.*
vbi Brunone capto, Otto Coloniam, indè ciuibus diffiſus, in *Otto in An-*
Angliam nauigauit. Eâ clade conſternati Colonienſes, Hen- *gliam fugit. Colonienſium*
rico Duce noſtro interceſſore multis precibus parato, Bopar- *deditio opera Hẽrici Ducis.*
diæ Philippum ſupplices accedunt. Recepti in fidem, miſſo
illuc Cunrado archiepiſcopo Moguntino, ſacramenta præſti-
terunt. Demum Philippus, vt Imperium firmaret, filiarum *Henrici Ducis*
vnam Bohemiæ Duci in regem eleuato, Mariam verò Henri- *filij nuptiæ.*
co Henrici Ducis filio coniunxit. Porrò poſt biennium, cùm Anno 1208.
pacato Imperio Bambergæ ſecurus ageret, ob iniectam pacis *Philippi Im-peratoris in-*
ſpem, quâ cautum erat, vt filiam eius Otto acciperet; Otto *teritus.*
Comes de Wittelſpach palatium ingreſſus, admiſſuſque in
interiora, Imperatorem gladio perfodit, menſe Iunio. Con-
uenêre tum ad Francofurtum Principes, & Ottoni conſonis *Ottoni confir-matur Impe-*
ſuffragijs Imperium confirmârunt; qui ductâ Beatrice filiâ *rium.*
Philippi, Siphridum Moguntinæ, & Brunonem Colonienſi
ſedibus, quibus à Philippo pulſi fuerant, reſtituit. Inſequenti Anno 1209.
anno Otto Italiam ingreſſus, omnibus Romam vſque in fi- *Ottonis Itali-ca expeditiò.*
dem receptis, IV. Nonas Octobris ab Innocentio Pontifice
imperiali coronâ redimîtur: quibus peractis in Apuliam pro- *Otto corona-*
fectus opida eius regionis plurima ſubiecit Imperio. Vnde *tur Romæ.*
commoto Pontifice (ijs etenim Imperatorum ſucceſſus in *Otto Apuliam*
Italia numquam non diſplicuerunt) quamquam excommu- *ſubigit.*
nicationem etiam minitaretur, niſi occupata redderentur Ec-
cleſiæ; Otto non obtemperans, Campaniæ etiam manum in- *Pontificis cum*
iecit, Frederico Henrici VI. Imperatoris fil. Siciliæ regi ſubie- *Ottone diſ-ſenſio.*
ctæ. Sequenti anno, cum Innocentius Pontifex, Ottonem Anno 1210.
totâ Germaniâ excommunicatum declaraſſet, Principes Ger- *Otto excom-municatus.*
manorum conuentu celebrato, Fredericum regem Siciliæ *Frederici Sueuiæ electio.*

 Im-

Imperatorem creant. Erant eorum primi Rex Bohemiæ, Dux Auſtriæ, Dux Baioariæ, Landtgrauius Thuringiæ, Siphridus archiepiſcopus Moguntinus. Hugo etiam Leodienſis epiſcopus Ottonem totâ diœceſi ſuâ ſacris amotum, & Imperio depoſitum pronuntiauit. Miſſa tum Legatio in Siciliam, Fredericum in Germaniam euocatura. Quibus peractis Henricus Palatinus Comes, Henricus Dux noſter, alijque aliquot Ottoni deuoti, anno 1211 Moguntinam regionem grauiter depopulati ſunt, Siphrido in Thuringiam compulſo: Otto verò ſub finem eius anni in Germaniam redijt. Anno ſequenti Henricus Dux noſter, Ottoni deuotiſſimus menſe Maio in Leodienſes mouit, quos cùm igne & ferro variè afflixiſſet, ipſam vrbem regionis primariam, Aſcenſionis feſto, armis cepit, Epiſcopo paullo antè Hoyum elapſo; hîc magnâ crudelitate graſſatus miles, templorum, matronarum, virginumque nihil intactum reliquiſſe fertur: commiſſa in ipſis baſilicis, homicidia, ſtupra: nec incendium vrbs euaſiſſet, niſi Caſtellanus Bruxellenſis, filium ibi Canonicum habens, obſtitiſſet. Ceterùm Curiam (*Hallam* vocant) vbi priuilegia vrbis aſſeruabantur conflagraſſe, ignem iniiciente Duce, Placentius ſcribit: qui Ottonem Gelriæ Comitem Duci eo bello ſocium fuiſſe addit. Longè verò diuerſam huius belli occaſionem is commentus, Comitem quemdam de Muha Ducis patruum ſomniauit, qui patrimonium ſuum ſpreto Nepote D. Lamberto addixiſſet: porrò noſtrates nihil huius meminêre. Id veriſimilius eſt, quòd populum à Duce in Curiam conuocatum Dux Ottoni ſacramentum facere coëgit, eius enim cauſſâ totum hoc bellum ſuſceperat. Interea Epiſcopus Hoyo, in Ducem excommunicationis fulmen eiaculatus, vltorem D. Lambertum, cuius ſacra temerata fuerant, inuocabat: verum id contemnentibus Brabantinis, cùm armis ſpiritualibus non poſſet, decreuit profanis impetum propellere. Collectâ igitur non modicâ militum manu, abſcedentes inſecutus, conſequi non potuit. Innocentius verò Pontifex, hâc re compertâ, toti Brabantiæ ſacris interdixit; Leodienſes à præſtito Ottoni ſacramento abſoluens. Otto verò Imperator eodem

Anno 1211. Henrici Palatini ac Ducis. Henrici in Moguntinum expeditio. Siphridi archiepiſcopi Moguntini fuga. Ottonis ab Italia reditus Anno 1212. Hẽrici Ducis Leodienſe bellum. Leodium captum. Brabantinorũ crudelitas.

Leodienſes ad fidelitatem Ottonis coacti

Epiſcopus gladio ſpirituali & temporali viciſſim vtitur.

eodem tempore Thuringiæ Landtgrauium Hermannum bello petijt, cuius munitiſſimas arces Rotenburgam & Salſungam cum opido Wiſenſi deſtruxit. Dum hæc fierent, Fredericus alpibus Rheticis in Germaniam delatus, Conſtantiam venit: cui relicto Thuringico bello, occurrens Otto, multis eum deſerentibus in Saxoniam confugit: Fredericus verò Hagenoâ mox potitus eſt. Anno inſequenti Fredericus menſe Maio in celeberrimo Principum conuentu coronatus eſt. Erat ei confœderatus Philippus Francorum Rex, Ottoni ob Anglicam affinitatem infeſtiſſimus. Huic eo anno graue cum Ferdinando Flandriæ Comite bellum cœpit: quo Henricus noſter Dux, quamquam Ottonianarum propugnator acerrimus partium, Regi fœdere iunctus, Ferdinando itidem Ottonis amico obſiſtebat, ob Leodienſibus promiſſam opem, ab eo alienior. Profectus ergo Sueſſiones ad Regem, Mariam filiam eius vxorem duxit; pactus cum Rege, vt bellum Flandriæ inferens, Comitem ab ope Leodienſibus præſtandâ diuerteret. Reuerſus à Sueſſionibus in Leodienſem terram proceſſit, vbi toto Loſſenſi Comitatu ac Haſbaniâ igne conſumtis, Tungros cepit: quibus direptis in Leodium impetum fecit: repulſus tamen virtute ciuium, concrematis ſuburbijs circa veſperum ſuos Stendremaliæ caſtra locare iuſſit. Conſederant non procul indè Hugonis Epiſcopi, Ludouici Loſſenſis, Henrici Arduennæ Comitum copiæ: à quibus non modicam eo die (erat XV. Kal. Maij) Brabantini itinere feſſi iacturam accepêre. Poſtridie Dux Hugardiam versùs mouit: vbi epiſcopus Hoyanos Dinantenſes, ac Foſſenſes ſeſe operiri iuſſerat: ipſe verò Ducis veſtigia inſecutus, prope eum ſub veſperum caſtra locauit: alterâ die, quarto videlicet Kal. Maij vtrimque productis exercitibus ferociſſimè concurrunt. Brabantini Ducis ſui oratione ac exemplo ſummâ virtute irruentes, Loſſenſem ter equo deiecerunt. Pauidus indè Arduennas, qui proximè confligebat, iam fugam circumſpiciebat: niſi fratris virtute in equum ſublatus Loſſenſis fuiſſet. Vnde confirmati Leodienſes animis, Brabantinos fame, ac priorum

Ottonis in Thuringiam expeditio.

Fredericus in Germaniam venit.

Ottonis fuga in Saxoniam.

Anno 1213.

Fredericus coronatur.

Fautores Frederici.

Philippi Franciæ Regis in Flandros bellum.

Hẽrici Ducis cum Philippo rege fœdus.

Henricus Dux Leodienſes iterum bello petit.

Tungri capti.

Henricus Leodio repulſus.

Hugo epiſcopus Ducem inſecutus.

Brabantino[rũ] prope Hugardiam caſtra.

Prœlium Hugardienſe.

Loſſenſis periculum.

Brabantinorum fuga.

Imperatorem creant. Erant eorum primi Rex Bohemiæ, Dux Auſtriæ, Dux Baioariæ, Landtgrauius Thuringiæ, Siphridus archiepiſcopus Moguntinus. Hugo etiam Leodienſis epiſcopus Ottonem totâ diœceſi ſuâ ſacris amotum, & Imperio depoſitum pronuntiauit. Miſſa tum Legatio in Siciliam, Fredericum in Germaniam euocatura. Quibus peractis Henricus Palatinus Comes, Henricus Dux noſter, alijque aliquot Ottoni deuoti, anno 1211 Moguntinam regionem grauiter depopulati ſunt, Siphrido in Thuringiam compulſo: Otto verò ſub finem eius anni in Germaniam redijt. Anno ſequenti Henricus Dux noſter, Ottoni deuotiſſimus menſe Maio in Leodienſes mouit, quos cùm igne & ferro variè afflixiſſet, ipſam vrbem regionis primariam, Aſcenſionis feſto, armis cepit, Epiſcopo paullo antè Hoyum elapſo; hîc magnâ crudelitate graſſatus miles, templorum, matronarum, virginumque nihil intactum reliquiſſe fertur: commiſſa in ipſis baſilicis, homicidia, ſtupra: nec incendium vrbs euaſiſſet, niſi Caſtellanus Bruxellenſis, filium ibi Canonicum habens, obſtitiſſet. Ceterùm Curiam (*Hallam* vocant) vbi priuilegia vrbis aſſeruabantur conflagrâſſe, ignem inijciente Duce, Placentius ſcribit: qui Ottonem Gelriæ Comitem Duci eo bello ſocium fuiſſe addit. Longè verò diuerſam huius belli occaſionem is commentus, Comitem quemdam de Muha Ducis patruum ſomniauit, qui patrimonium ſuum ſpreto Nepote D. Lamberto addixiſſet: porrò noſtrates nihil huius meminêre. Id veriſimilius eſt, quòd populum à Duce in Curiam conuocatum Dux Ottoni ſacramentum facere coëgit, eius enim cauſſâ totum hoc bellum ſuſceperat. Interea Epiſcopus Hoyo, in Ducem excommunicationis fulmen eiaculatus, vltorem D. Lambertum, cuius ſacra temerata fuerant, inuocabat: verum id contemnentibus Brabantinis, cùm armis ſpiritualibus non poſſet, decreuit profanis impetum propellere. Collectâ igitur non modicâ militum manu, abſcedentes inſecutus, conſequi non potuit. Innocentius verò Pontifex, hâc re compertâ, toti Brabantiæ ſacris interdixit; Leodienſes à præſtito Ottoni ſacramento abſoluens. Otto verò Imperator eodem

Anno 1211. Henrici Palatini ac Ducis. Henrici in Moguntinum expeditio. Siphridi archiepiſcopi Moguntini fuga. Ottonis ab Italia reditus Anno 1212. Hẽrici Ducis Leodienſe bellum. Leodium captum. Brabantinorũ crudelitas.

Leodienſes ad fidelitatem Ottonis coacti

Epiſcopus gladio ſpirituali & temporali viciſſim vtitur.

eodem tempore Thuringiæ Landtgrauium Hermannum bello petijt, cuius munitiſſimas arces Rotenburgam & Salſungam cum opido Wiſenſi deſtruxit. Dum hæc fierent, Fredericus alpibus Rheticis in Germaniam delatus, Conſtantiam venit: cui relicto Thuringico bello, occurrens Otto, multis eum deſerentibus in Saxoniam confugit: Fredericus verò Hagenoâ mox potitus eſt. Anno inſequenti Fredericus menſe Maio in celeberrimo Principum conuentu coronatus eſt. Erat ei confœderatus Philippus Francorum Rex, Ottoni ob Anglicam affinitatem infeſtiſſimus. Huic eo anno graue cum Ferdinando Flandriæ Comite bellum cœpit: quo Henricus noſter Dux, quamquam Ottonianarum propugnator acerrimus partium, Regi fœdere iunctus, Ferdinando itidem Ottonis amico obſiſtebat, ob Leodienſibus promiſſam opem, ab eo alienior. Profectus ergo Sueſſiones ad Regem, Mariam filiam eius vxorem duxit; pactus cum Rege, vt bellum Flandriæ inferens, Comitem ab ope Leodienſibus præſtandâ diuerteret. Reuerſus à Sueſſionibus in Leodienſem terram proceſſit, vbi toto Loſſenſi Comitatu ac Halbaniâ igne conſumtis, Tungros cepit: quibus direptis in Leodium impetum fecit: repulſus tamen virtute ciuium, concrematis ſuburbijs circa veſperum ſuos Stendremaliæ caſtra locare iuſſit. Conſederant non procul indè Hugonis Epiſcopi, Ludouici Loſſenſis, Henrici Arduennæ Comitum copiæ: à quibus non modicam eo die (erat XV. Kal. Maij) Brabantini itinere feſſi iacturam accepêre. Poſtridie Dux Hugardiam versùs mouit: vbi epiſcopus Hoyanos Dinantenſes, ac Foſſenſes ſeſe operiri iuſſerat: ipſe verò Ducis veſtigia inſecutus, prope eum ſub veſperum caſtra locauit: alterâ die, quarto videlicet Kal. Maij vtrimque productis exercitibus ferociſſimè concurrunt. Brabantini Ducis ſui oratione ac exemplo ſummâ virtute irruentes, Loſſenſem ter equo deiecerunt. Pauidus indè Arduennas, qui proximè confligebat, iam fugam circumſpiciebat: niſi fratris virtute in equum ſublatus Loſſenſis fuiſſet. Vnde confirmati Leodienſes animis, Brabantinos fame, ac prio-

Ottonis in Thuringiam expeditio.
Fredericus in Germaniam venit.
Ottonis fuga in Saxoniam.
Anno 1213. Fredericus coronatur.
Fautores Frederici.
Philippi Franciæ Regis in Flandros bellum.
Hērici Ducis cum Philippo rege fœdus.
Henricus Dux Leodienſes iterum bello petit.
Tungri capti. Henricus Leodio repulſus.
Hugo epiſcopus Ducem inſecutus.
Brabantinorū prope Hugardiam caſtra.
Prælium Hugardienſe.
Loſſenſis periculum.
Brabantinorum fuga.

Digitized by Google

rum dierum laſſitudine pæne enecatos facilè in fugam diſijciunt. Louanienſes porrò, ac Lyrani (qui in prima acie dimicabant) multis hoſtium interemtis, ad 2000 periêre: reliqui diſperſi hac illac, domum cum ipſo Duce confugerunt. Epiſcopus poſt hanc victoriam, exuſtis Thenenſium agris, Leuiam expugnauit, cum arce Hannuti. Philippus interea Rex Francorum, Flandriâ pæne in poteſtatem redactâ, Gandauo copias admouit: ad quem Dux noſter profectus cũ ſuorum ampla manu, cisScaldanâ parte vrbis versùs Brabantiam caſtra poſuit. Dum hîc ſedent, Ferdinandus Comes auxilijs Anglorum adiutus menſe Iunio claſſem regiam in portu Dammenſi oppreſſit, expoſitis ſuis Dammum oppugnare adoritur. Porrò Philippus Rex cum Duce auxilio Dammenſibus profectus, profligatâ Flandrorum Anglorumque acie, & reliquijs claſſis incenſis, Gandauum mox terrore eius victoriæ deditione cepit: imperatiſque toti Flandriæ obſidibus domum retro abijt. Poſt cuius diſceſſum Ferdinandus potitus mox omni Flandriæ, adiunctis ſibi Guilielmo Saleberiæ ac Guilielmo Hollandiâ Comitibus, ſtatim in Brabantiam duxit; vbi Henricum Ducem ſubitâ inuaſione Bruxellæ incluſum perpulit, relicto Franco ſecum fœdus inire, Henrico & Gothfredo filijs obſidibus. Initio ſequentis anni, Otto Imperator latebris Saxoniæ egreſſus, Ottonis Gelriæ Comitis ſibi diſſentientis terrâ latiùs peruaſtatâ, Traiectum ad Moſam venit; vbi Valerano Limburgi Comite alijſque eius tractus nobilibus in ſocietatem adſcitis, bellum Francorum Regi parabat: in quod Ferdinandus Comes, Rex Anglorum Ioannes, Henricus Dux noſter, Reinaldus Comes Bononiæ nomina dederant. Ferunt tum Mariam Brabantini filiam ei iunctam fuiſſe: quod tamen multo antè accidiſſe ex Abbate Vrſpergenſi eius temporis æquali retulimus. Aſſumtis igitur ijs, qui auxilia non modica adducebant, per Brabantiam in Hannoniam progreſſus Valentianis, ſummo honore à Ferdinando Comite exceptus eſt. Hîc conuentu celebrato, cõuenêre eius partis principes, frater Imperatoris, Henricus Palatinus, Henricus Dux noſter, Valeranus, Limburgi Comes cum 700 equitibus,

Louanienſium ac Lyranorũ clades.

Leuia & Hannutum capta.

Philippus rex in Flandriam deſcendit.

Gandauum obſeſſum.

Henricus Dux Gandauum properat.

Claſſis Francorũ Dammi oppreſſa.

Anglorum & Flandrorum clades.

Gandauum deditum.

Philippi regis abceſſus.

Ferdinandus Comes Bruxellã obſidet.

Henricus contra Francos conſpirare coactus.

Anno 1214.

Otto Imp. Gelriam, vaſtat.

Ottonis cõtra Francos ſocij.

tibus, Guilielmus Comes Saleberiæ cum Anglicis auxilijs, Bernardus Dominus de Oiſtremala, Gerardus de Randenroda. Dum hîc de ſumma belli deliberant, Tornacenſes Francorum Regem vrbe receperunt: quorum defectione non parum territis, nè ceteri eorum exemplum ſequerentur, placuit omnes copias mox eò deducere. Quare cum Moretaniam tribus à Tornaco leucis mouiſſent, Philippus Rex, nè inuitus prœlio decernere compelleretur, Tornaco munito, Inſulas altero die proceſſit. Erat is Dominicus dies, quo Ottonianos quieturos ſperabat, at illi comperto Regis itinere, ſummâ celeritate inſecuti, ad pontem Bouinum exercitus poſtrema inuadunt. Quo animaduerſo Rex ſubſiſtere ſuos ac ſigna Ottonianis inferri iuſſit; moxque cùm in Menij pagi fano oraſſet, acies inſtruxit: Comitem S. Paulli in dextro, Eudonem in altero Burgundiæ Ducem collocans: ipſe mediam aciem ſibi ſumſit: Flammulæ vexillum Valoni de Montiniaco equiti committens. In aduerſa acie Otto ſe regi; Henricum Ducem cum Reinaldo Bononiæ comite Eudoni, Flandrum S. Paulli Comiti oppoſuit, traditâ Aquilâ viro fortiſſimo Bernardo Ooſtremalo. Primi omnium Campani à dextro Francorum cornu in Flandros irrupêre: quibus paruo negotio profligatis, Flandri ceteram S. Paulli Comitis phalangem premebant, cùm eos Pontini ac Guiennæ Comites à tergo adorti, trucidatis compluribus in fugam conieccêre, Ferdinando Comite capto. Tum Victor San-Paullinus nullo iam à Flandris metu, regi à Germanis preſſo opportunus adcurrit. Hi enim capiendi Regis deſiderio intimis aciei mediæ penetratis, cæſis corporis cuſtodibus, circumuentum equo deiecerant: actumque de eo erat, niſi à Petro Triſtano alteri impoſitus, & ſuperuentu San-Paullini euaſiſſet. nec minor Franciæ nobilitati, Imperatoris poteſtatem redigendi ardor, quem nè ſecuri pectus diuideretur, pernix equus auexit. At Rege periculis exemto, Otto vndique Francorum ferro, impetitus abiecto cultu, in tutum ſe recepit. Reſtabant Dux Henricus & Reinaldus Comes: qui ceteris profligatis, diù Francorum impetu ſuſtentato, tandem ceſsêre. Dux, amiſſis 700 equitibus fortiſſimis, fugam

iniijt:

Tornacum Franco deditum.

Philippus Rex fugit.

Prœlium ad pontem Bouinum.

Flandri Campanos profligant.

Flandri victi.

Ferdinandus captus.

Regis periculum.

Rex equo deiectus.

Otto à Francis impetitus.

Ottonis fuga.

Ducis fuga.

Reinaldus Comes capitur. Captiuorum nomina.

inijt: Comes ab hoſtibus captus eſt. Acta hæc VII. Kal. Auguſti: vbi capti ſunt Flandriæ, Salcberiæ, Bononiæ, Palatinus, Comites; Oſtremalus, Randenrodius, & nobilitatis Flandriæ multitudo. Regreſſo in Brabantiam Duci metum

Frederici Imperatoris in Lotharingiã expeditio. Hẽricus Dux Frederico fidelitatem iurat. Henrici & Leodienſ. pax.

incuſſit non modicum nouus Imperator Fredericus: qui Rheno tranſito, Moſaque, & ſubactis eius tractus Principibus, Brabantiæ bellum minabatur. Porrò hunc Dux cum plurimis ſuæ terræ nobilibus accedens, iuratâ fide, oblatoque obſide filio, facilè pacauit; & ab Ottone diſceſſit, quo tempore Leodienſi etiam epiſcopo conciliatus eſt. Sequentis anni princi-

Anno 1215. Synodus Lateranenſis.

pio Innocentius Pontifex, celebratâ Laterani ſynodo ſacram expeditionem, miſſis totâ Europâ litteris edixit: In quam,

Cruce ſignati Principes.

Aquiſgrani conuentu celebrato, nomina dedêre, Fredericus Imperator, Siphridus archiepiſcopus Moguntiæ, Hugo Leodij epiſcopus, Bambergæ, Patauiæ, Argentinæ Epiſcopi: Henricus Dux noſter, Dux Merauiæ, Dux Limburgi Valeranus, Dux Anceiæ, Comes Palatinus Tubingæ, Marchio Badenus, Ludouicus Loſſenſis, Adolphus Montenſis, Ioannes Spanheimenſis, Iuliaci Comites, alijque innumeri nobiles, indè profecti. Theodericus Treuirorum archiepi-

Colonia Frederico cedit.

ſcopus, ac Henricus Dux noſter Coloniam profecti (quæ etiamnum, cum Theoderico archiepiſcopo ſuo, Ottonem reuerebatur, vt Imperatorem) ciues ad obedientiam Fredcrici reduxére, interdicto ſacrorum, cui per annum & quinque menſes obnoxij fuerant, ſolutos: vbi quartâ Auguſti Imperator ſummo cum honore exceptus, ſeptiduo commoratus eſt. Et paullò pòſt Engelbertus filius Comitis Montenſis à

Anno 1216. Cœnobij, quod Bancum vocatur fundatio. Nobiles Brabantiæ.

clero archiepiſcopus electus eſt. Menſe Iulio anni ſequentis, Henricus Dux cœnobium ac leproſorum domum condidit prope Louanium, eo loco, qui Bancum dicitur: cuius fundationis teſtes fuêre, Goſuinus Dominus Heuerlæ, Goſuinus ab Heuerla, Arnoldus Dapifer Dominus Rotſelariæ, Goſuinus à Gocenchuria, Henricus ab Attencuria, Arnoldus à Limala Equites, Henricus Villicus: Scabini item Lo-

Scabini Louanienſes.

uanienſes, Simon de Atrio, Meiſon Cambitor, Valterus Corſboudus, Franco Villicus, Salomon à Bolleburna, Valterus Cæſar,

Digitized by Google

Cæſar, & Gothfredus frater Euerini: Anno milleſimo du- *Anno 1218. Ottonis Imp. mors.*
centeſimo decimo octauo Otto eximperator Brunſuicæ de
ceſſit, mœrore confectus. Sequenti, Reinerus ab Vdechem *Anno 1219. Reinerus ab Vdechem Eques.*
Eques, filius Reyſſonis Equitis, filias ſuas, quas octo habebat,
Præmonſtratenſium habitum indutas, ſacro velo texit, in
vico Pelleberga, qui vno à Louanio milliari diſtat. Anno mil- *Anno 1221. Diliæ inundatio.*
leſimo ducenteſimo vigeſimo primo. Dilia Louanij vſque ad
D. Petri baſilicam exundauit. Anno milleſimo ducenteſimo *Anno 1225. Baſilica D. Michaelis ruina.*
vigeſimo quinto baſilica D. Michaëlis Louanij corruit, &
Henricus Dux incolas Encuriç (*Incourt*) Louanienſiũ quibuſdã *Encurienſes Louanienſiũ iure vti permiſſi.*
priuilegijs vti conceſſit. Chartâ Louanij datâ ſignatâ ab Ar-
noldo Nobelo, & Valtero Cæſare Equite Coſs. Salomone à *Coſs. Louanienſes.*
Bolleburna & Meiſone Scabinis. Sequenti anno Gregorij IX. *Anno 1226. Hẽricus Dux Randerodam diruit.*
Pontificis iuſſu Dux noſter arcem Randerodiam ab hæretico-
rum colluuie inſeſſam, diruit: Anno milleſimo ducenteſimo *Anno 1229. Iura Bruxellenſium.*
vigeſimo nono Henricus Dux & Henricus filius eius Bruxel-
lenſibus varia conceſsêre priuilegia: quorũ hęc pręcipua fuêre.
Vt homicida capite luat, bonis eius ad proximos deuoluen-
dis. Si vrbe profugiat, bona eius fiſco, vxori verò (modò ea vi-
dua fuerit) ſuum patrimonium cedat. Si vxorem proleſque
non habeat, omnia eius bona fiſco cedant. Vxor homicidæ
ſi vidua non fuerit, præter patrimonium ſuum etiam dimi-
dium quæſtus percipiat; cuius reliquum partim fiſco, par-
tim liberis cedat. Simili pœnâ afficiatur, qui ſtuprum, in-
cendium, rapinam commiſerit, aut pacem infregerit. Mu-
tilans alium pœnam talionis incurrat. Incendium mina-
tus X. libris luat, vel exſulio multetur. Si ex vulnere calua-
riam infringi contingat, lædens XX. libris aut exſulio multe-
tur; ſi vulnus ſanabile ſit, V. libris luat. Qui ad maxillam per-
cuſſerit, capillis traxerit, ad ſanguinis profuſionem vul-
nerârit, in lutum prouoluerit, aut pede percuſſerit, III. libris
componat. Poculo cædens X. libris, componat. Femina vi-
rum aut feminam percutiens XX. ſs. componat; aut certi
ponderis lapides in aliam parochiam deferat. Inuadens ali-
quem domi ſuæ, aut inuadenti opem conſiliũmve ferens X.
libris componat. Inuadentem impunè interficere liceat:

Digitized by Google

Falſâ menſurâ vinum aliúdve dimetiens X. libris componat, aut pollicem amittat. Qui alterum bonis ſuis frui prohibuerit, aut prohibentem iuuerit; V. libris componat. Exſulem recipiens, V. libris componat: aliaque complura, quæ in archiuis Bruxellenſium, & in eo libro, quem nos de legibus Brabantiæ edituri ſumus, reperiri poſſunt. Eodem anno Hugo Leodienſis Epiſcopus, prid. Id. Aprilis obijt, ſucceſſore Ioanne Oppiano, ex ſorore nepote. Quarto poſt hoc anno, Henricus Dux, & Henricus filius eius edixerunt; vt ciuis Louanienſis iniuriâ affecto conciui ſuo opem non ferens, centum ſolidorum pœnam luat, aut ciuitatis ius amittat. Item remiſerunt Louanienſibus tributum, quod muniendæ vrbi iam aliquot annos colligebatur: & quia Gothfredus de Louanio, alter filiorum Ducis, iuuenili quadam audaciâ magnam auri ſummam extorquere nitebatur; promiſerunt ſe ab omni vi vrbem tutaturos, ſi quid ille moliretur. Præter hæc, Henricus iunior, peculiari priuilegio, fundum nemoris prope vrbem, quod *Loo* dicitur, ciuium vſui conceſſit. Acta hæc menſe Martio in frequenti Ordinum conuentu, cui aderant Gothfredus de Pareweis, cum Ingelrammo fratre, Guilielmus de Grimberga, Arnoldus Dapifer à Rotſelaria, Goſuinus à Gochencuria, Ioannes ab Heuerlis, Henricus ab Attenhouia, Valterus Clutingus, Arnoldus à Limalia; Villarienſis, Affligimenſis, Vlierbacenſis, Parcenſis, Abbates: Prior prouincialis Prædicatorum in Theutonia, Decanus & Capitulum ſancti Petri. Sequenti anno, Stadingorum veſania nouam occaſionem dedit, quâ Brabantinorum virtus poſteris innoteſceret. Hi inuiarum paludum præſidio freti, cùm Bremenſibus archepiſcopis à multis annis obluctati fuiſſent; tandem Gerardo à Lippia archiepiſcopo pertinaciùs rebellantes, prœlio etiam ſuperiores euaſerant, Lippiæ Comite fratre eius, inter alios deſiderato. Vnde ferociores effecti, nullis blanditijs, nullis minis refrænari poterant: hæreſeos inſuper peſſimæ labe commaculati. Quare ſummus Pontifex publicatâ ſacrâ expeditione, omnes pæne inferioris Germaniæ Duces, ac Comites in eos concitauit. Henricus Louanienſis maior Du-

Hugonis Leodienſis epiſcopi mors.

Ioannes Oppianus epiſcopus.

Anno 1233.

Nobiles Brabantiæ.

Anno 1234

Stadingenſis expeditio.

Digitized by Google

cis noſtri filius, totius expeditionis ductor creatus cui ſe coniunxerunt, Florentius Hollandiæ, Theodericus Cliuiæ Comites; & ex nobilitate Brabantica, Valterus Bertoldus, Machliniæ Dominus, Valterus à Bochouda, Arnoldus à Weſemalia, Guilielmus à Grimberga, Dominus ab Aſca Brabantinorum vexillifer: è Flãdris, Robertus Dominus Bethuniæ, Theodericus Beuernenſis, Dixmudæ præfectus, Raſo Dominus Gauriæ. Hi menſe Iulio Bremam delati vnà cum archiepiſcopo, rebellium terram aggreſſi, cùm ad paludes ventum eſſet, nè cœno prohiberentur, pontes ſterni iuſſerunt: quorum aduentu comperto, perduelles ſummo furore occurrunt, Ducibus Bolcco à Bardefleto, Tannone ab Hundorpa, Teduario ab Aggere; hominibus deſperatiſſimis. At noſtri, ijs conſpectis, ſummè exhilarati, ferociter irruunt: clero eminus ſtante ac victoriam à Deo exorante. Suſtinuêre aliquamdiu impetũ Stadingi: donec Cliuianis terga pulſantibus, vndique circumuenti diſijcerentur. Trucidati tum à victoribus ſinè vlla miſeratione ad 9000: reliqui fugientes Vizerâ ſubmerſi. Quibus ſperato celeriùs confectis, cruce ſignati ſinguli domos ſuas reuertuntur. Menſe Auguſto anni ſequentis, Fredericus Imperator, Moguntiæ frequenti Principum concilio, Ottonem Brunſuici Ducem in gratiam recepit. Aderat inter alios, Henricus Dux noſter, qui morbo incidente Coloniam relatus, ibidem Nonis Septembris exſpirauit: cuius corpus ſui Louanium deferentes, in medio chori condiderunt monumento lapideo, cui formam corporis eius ad viuum inſculptam eſſe apparet: vnà cum verſibus ſeptem, quos ita legimus:

Henricus filius Ducis Stadingenſis belli ductor.

Nobiles Brabantiæ in hoc bello.

Duces Stadingorum.

Stadingorum cædes.

Anno 1235. Concilium Moguntinũ.

Henrici Ducis mors.

Brabantinorum Dux, regni Marchio, morum
Regula, iuſtorum ſpeculum, vindicta malorum:
Flos patriæ, pax Eccleſiæ, clypeus viduarum,
Spes veniæ, vas munditiæ, tutela minorum:
Hîc primus iacet Henricus, Dux ordine quartus,
Cui coniunx bina, Machtelt prior, indè Maria:
Septenam prolem genuit prior, vltima binam.

Epitaphium Ducis.

Digitized by Google

Vxores Ducis ac liberi.

Porrò Mathildis hæc, erat filia Matthæi Comitis Bononiæ, qui frater erat Philippi Comitis Flandriæ: vnde genuit ſeptem liberos; Henricum, Gothfredum, Mariam Ottonis Imperatoris, Mathildem primùm Palatini, dein Florentij Hollandiæ Comitis ac tres alias, vnam Ottonis Gelri, aliam Auernorum Comitis vxorem, ac tertiam; quarum nomina non reperi: Maria ſecunda vxor, erat filia Philippi Regis Francorum, mater duarum filiarum, quarum vna Theoderico nupſit Cliuiæ Comiti.

RERVM

Digitized by Google

RERVM BRABANTICARVM PETRI DIVÆI

LIBER XI,

Complectitur geſta Henrici II. & Henrici III. Ducum Lotharingiæ & Brabantiæ, & Alheidis viduæ matris impuberum ſucceſſorum.

Anno 1235. *Henricus II. Dux Lotharingiæ & Brabantiæ.*

Gothfredus Louanienſis frater Ducis.

Ioannes Louanienſis, Dominus Harſtalli & Gaſbecæ.

Henricus Louanienſis Dominus Harſtalli & Gaſbecæ.

Vxores Hẽrici Ducis & liberi.

MORTE Henrici Ducis, Lotharingiæ ac Brabantiæ Ducatus, & Imperij Marchia, Henrico Louaniẽſi ceſſêre, filio eius natu maiori. Gothfredo, facilè adducor vt credam, Harſtalli & Gaſbecæ Dominia obueniſſe: nam (vt poſtea dicemus) Ioannes quidam cognomento Louanienſis, hæc Dominia poſſedit circa annum 1306. & ante eum Henricus Louanienſis, fortè filius iſtius Gothfredi, quem Louanienſem ſeu de Louanio in geſtis anni 1233, vocatum retulimus: ſed de his nihil temere aſſerere auſim. Erat Henrico vxor Maria filia Philippi olim fortiſſimi Imperatoris: vnde, viuo patre, ſuſtulerat Henricum, Mathildam vxorem Roberti primi Atrebatium Comitis, Mariam vxorem Ludouici Ducis Bauariæ, Beatricem vxorem Hermanni Lantgrauij Thuringiæ, & Margaretam primam abbatiſſam eius cœnobij, quod à patre conditum Vallis Ducis appellatur duobus à Louanio milliaribus, Ciſtercienſium ordinis.

Vallis Ducis cœnobium.

Defunctâ Mariâ, ex Sophia filia Ludouici Lantgrauij & D. Eliſabeth, Henricum genuit Thuringiæ Lantgrauium. Anno ſequenti, Ioannes Epiſcopus Leodienſis, cùm Valerano Comiti Limburgenſi bellum inferret, ſubitò defecit: poſt cuius mortem biennio inter Otto-

Anno 1236. *Ioannes epiſcopi Leodienſis mors.*

Guilielmus Sabaudus episcopus Leodienſis. nem Traiecti Præpoſitum, ac Guilielmum filium Comitis Sabaudiæ, cuius frater Thomas, Ioannam Flandriæ Comitem duxerat; de epiſcopatu conflictatum eſt. Eodem anno, Robertus donatione D. Ludouici fratris ſui Regis Francorum, Atrebatium Comes nouus, Mathildam Ducis noſtri filiam duxit. *Robertus Atrebatium Comes.*

Anno 1238. *Valeranus Dux Limburgi à Leodienſi victus.* Biennio pòſt, Guilielmus Sabaudus, obtento, contra Ottonẽ Præpoſitum eccleſiæ Traiectenſis, epiſcopatu Leodienſi, Valeranum Limburgi Ducem, metu Thomæ Fratris Flandriæ Comitis, compeſcuit: indè Romam profecturus in itinere defecit. *Guilielmi epiſcopi mors.* Anno 1239. *Colonia obſidium à Duce Henrico.* Sequenti anno, Henricus Dux Coloniam obſidione concluſit: quâ, cùm expugnatu difficilem cerneret, relictâ; Bonnam vſque vineas archiepiſcopi incendit, apertiſque vinariorum ſeptis, feras emiſit. Indè in arces concitato impetu, Randerodium deiecit, mox, cùm Dalhemenſes commeatus, qui è Brabantia ad obſidionem vehebãtur, intercepiſſent; aggreſſus id opidum, paruo negotio expugnauit. Cauſſam huius belli nuſquam reperio. Porrò Henricum Ducem deinceps à rebus bellicis conquieuiſſe, tradunt chronica Brabantiæ. *Randerodij euerſio.* *Dalhemum captum.*

Anno 1247. *Henrici Ducis mors.* *Henricus III. Dux Lotharingiæ & Brabantiæ.* Kalendis Februarijs, anni 1247, hâc vitâ deceſſit, conditus in cœnobio Villarienſi: filio eius Henrico principatum excipiente, qui Adelheidam filiam Hugonis Burgundiæ Ducis vxorem habebat. Eodem anno, Ludouicus Dux Baioariæ, ac Comes Palatinus, Mariam Henrici ſecundi Ducis filiam vxorem, falſo adulterij crimine, Werdeæ in Sueuia necari iuſſit: in cuius facti expiationem, monaſterium in Baioaria condidit, Furſtenfeldiam nomine. *Ludouicus Baioariæ Dux vxorẽ necat.* *Ludouici Baioariæ Ducis, de cæde vxoris, expiatio.*

Anno 1248. *Guilielmus Hollandiæ Comes, Imperator electus.* Sequenti anno, mortuo Henrico Lantgrauio Thuringiæ, quem, abiecto Frederico II, principes Regem elegerant; Guilielmus filius Florentij ac Mathildę Brabantinæ (erat ea filia Henrici primi) Comes Hollandiæ, Rex Romanorum electus eſt: qui mox Aquiſgrani, operâ Henrici Leodienſium epiſcopi, reſeratis Kalendis Nouembris, coronam accepit. *Guilielmi coronatio.* Tradunt Brabantiæ Chronographi, Ducem noſtrum, cùm illi regnum deferretur, hunc conſanguineum ſuum promouiſſe: addit Brando chronographus inſignia Imperij Duci miſſa, & ab eo ad Comitem remiſſa; Hollandici verò, ſolius æmulationis ergô, id factum *Guilielmus ab Henrico Duce promotus.*

ctum calumniantur: verito Duce Comitis indolem, malenteque eum Imperij negotia longè à Brabantia ſemotum agitare, quàm vicinum potentiſſimum habere. Aderant coronationi Guilielmi Imperatoris, Petrus Capuæ, Siphridus Moguntiæ, Arnoldus Treuirorum, Cunradus Coloniæ archiepiſcopi, Henricus Leodij epiſcopus, Bohemiæ Rex, Ludouicus Palatinus, Dux Bauariæ, Henricus Dux noſter, Otto auunculus Comitis, epiſcopus Traiecti, alijque pęne inferioris Germaniæ Principes omnes. Eodē ferè tempore, Leodienſes epiſcopo ſuo rebellârunt, ſacris ordinibus initiari nolēti, quos ille, ope Ducis noſtri, Comitumq; Gelriæ, Loſſenſis, ac Iuliaci ad obſequium redegit. Ferunt, pacto tum Duci ceſſiſſe Mechliniæ partem dimidiam, & Hugardiæ circumuicinorumq; pagorum iuriſdictionem. Menſe Decembri eiuſdem anni, Henricus nouus Dux, Louanienſium iura confirmauit. Obijt Otto Epiſcopus Traiectenſis, patruus Imperatoris fine huius anni. Quarto principatus anno, Dux Henricus, cum Colonienſibus fœdus percuſſit, ratum etiam futurum, quamuis archiepiſcopum, Duci diſcordem eſſe contigerit: actum hoc menſe Decembri, operâ Ottonis Comitis Gelriæ. Sequenti anno, Guilielmus Imperator, ferociſſimum cœpit cum Flandris bellum hac de cauſſa. Margareta ſecunda filia Balduini Comitis Flandriæ, ac poſtea Imperatoris Conſtantinopolitani, patre in ſacrum bellum profecto, è furtiuo Burchardi Auenienſis concubitu (cuius ipſa curæ cōmiſſa erat) Ioannem, Balduinū, ac Guidonem pepererat: dein Guilielmo à Dampetra nobili Burgundo iuncta, alios complures: quibus illa, ſpretis Auenienſibus, Flandricum Comitatum addixit. Porrò Auenienſium maximus natu Ioannes, cùm ſororē Guilielmi Imperatoris, vxorem haberet, ſperans eius ope Flandricum Comitatum obtinere; Hannoniam paullò antè occupârat. Indè tamen repulſus, hoc anno, decreto Guilielmi, Namurcū, Aloſtanos, Waſiam, Quattuor officiorum terram, cetera Imperialis iuris à Flandriæ Comitibus poſſideri ſolita, obtinuit: prętextâ cauſſâ, Margaretæ his terris priuandæ, quòd clientelæ ſacramentum debitè non feciſſet. Acta hæc Francofurti V. Idus Iulij: præſen-

Leodienſium Rebellio.

Dux Hēricus epiſcopo opem fert.

Iura Louanienſium confirmata.

Ottonis epiſcopi Traiectēſis mors.

Anno 1251.

Colonienſium cū Brabantinis fœdus.

Anno 1252.

Bellum Hollādorum cum Flandris.

Margaretæ Flandriæ, ex furtiuo concubitu, liberi.

Diſſidiā inter liberos Margaretæ.

Namurcum ac Flandriæ pars Auenienſi attributa.

Digitized by Google

præſentibus Henrico Duce noſtro, Cunrado archiepiſcopo Coloniæ, Hugone Spirano Epiſcopo, Henrico Leodienſi, Adamo Brunſuicenſi. Reſtitutus tum in Hannoniam, ope

Anno 1253. Flandri in Hollandiam traijciunt.

Imperatoriâ, Auenienſis. Sequenti anno Flandri cùm Hanno-niam Auenienſi iam ſubditam conſpicerent, in Hollandos bellum transferunt, in Valachriam inſulam, Guidone ac Ioanne à Dampetra, Margaretæ filijs cum copioſo exercitu miſ-

Studium pacis Henrici Ducis. Conuentus Antuerpienſis.

ſis. Henricus verò Dux noſter, veritus nè nimia ſanguinis effuſio ex hac diſcordia fieret, Antuerpiam vtriuſque partis legatos conuocat; vbi dum is pacem ſummis laboribus conci-

Flandri ab Hollandis victi.

liare ſtudet; Flandri Florentiũ fratrem Imperatoris & Lupum Cliuianum aggreſſi, magnam cladem accepêre; captis Guidone ac Ioanne à Dampetra. Nihil poſt hanc victoriam de pace cum Imperatore agi potuit, ob id vel grauiſſimè offenſo, quòd

Anno 1254. Caroli Valeſij in Hannoniã expeditio.

induciarum tempore, ſui armis inuaſi forent. Anno proximo D. Ludouicus Franciæ Rex (cui ſummum ius erat in Flandros) Carolum fratrem Comitem cum maximis armatorum copijs contra Auenienſem, in Flandrorum ſubſidium miſit: à quo

Hannonia Valeſio cedit. Angia Carolus pulſus.

mox omnis Hannonia recepta, præter Angiam, quæ virtute Valteri, eius opidi principis, nullâ vi reſerari potuit: cæſis etiam in oppugnatione Ciniaci ac Grandiſprati Comitibus.

Guilielmus in Hannoniã mouet.

At Guilielmus interea maximas Hollandorum copias colligebat: quibus paratis, per Brabantiam Hannoniæ propiùs accedens, Aſchę Brabantiæ loco caſtra locauit: indictâ tum die, vt in Aſcana planitie ferro contenderetur: Valeſius reli-

Caroli Valeſij diſceſſus.

ctâ Angiâ Valentianas retrogreſſus, repentè diſparuit. Rece-

Valentianæ à Guilielmo Imp. receptæ.

ptus poſt eius digreſſum Angiâ Imperator, Valentianas etiam mox recuperauit, Carolo Comite in Franciam abeunte. Fine

Anno 1255 Friſonicum bellum. Imperator à Friſijs cæſus. Ioannis Auenienſis mors.

ſequentis anni, Guilielmus Imperator in Occidentales Friſios profectus, tumultuario incurſu paludi congelatæ inhęrens, interimitur V. Kal. Februarias: cuius comperto interitu, Ioannes Auenienſis mœrore contabuit Alter verò Auenienſium fratrum Balduinus, ſupplex matri rebellionis veniam commeruit.

Anno 1256. Pax inter Hollandos, ac Flandros.

Sequenti anno, Henrici Ducis noſtri ſedulitas effecit, vt Bruxellæ de pace inter Hollandos ac Flandros conueniret, per quam Guido ac Ioannes à Dampetra libertati reſtituti ſunt;

Inſulæ Zelandiæ Flandris manſêre: pacta Florentio fratri Imperatoris occiſi Beatrix filia Guidonis, eaſdem Inſulas doti allatura: aliaque compluta, quæ conſultò omittimus. Biennio poſt hanc pacem Florentius frater Imperatoris, idem tutor Hollandiæ, ac Florentij filij Imperatoris, Antuerpiæ in decurſione militari occiſus eſt. Delata eſt tum Hollandiæ cura Henrico Duci noſtro, conſobrino noui Comitis Florentij: is tamen ob aulicorum ſuorum inſolentiam, non multò pòſt, Hollandiâ pulſus eſt. Eodem anno VIII. Id. Decembris obijt Goſuinus Dominus Gochenhouiæ, ſepultus in cœnobio Parcenſi. Anno 1260 Henricus Dux noſter viuis exceſſit; conditus Louanij in Cœnobio Prædicatorum, quod ipſe cum vxore condiderat: filios reliquit Henricum, Ioannem, Gothfredum, Mariam vxorem Philippi tertij eius nominis Francorum regis. Porrò cum filij impuberes eſſent, Alheidis principatum adminiſtrauit vſque ad annum 1266. Erat Henricus maximus filiorum eius homo vecors, ac omnino Principis loco indigniſſimus. Quo Mater, conſilio Valteri Bertoldi Machliniæ Principis, in Burgundiæ quoddam cœnobium latenter ablegato, Ioannem Ducatui præficere conabatur, virtuoſiſſimi ingenij adoleſcentem. Id indignè ferentes Arnoldus Baro Weſemaliæ, ciueſque Louanienſes, ſoli Henrici cauſſam propugnabant; iniuriâ ei Ducatum auferri frementes: quem ſi per ſe minùs regere poſſet, tutores gubernatoreſque alios dandos, vt permultis aliarum gentium Principibus factum olim, ac indies fieri compertum erat. Hæc verò tantâ tamque conſtanti in Henricum fide agitabant, vt etiam aduenienti cum matre Ioanni (vt principatum de more ibi iniret) vrbem præcluderent: nec hoc contenti, Bertoldum totius mali auctorem bello petentes, ex agro Machlinienſi, prædas egêre. repulſi indè, cùm maioribus copijs reuerterentur, fuſi, fugatique, pacem à Ioanne Duce, & Adelheide eius matre petere coacti ſunt. Menſe Maio anni ſequentis, in Cortebergenſi cœnobio habitis Comitijs, Adelheidis omnem rebellionem, ſibi, filio, fautoribuſque eius irrogatam, Louanienſibus remiſit, promittentibus, Ioannem

Anno 1258. Florentius tutor Hollandiæ, interemtus.

Hẽricus Dux Hollandiæ rector.

Hẽricus Dux Hollandia pulſus.

Anno 1260. Henrici Ducis mors.

Liberi Henrici.

Anno 1266. Controuerſia de Ducatu Brabantiæ.

Louanienſes Henrici cauſſam tuentur.

Ioannes & Aleida Louanio excluſi.

Louanienſiũ in Mechlinienſes bellum.

Louanienſes victi.

Anno 1267. Pax Cortebergenſis.

Digitized by Google

ſecundum filium eius ſe in Ducem recepturos: aderant huic conuentui Valterus Angiæ Dominus, Valterus Bertoldus Machliniæ Dominus, Arnoldus Diſthæ Dominus, Leonius Caſtellanus Bruxellenſis, Ioannes Bryna Dominus Lintræ, Henricus ab Aſca Eques; & legati Bruxellenſium, Tillemontanorum, Leuienſium, Antuerpienſium, Lyrenſium, Geldonienſium, & Gemblacenſium. Facta poſt hæc diuiſio inter Ioannem ac Gothfredum fratres; Ioanni ducatus Lotharingiæ ac Brabantiæ permanſit: Gothfredo verò, dominia Arſcotanum, Birbachenſe, Sichenienſe, ac Rodiæ S. Agathæ, adſignata, qui quæſito remotiore connubio, filiam Comitis Virſonij in Biturigibus Galliæ, vxorem duxit, vt poſtea latiùs dicemus.

Nobiles Brabantiæ.

Diuiſio facta inter Ioannẽ, & Gothfredum.

RERVM BRABANTICARVM PETRI DIVÆI LIBER XII,

Geſta Ioannis I. Lotharingiæ & Brabantiæ Ducis continens.

SEDATO ita, vt diximus, motu ciuili, quem Louanienſes iuſta ex cauſſa concierant, Ioannes Dux, menſe Iunio vrbem ingreſſus, imperium totius regionis recipit, confirmatâ Cortebergenſi pace, ac omnibus eius vrbis priuilegijs pro rato habitis: promiſit ſe annis ſingulis nouos vrbi Scabinos daturum; Iudæos quoque ac Cauuerſinos (ita feneratores tum vocabant, vocabulo à Germanis deducto, qui eos *Gewertſchen* appellant) eodem, quo Bruxellæ tenerentur, loco habiturum; adhibitis teſtibus, Valtero Bertoldo Machliniæ, Arnoldo Diſthæ, Arnoldo VVeſemaliæ Dominis, ac Legatis Bruxellenſibus. Creatos lego tum nouos Scabinos, Ioannem ab Herent, Arnoldum à Roda, Ægidium ex Limingis, Petrum à Calſtris, Ioannem Edelherum, Valterum Blancardum, Valterum cognominatum *Crickeſteen.* Pulſi paullò pòſt Louanio textorum complures, ſeditionem agitare conuicti: quorum exſulio nouus Dux ſubſcripſit menſe Septembri. Anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo iterum Louanienſium iura, pacemq́ue Cortebergenſem confirmauit menſe Maio. Sequẽti anno cùm incolæ opidi Hoſdenienſis in ipſo limite Brabantiæ ac Hollandiæ ſiti Boſcum Ducis infeſtarent, Dux eò profectus opidum cepit. Obijt eodẽ anno Arnoldus Dominus Diſthæ, conditus in opido ſuo, in Franciſcano-

Ioannes primus Dux Lotharingiæ & Brabantiæ.

Cauuerſini.

Scabini Louanienſes.

Textores Louanio pulſi.

Anno 1270

Anno 1271.

Hoſdenienſiũ in Brabantia excurſiones.

Hoſdena capta.

Arnoldi Domini Diſthenſis mors.

rum

rum cœnobio, quod ipſe condiderat: ſucceſſit ei Arnoldus filius, quem ex Eliſabetha filia Ducis Britanniæ ſuſtulerat. Sequentis anni menſe Auguſto, Ioannes Dux permiſit Louanienſibus Scabinis ac Senatoribus, vt ſuo arbitrio vectigalia

Anno 1272. *Louanienſiũ priuilegia.*

noua indicere, vetera augere, diminueréve liceret, quoties commodum foret Reipublicæ, adhibitis teſtibus Adelheide matre, Valtero Bertoldo, Machliniæ Domino, Ægidio fratre

Anno 1273. *Nuptiæ Ioannis Ducis & liberi.*

eius, ac Henrico Domino Boutreſhemi. Sequenti anno Ioannes Dux vxorem accepit Margaretam filiam Guidonis Comitis Flandriæ: ex hac genuit Ioannem ſucceſſorem ſuum, Gothfredum qui infans perijt, Margaretam vxorem Henrici VII. Imperatoris, & Mariam Amadeo Comiti Sabaudiæ nuptam.

Anno 1274. *Maria ſoror Ducis, Philippo Franciæ Regi nupta.*

Anno proximo Maria ſoror Ducis in Franciam ducta, Philippo eius nominis III. Regi nupſit, ac feſto Ioannis Baptiſtæ in regio ſacello coronata eſt, manu Petri archiepiſcopi Re-

Liberi Regis ex Maria. *Henricus epiſcopatu Leodieſi depoſitus.* *Ioannes Anginus Epiſcopus.*

morum: indignato ob id archiepiſcopo Senonum, quòd in ſua Diœceſi Remenſis id præſumſiſſet. Prodiêre ex eo matrimonio Ludouicus Dux Eburonum, & Margareta vxor Eduardi Anglorum Regis. Eodem anno Henricus Leodij epiſcopus, ob ſimoniam in Concilio Lugdunenſi depoſitus, Ioannem

Anno 1276. *Ludouici filij regis Francorum obitus* *Petri Breſchij perfidia.* *Maria Regina venefici inſimulata.*

Anginum epiſcopum Tornacenſem ſucceſſorem accepit. Secundo pòſt anno, cùm Ludouicus primus filiorum Regis, quem ex filia Regis Arragonum ſuſtulerat, interijſſet; Petrus Breſchius, aulicorum potentiſſimus, veneni ſuſpectus, in Mariam Reginam nouercam defuncti crimen retorſit: palàm aſſerens, vt ſui regnarent, ſtatuiſſe eam omnes prioris thori liberos Regios, tollere. Inquiſitum in eam acerbius, quàm Reginæ

Maria regina fratrẽ euocat. *Ioannis Ducis ad liberãdam ſororem diligentia.*

maieſtatem deceret, factione Breſchij plùs æquo præualente: porrò cùm cuſtodes etiam adhiberentur, miſſis ad fratrem ſecretiſſimis litteris eum in Franciam euocauit: profectum lego Bruxellâ Lutetiam vno die, ſolo famulo & cane comitibus, eoſque quoad vixit, ſummè dilexiſſe. Addunt Chronographi

Ioannis Ducis in exploranda ſororis innocentia calliditas.

Ducem ſimulato Franciſcani habitu ad ſororem intromiſſum, cùm eam criminis exortem, veriſſimâ confeſſione cognouiſſet: mox Franciſcani habitu exuto, innocentiam eius armis probare voluiſſe, prouocato in certamen ſingulare eo, qui

con-

contrarium adſerere vellet. Ceterùm nullo ſe tanto periculo committere auſo, Breſchius cùm fugam adornaret, retractus vinculis aſtringitur, mox fatis vrgentibus, cùm regni ſecreta, Hiſpanis prodidiſſe, certiſſimis indicijs conuinceretur, quæſtioni ſubditus, dolum omnem retexit; vnde Parlamenti iudicio condemnatus, communi ſontium patibulo ſuffixus eſt, tantò procerum gaudio, vt Dux Burgundiæ, & Robertus Comes Atrebatium, cum Ioanne Duce ad locum vſque ſupplicij perrexerint, vt hominem ſceleſtum, ac omnibus æquè exoſum ſublimem viderent. Anno ſequenti Guilielmus Comes Iuliaci cum tribus filijs & 464 nobilibus, & non exiguo armatorum numero, Aquaſgrani (cuius vrbis Aduocatiam veteri iure ſuam repetebat) ſub veſperum intrauit: quo comperto ciues arreptis tumultuariè armis in forum compulſum cum omnibus ſuis ſummâ crudelitate trucidârunt. Sunt qui id factione Ducis noſtri factum adſerunt, quorum Brando addit: cùm in vltionem cæſi Comitis, Comes Limburgi copias opido admouiſſet, Brabantinum, pulſo eo, ab Aquenſibus receptum, & opidi Aduocatum creatum. Ioannes verò Trithemius Abbas in Chronico Hirzaugienſi Ducem Comitis mortem vltum ſcribit; *VVilhelmo*, inquit, *Comite Iuliacenſe mortuo, „ Siphridus Archiepiſcopus Colonienſis dudum eius inimicus, Aquenſibus confœderatus, terram illius deſtitutam Principe, armata manu ingreditur, omnia ferro & igne demolitur, opida capit, obtinet munitiones; totumque in ſuam poteſtatem redigit Comitatum. Contra quem Dux Brabantiæ auxilio conſanguineorum & amicorum Comitis occiſi exercitum duxit; ſed parum profecit. Tandem Martino Papâ quarto vices ſuas interponente, concordia facta eſt, & archiepiſcopus omnia quæ abſtulerat dominia, opida, caſtra & villas, reſtituit*: Hæc ille. Anno 1282. Louanij edixit, vt Scabini æquè ac ceteri tributa penderent: operarij ſtatis diei horis, pulſu campanæ ad operas vocarentur: promiſit etiam Louanienſibus, ſe compulſurum exteros quoſque ad ea, quæ Scabinis teſtibus ciui promiſerint facere, aut dare, facienda dandàve, renouaturum quoque Scabinos annis ſingulis, profeſto Natalis D. Ioannis Baptiſtæ. Acta hæc menſe Septembri.

Petrus Breſchius captus.

Breſchij techna detecta, & ſupplicium.

Anno 1277. *Guilielmus Comes Iuliaci Aquiſgrani interemtus.*

Trithemius.

Anno 1282. *Priuilegia Louanienſia.*

Digitized by Google

Ioannes epiſcopus Leodienſis à depoſito prædeceſſore ſuo interfe ctus.

Ioannes à Flãdria epiſcopus Leodij.

Falcoburgum obſeſſum.

Anno 1283. *Henrici Comitis Limburgi obitus.*

Reinaldus Gelriæ Comes.

Adolphus Comes Montẽſis proximus heres Limburgi. Ioannes Dux Limburgum emit.

Ioannis Ducis Transmoſana expeditio.

Confœderati aduerſus Ducem.

Limburgenſes Duci hoſtes. Limala capta Aquenſes Ducis confœderati. Valeranus Falcoburgi Dominus à Duce victus. Dux in Franciam vocatur. Bellum Arragonicum.

Induciæ Ducis cum Principibus Transmoſanis.

bri. Eodem anno Henricus frater Comitis Gelriæ, captum ac grauiter afflictum prope Tilemontem, Ioannem Angianum ſucceſſorem ſuum in epiſcopatu Leodienſi reliquit pæne exanimem: qui mox reſumtis animis Hugardiam properans, ibi defecit: ſuccedente Ioanne, filio Guidonis Flandriæ Comitis; à quo obſeſſum ope Ducis noſtri Falcoburgum expugnari non potuit. Scabinos huius anni Louanij reperio Henricum à Cortebeca, Franconem à Calſtris, Franconem Sadelarium, Radulphum à Radinga. Sequenti anno ex morte Comitis Limburgenſis Henrici, grauiſſimum inter inferioris Germaniæ Principes bellum exoritur. Fuerat Henrico filia vnica Ermengardis, Reinaldo iuncta Gelriæ Comiti, quæ non relictis liberis diù ante patrem deceſſerat. Eius tamen morte non obſtante Reinaldus defuncto ſocero, quamquam iniuriâ, proximum ſe Limburgenſi ducatui heredem prætendebat. Propior illo Adolphus Montenſis Comes, nè cum potentiore contenderet, ius ſuum Duci noſtro vendidit. Pulcra tum occaſio Duci viſa principatum etiam vltra Moſam proferendi: quare collecto fortiſſimo armatorum in Brabantia numero, Moſam tranſijt. Hîc verò omnes pæne eius tractus Principes partim Gelro concitante, partim veterato odio hoſtes reperit; Siphridum videlicet Coloniæ archiepiſcopũ, Henricum Luceburgi, Cliuiæ, Spanhemj Comites, alioſque complures; Valeranum etiam Falcoburgi Dominum exulceratum, quòd Dux ante biennium, Leodienſi epiſcopo Falcoburgum obſidenti, auxilia miſiſſet: ijſdem partibus Limburgenſes ciues acceſſerant. Tantæ hoſtium multitudini ſummâ virtute ſe Dux obijciens, Limalâ arce priùs demolitâ, Aquenſibus ſibi deuotiſſimis, forte præſidium, ac commeatum intulit: Valeranum quoque Falcoburgi Dominũ, à Traiecto pulſum ſtrauit, quibus peractis cùm ad vlteriora tenderet, Philippi Regis Francorum legatione auerſus eſt. Hic enim, proclamatæ tum in Arragones expeditioni ſocium ſummopere cupiens Ducem, Nigellæ Dominum miſerat, vt confectis inducijs, eum in Franciam perduceret. Cui Dux ægre acquieſcens, tandem inducias cum hoſte pactus, domum abceſſit, Arragonicæ expeditioni

ſe

ſe ſuoſque apparaturus. Porrò huius belli cauſſa fuerat, quòd Petro Arragonum Rege inſtigante, Siculi à Carolo Rege ſuo auerſi, vnâ die omnes Francos in Sicilia repertos crudeliter interemiſſent, recepto poſt hoc totâ inſulâ Arragone: quod factũ adeo Pontifici Romano diſplicuerat, vt etiam regnũ Arragonum Petro ablatum, Carolo, Philippi Regis fratri, Comiti Valeſiæ donaret. Hæc in Arragones mouendi Francis cauſſa fuit. Anno ſequenti expeditio inita: tranſcenſis Pyrenæis, Gerundâ trimeſtri obſeſſâ; cùm Petrus Rex tumultuariâ ſuorum manu obſeſſores impetens interfectus eſſet, tandem ceſſit. Eâ captâ, cum Regem morbus inuaderet, Franci domum reuertuntur menſe Octobri: quorum Rex Philippus, cùm Perpinianũ aduenisset, ingruente vi morbi, eodem menſe obijt. Porrò Ioannes Dux ac Gothfredus Comes Virſonij frater eius, qui huic etiam bello interfuerat, fine anni in Brabantiam redierunt: ita finijt bellum Arragonicum. Reuerſo Duce, cùm induciæ exſpiraſſent, Gelri initio ſequentis anni, ea, quę Brabantiæ Duces trans Moſam poſſident, inuaſère: quo intellecto mouit in hoſtes Dux, captâque Bommelâ, cum adiacenti regione, eos Tylam metu relinquere coëgit; quam exſtinctis ignibus (quos illi in receſſu ſuo iniecerant) reparatam forti præſidio muniuit: captá tum Hoſdena opidulum, & arx quæ *Mal-repus* nominabatur. Tum aliò conuerſo impetu Dux Limburgum controuerſi, comitatus caput, & Mullem arcem Gelricæ ditionis captam incendit. Florentius etiam Hollandiæ Comes Duci confœderatus, Nouum foſſatum Gelro ademit. Sequenti anno, cùm Siphridus archiepiſcopus Colonienſis comitatum Montenſem depopularetur, Dux noſter eò profectus, fœderatum, repulſo archiepiſcopo, eo metu liberauit. Inita tum Falcoburgi conſpiratio de repellendo è Tranſmoſanis Duce in quam nomina dedêre, Siphridus archiepiſcopus, Reinaldus Gelriæ, Henricus Luceburgi, cum Balduino & Valerano fratribus, Adolphus Naſſauiæ, Henricus Weſtreburgi, Henricus Spanhemi, Murtij quoque Comites: Ioannes Dominus Limpurgi, & Valeranus Falcoburgi Dominus. Ceteri verò Tranſmoſani Principes, Adolphus Montenſis,

Hen-

Cauſſa belli Arragonici.

Siculorum in Francos crudelitas.

Petrus Arragonum Rex regno priuatus.

Anno 1285.

Gerunda à Francis obſeſſa.

Petrus Rex occiſus.

Francorum reditus.

Philippus Franciæ Rex moritur.

Ioannis Ducis reditus.

Anno 1286.

Gelri Brabantiam inuadũt

Bommela à Duce capta.

Tylam Gelri relinquunt. & incendũt.

Tylam Dux reparat.

Hoſdena & Malrepus captæ.

Limburgũ & Mullem incenſa.

Nouum foſſatum ab Hollandiæ captũ.

Anno 1287.

Siphridus archiepiſcopus Colonia in Montenſes mouet.

Siphridus à Duce repulſus.

Conſpiratio in Ducẽ Falcoburgi inita.

Ducis confœderati.

Henricus de Windec, Valeranus & Gerardus, fratres Iuliaci, Euerardus Marchiæ: & cis Moſam Arnoldus Loſſenſis, Comites, cum epiſcopo Leodienſi Ioanni noſtro Duci coniurauêre;

Anno 1288.
Conuentus Traiecti indictus.

Sequentis anni principio, cùm Principum interuentu decretum eſſet, vt Traiectum conueniretur, & controuerſia legitimo vtriuſque partis Principum arbitrio, inter Ducem, & Gel-

Gelrus pacem aſpernatur.
Gelrus Limburgũ Comiti Luceburgenſi vendit.
Transmoſana Ducis expeditio.

rum finiretur; Gelrus pactis ſtare, & eò venire noluit: ſed paucis ſuæ partis Falcoburgum conuocatis, ius ſuum in Comitatu controuerſo Luceburgi Comiti vendidit. Erat tum Traiecti cum exercitu Dux noſter; qui comperto hoſtis molimine, ſupra modum excanduit, indictaque ſuis profectione, ſummâ celeritate Falcoburgum properauit; hinc opido dilapſum Co-

Dux Coloniẽſem perſequitur.
Suburbia Bõnæ à Duce exuſta.

lonienſem ad Rhenum vſque perſecutus, equos ſuos in Rheno potari iuſſit: tum quoque exuſtis Bonnæ (quò epiſcopus confugerat) ſuburbijs: vineta archiepiſcopi & venatica ſepta, dimiſſis quò vellent feris, deſtruxit. Hæc agenti, Colonienſes

Colonienſes Ducis amici.

ciues præter anni 1251. fœdus, nouo etiam fœdere iuncti. Valeranus item Iuliaci ac Adolphus Montium, Comites ac-

Vuoringa arx.

ceſſêre, auxilia fortiſſima in Gelrum polliciti, ſi Vuoringam arcem exſcinderet, prædonum munitiſſimum receptaculum.

Vuoringa obſeſſa.

Quorum ille poſtulatis acquieſcens, hebdomades aliquot arci aſſedit, maximo Brabantinorum exercitu ſeptus, ac nouis

Colonienſis Vuoringæ opẽ fert.

indies eò confluentibus copijs. Ceterùm archiepiſcopus cùm arcem obſideri intellexiſſet, miſſis ad ſuæ partis Principes nuntijs, auxilia vndique in Ducem ciebat. Conuenêre mox ad eum Gelrus, Luceburgenſis, Naſſauius, Falcoburgenſis, ceterique confœderati, ſinguli delectiſſimos ſuorum adducentes. Nec minor erat Duci noſtro, cogendis auxiliaribus, diligentia: cui frater Gothfredus Comes Virſonij, & S. Paulli Comes è Francia, Arnoldus Loſſenſis, Euerhardus Marchiæ Comites; Valeranus Iuliacenſis ac Adolphus Montenſis, quibus ſuaſoribus Vuoringam obſidebat, maximas copias confecêre. Qui-

Prælium Vuoringenſe.

bus inſtructus, contemto hoſtium numero, Vuoringam mouentibus occurrit: mox ijs conſpectis, cùm ſuos oratione breui animaſſet, impetum fieri iuſſit: quem hoſtes ſummâ virtute excepêre: nec ab hominum memoria in eo tractu atro-

ciùs

Digitized by Google

ciùs bellatum ferunt. Omnes enim pæne inferioris Germaniæ vires in eam pugnam congeſtæ erant. Durauit vſque ad extimum diei conflictus. tandem Brabantini ſeſe mutuò ad fortiſſimè agendum cohortati, tantâ vi hoſtibus illati ſunt, vt compluribus eorum interemtis, reliquis verò in fugam coniectis, victoriam, quamquam non omnino incruentam, peperint. Cæſi ex hoſtibus Henricus Luceburgenſis, cum Balduino, Valerano, ac Ioanne fratribus, & 400 Equeſtris ordinis viri: capti Colonienſis, Gelrus, Naſſauius, Falcoburgenſis: à Brabantinis verò cecidit, Valterus Bertoldus Mechliniæ princeps, vir fortiſſimus, & Arnoldus à Zella Eques. Pugnatum eſt V. Idus Iunij, feſto Bonifacij. Poſt hanc victoriam Dux, captâ euerſaque Vuoringâ, domum reuertit, magnam Brabanticæ virtutis opinionem in Tranſmoſanis relinquens. Porrò Gelrus antequam eius manum euaderet; datis ſacramentis, Limburgenſi comitatu cedere coactus fuit. Biennio poſt hanc victoriam, Dux noſter eas ſanctiones edidit, quas *Land-Kueren* vernaculè appellant: quibus pœnæ in eos ſtatutæ ſunt, qui alios maledictis laceſſierint, percuſſerint, pulſarint, aut mutilos reddiderint: qui arma interdicta portârint; qui furtum fecerint, qui incendium fecerint, matronam virginémve violârint, pacem à iudice indictam infregerint, terminum in agris mutârint, &c. ijſdem multa ciuilium rerum iura ſtatuta ſunt, quæ in Commentarijs legum Brabanticarum requirenda ſunt. Inter hæc omnia dignum recenſere duximus, pœnam eorum, qui virginem matronámve violârint; quorum ceruicem ligneâ ſerrâ præcidi voluit Dux: vt & pacis infractorem quadrifariam diuidi: Acta hæc in celeberrimo Ordinum conuentu, cui intererant Ioannes filius Ducis, Gothfredus frater Ducis, Gothfredus Comes Vianæ cōſanguineus Ducis, Ioannes Dominus de Cuyck, Arnoldus Dominus Diſthæ, Gerardus Dominus Rotſelariæ, Arnoldus Dominus Vualehemi, Arnoldus Dominus Vueſemaliæ, Ægidius Bertoldus, Gerardus Vueſemalenſis, Robertus ab Aſca, Henricus Dominus Bautreſhemi, Florentius Bertoldus, Henricus Dominus Heuerlæ,

Brabantinorũ victoria.

Cæſi ex hoſtibus.

Capti.

Vuoringa deditio.

Gelrus Limburgo cedit.

Anno 1290. *Sanctiones Ducis Ioãnis.*

Valterus Folcardus, Arnoldus à Vuinegehemo Equites, Ægi-

Anno 1292. Henricus Comes Luceburgi ducit filiam Ducis.

dius à Monte Seneſcallus Brabantiæ. Anno milleſimo ducēte-
ſimo nonageſimo ſecundo. Henricus filius Henrici pugnâ an-
ni milleſimi ducenteſimi octogeſimi octaui cæſi, Comes Lu-
ceburgi duxit filiam Ioannis Ducis noſtri Margaretam. Eo-
dem anno Brabantini in præcedentium bellorum impen-

Bonorum viceſima a Brabantinis collata.

ſas, Duci ſuo omnium bonorum viceſimam ſummâ libera-
litate contulerunt: quorum ille beneuolentiæ, id gratiæ re-
tulit; vt ſe ſucceſſoréſve numquam in futurum huiuſcemo-
di tributum exacturos, iuraret: adhibitis qui teſtium vice
ſignarent chartam, Adolpho Imperatore, Ioanne Ducis fi-
lio, Henrico Luceburgi Comite Ducis genero, Roberto
Burgundiæ Duce, Roberto Atrebatium, Guidone Flandriæ,
Ioanne Bleſenſi, Ioanne Hannoniæ, Roberto Niuerni, Flo-
rentio Hollandiæ, Reinaldo Gelriæ, Ottone Cliuiæ, Guido-
ne ſancti Paulli, Arnoldo Loſſenſi, Valerano Iuliaci Comi-
tibus; Valerano Falcoburgi Domino, Archiepiſcopo Re-
morum, Epiſcopis Leodienſi, Tornacenſi, Cameracenſi,

Ioannis epiſcopi Leodienſis obitus.

Traiectenſi II. Idus Octobris, Ioannes epiſcopus Leodienſis
vitâ exijt, cuius morte, ſedes quadriennio vacauit, Anno

Anno 1195. Vuaſſeberga à Brabantinis capta.

1295. Ioannes Ducis noſtri filius Waſſebergam arcem tranſ-
moſanam imperata detrectantem, euertit. Cœpit tum bel-

Initium belli Flandrici.

lum atrociſſimum inter Francos Flandroſque. Guido Co-

Guido Comes à Rege captus

mes ſocer Ducis noſtri, pace ſimulatá, à Philippo Franco-
rum Rege euocatus Lutetiam, in cuſtodiam miſſus eſt, qua-
ſi Anglorum fœdus affectaſſet & amicitiam, filiâ ſuâ Regis

Anno 1296. Guido Comes liberatus.

filio deſponſatâ. Sequenti anno, Comes Guido traditâ filiâ
obſide, à Francis dimiſſus in Flandriam redit, vbi cùm ſæ-
piùs filiam incaſſum repetijſſet, coacto Gerardi-montes

Fœdus contra Francos.

multorum Principum concilio, fœdus contra Francos per-
cuſſit cum Adolpho Imperatore, Eduardo rege Anglorum,

Regi Franco indictum bellum.

Ioanne filio Ducis noſtri, Henrico Comite Bari, ac Floreſ-
fiæ & Gemblaci Abbatibus in Franciam fœcialibus miſſis,

Hugo Epiſcopus Leodienſis

Regi bellum indixit. Eodem anno, Hugo filius Arnoldi,
Aruernorum Comitis Epiſcopus Leodienſis creatur. Se-

Anno 1297.

quenti anno Philippus Rex motâ in Flandriam expeditione,
omnes

Digitized by Google

omnes pæne regionis ciuitates, quamquam fortiſſimis præſidijs à Guidone Comite munitas, partim vi, partim deditione expugnauit. Eodem anno Eduardus Rex Anglorum Mariam filiam ſuam Henrico Comiti coniunxit, ad quas nuptias Ioannes Dux noſter profectus, ludis militaribus vulnus accepit: eoq́ue malè curato, ad quintum Idus Iunij hac vitâ deceſſit. Cuius corpus Bruxellam à ſuis relatum ad Franciſcanos conditum eſt. Alij aſſerunt, Bari id acci-diſſe, vbi Comes Henricus Haſtiludia celebrabat; concurriſſe ibi Ducem cum Petro à Beffro-monte, ab eoq́ue caſu interemtum.

Philippi Regis in Flandriam expeditio.

Nuptiæ Henrici Comitis Bari.

Ioannes Dux in Haſtiludio vulneratus interijt.

RERVM BRABANTICARVM PETRI DIVÆI LIBER XIII,

Geſta Ioannis II. Lotharingiæ & Brabantiæ Ducis continens.

Ioannes ſecundus Dux Lotharingiæ & Brabantiæ.

Margareta vxor Ducis.

MORTVO Ioanne Duce, vt diximus, filiorum eius natu maximus Ioannes, principatum ſuæ gentis excepit, gener Eduardi Anglorum Regis ductâ Margaretâ filiâ: quam matronam prudentiſſimam ſummè noſtrates dilexiſſe, ac Brabantiam operibus aliquot decoraſſe ferunt: inter quæ, arcis Furanæ deambulatorium memorant. Eâ Anglorum affinitate nouus Dux, præter veterem cognationem (nepos enim erat ex filia) Guidoni Flandriæ Comiti deuinctiſſimum fuiſſe, à quibuſdam ſcriptum reperio: alij ſuſceptâ primum Gandaui tutelâ, mox (Francorum virtute cõterritum, an ſponte ſuſceptâ eorum amicitiâ incertum) eos fœdè deſeruiſſe tradunt. De ea re nihil à noſtratibus proditur. Anno ſequenti, Albertus Auſtriæ Dux, Adolphum Imperatorem in agro Vormatienſi interemit, prœlio cruentiſſimo, IX. Iulij: vbi Ioannem Ducem noſtrum Auſtrio adfuiſſe quidam tradunt, neſcio quàm verè. Anno 1300, natus Duci noſtro filius, nomen patris accepit: Mechliniam quoque eodem anno Dux noſter emit ab Hugone Leodienſi epiſcopo, cùm Leodienſium iugum non ferrent. Verùm quomodo ea Mechliniæ pars ad Leodienſem peruenerit eccleſiam, poſteriùs dicemus. Eodem anno Philippus Rex Guidonem Comitẽ, ad voluntariam deditionem coactum, in Franciam abduxit; Iacobum fratrem Comitis ſancti

Deambulatorium Furanum.

Ioannes Dux Guidoni Comiti Flãdriæ cõfœderatus.

Anno 1298. *Adolphi Imp. interitus.*

Anno 1300. *Ioannis III. natiuitas. Mechlinia à Duce emta.*

Guido Comes Flandriæ captiuus.

ſancti Paulli ſummum Flandriæ præfectum relinquens. Receptus igitur Mechliniæ Dux ſummo cum honore, Stapulam (eſt id ius commercij, quo merces aliquò illatæ transferri non poſſunt, niſi priùs ſtatutis loco & tempore, ciuibus aut mercatoribus eius loci venum expoſitæ fuerint) auenæ, ſalis, & piſcium, quibus ex veteri Antuerpia fruebatur priuilegio, Mechliniæ conceſſit, conſilio Ioannis Bertoldi alterius partis Principis. Quod vt indignè factum fremebant Antuerpienſes, inter alia id aſſerentes, quòd Ducem noſtrum, beneficiario iure ab Imperatore Antuerpiam poſſidentem, iura ciuitatis, ſuo arbitrio, non liceret mutare. Eodem anno Hugo epiſcopus Leodienſis, vrgente quorumdam inuidiâ, ſubmotus, Biſontio archiepiſcopus datus eſt, ſubrogato Adolpho à Waldoch. Menſe Iulio Guilielmus frater Ioannis Bertoldi Mechliniæ Principis, epiſcopus Vltraiecti, à ſuis prœlio interemtus eſt. Sequenti anno plebs Flandrica Francorũ iugum excuſſit; initio à Brugenſibus ſumto, quos Iacobi præfecti inſolentia eò adegerat. Hoc repulſo, interemtiſque Francorum primis, Brugenſium exemplo, Gandenſes ceterique Regios eijciunt: confeſtim ſe duces multitudini præbuêre, Guido Namurci Comes Guidonis Comitis capti filius, Guilielmus item à Iuliaco, Ioannes Dominus de Cuyck, Brabantinus; & ex eadem gente Goſuinus à Goſſenhouia, Eques clariſſimus. His in Franciam relatis, decretæ in rebelles expeditioni, Robertus Comes Atrebatium ductor eligitur; quem comitabantur Rudolphus à Nella Comeſtabuli, Guido Comes ſancti Paulli, Robertus Comes Bononiæ, Gothfredus item noſtri Ducis patruus, Comes Virſonis cum Ioanne filio: quibus id animi fuiſſe, Iacobus Meyerus aſſerit, vt Nepotem Brabantiâ eijcerent, ſi res in Flandria proſpere ceſſiſſet: ac in eum finem Teneramundæ præſidia immiſſa, quod credere non poſſum Menſe Iulio cùm Franci ad Cortracum caſtra locaſſent, Flandri cum omnibus copijs eò mouent. Ceterùm commiſſis exercitibus Francica nobilitas ſuperbâ temeritate ac nullo ordine in prœliũ ruens, omnibus ſuis exitio fuit. Deferbeſcente etenim primo furore, cùm à Flandris ſummâ virtute exciperentur, fœdam fugam

Anno 1301. *Dux Mechliniæ receptus.* *Stapula auenæ, ſalis, & piſciũ Mechlinienſibus conceſſa.*

Ioannes Bertoldus alterius partis, Mechliniæ Dominus.

Hugo epiſcopatu Leodienſi ſubmotus. *Adolphus Leodienſis epiſcopus.*

Guilielmi Bertoldi epiſcopi Traiectẽſis interitus. *Anno 1302.* *Flãdri ea Frãcorum iugum detrectãt.*

Ductores Flandrorum. *Ioannes Dominus à Cuyk.* *Goſuinus à Goſſenhouia Eques Brabãtinus.* *Robertus Atrebatium Comes, belli in Flãdros Dux.*

Gothfredus Comes Virſonis.

Caſtra Francorũ ad Cortracum.

Nobilium Francorum temeritas.

Flandrorum victoria.

 iniêre,

Digitized by Google

inière, inſecuti mox Flandri, promiſcuâ omnium cæde factâ, victoriam obtinuêre. Cæſa Francorum capita Robertus Comes, Gothfredus noſter cum Ioanne filio, ac Equitum Brabantinorum nobiliſſimi, qui eum ſecuti fuerant; Arnoldus VVeſemaliæ, Arnoldus VValchemi, Henricus Bautreſhemi Domini; Laurentius filius Domini VValhemij, Baldardus à Paruiſio, Arnoldus ab Echouia cum Ioanne filio, Geldulphus à Vuinga, Arnoldus ab Hoffſtadio cum tribus nepotibus, Dominus Cranedunci, & Louanienſes equites, Henricus à VVilra, Guilielmus à Radinga. Acta hæc XI. Augusti. Conceſſêre mox in Flandrorum poteſtatem Inſulæ, Duacum, Caſſetum, ac poſtrema omnium, Teneramunda. Porrò Gothfredus Comes Virſonis duas filias reliquit, vnam Harecuriæ Comiti, alteram Loſſenſi nuptas, qui ſoceri opes inter ſeſe diuiſêre: ille Arſcotanum Baronatum cum Birbacenſi, Loſſenſis verò Sichenas cum Rodia ſanctę Agathæ accipientes. Inuentus poſtea impoſtor, qui ſe oris ſimilitudine Virſonium mentiretur, creditus adeò, vt à vidua Comitis thoro reciperetur: verùm detecto dolo, perpetuis vinculis addictus eſt. Eodem anno, Adolphus epiſcopus compoſitâ Foſſenſium ſeditione, ac Miruâ arce expugnatâ, Leodum reuerſus, non ſinè veneni ſuſpicione interijt. Philippus verò Rex poſt ſuorum cladem, iterum in Flandriam deſcendens, obijcientibus ſeſe cum fortiſſimo delectu Namurcenſi ceteriſque ductoribus plebis, retroceſſit. Fine eius anni Guilielmus à Iuliaco, Ioannes Dominus de Cuyck, Henricus Dominus de Loches Limburgenſis Flandros ad Arcas obſidendas ducentes, ab Odomarenſi præſidio afflicti ſunt. Dum hæc fierent ex Mechlinienſium rebellione in Brabantia nouum bellum exoritur: hi etenim, cæſo quodam è Ducis familia, cùm ad interfectores puniendos Dux, eò contenderet, receptâ in ſeſe, paucorum ſontium cauſſâ, opidum clauſêre. Ob quam iniuriam commotus Dux, primo vere opidum maximis Brabantinorum viribus, & aſſumto Ioanne Bertoldo, circumſedit. Cœpta initio Martij obſidio, cùm ad finem eius menſis duraſſet, Prædicatores quidam

Gothfredi Comitis Virſonis ac Brabātinorum equitum interitus.

Inſulæ, Duacum, Caſſetū Teneramunda à Flandris capta.

Gothfredi Comitis Virſonis liberi.

Dominiorum Gothfredi, in Brabantia, diuiſio.

Falſus Gothfredus.

Adolphi epiſcopi Leodiēſis mors.

Philippus Rex à Flandris repulſus.

Flandri ab Odomarēſibus victi.

Mechlinienſe bellum.

Mechlinienſes Duci opidum precludunt.

Mechlinia obſeſſa.

Digitized by Google

quidam ac Franciſcani in caſtra egreſſi; reuerentiâ proximorum feſtorum Paſcalium inducias impetrauêre, vt interea de pacis conditionibus ageretur. Ea pacis ſpes effecit, vt excubijs minùs inuigilarent noſtri. Quod conſpicati Mechlinienſes ad omnes occaſiones intenti, in Antuerpienſium ac Lyranorum caſtra ferociùs eruperunt: quorum plurimis trucidatis ſummâ tamen virtute in opidum repulſi; quamquam Dux, Diliâ fluuio dirimente, ſuis adeſſe non poſſet: inter cæſos eminebant Gerardus Vorſelariæ Dominus, & Gothfredus à Lyra Equites fortiſſimi. In hac obſidione inter Louanienſes ac Antuerpienſes de Lyranis controuertebatur: quos ſub Louanienſium ſignis militare ſolitos, Valterus Folcardus tum eorum ductor ad Antuerpienſium caſtra trahere auſus: vnde non mediocriter offenſi Louanienſes vix Ducis interceſſu placati ſunt, nè Folcardo manus inferrent. Ita tamen vt dictum eſt, Lyrani pœnas dedêre, quòd vetera ſigna reliquiſſent. Repulſis porrò in opidum Mechlinienſibus, præciſâ omni ſpe pacis, obſidio arctiùs vrgebatur, & vigiliæ maiore diligentiâ agebantur. Initio ſequentis anni Ioannes Dux Brabantinis ob auxilia in bellum Mechlinienſe collata, multa conceſſit priuilegia: inter quæ Louanienſibus; Nè de ciue, alibi quàm in vrbe, iudicetur; néve ciuis alibi vinclis conſtringatur: acta hæc menſe Maio in caſtris, adhibitis teſtibus, Gothfredo Comite Vianæ, Ioanne Domino de Cuyck, Gerardo Rochelariæ, Arnoldo Walchemi, Gerardo Diſthæ, Arnoldo Weſemalio, Bergæ Dominis, Daniele à Bouchanda, Iuano à Meldert Equitibus, Gothfredo ab Hellebeca Seneſcallo Brabantiæ. Porrò Mechlinienſes famis metu ſæpiùs egreſſi, vt commeatum è vicinis agris vrbi inferrent, cùm à noſtris graui ſemper clade afflicti, ac plerumque interceptis ijs, quæ congeſſerant, prohiberentur; aliud inuentum excogitârunt: conſtructis ſiquidem nauibus bellicis Diliâ in Scaldim vecti, ex oppoſita Flandriæ ora aliquandiu eſui neceſſarijs fouebantur: donec obiectâ pari numero Ducis claſſe ad Replemondam nauali prœlio ſuperati, cæſis, captis,

Mechlinienſium, durantibus inducijs, eruptio.

Mechlinienſium eruptio repulſa.

Gerardus Dominus Vorſelariæ & Gothfredus à Lyra Eques cæſi.

Lyrani ſub ſignis Louanienſium an Antuerpienſiũ militarent, cõtrouerſum.

Anno 1303.
Priuilegia Louaniẽſibus à Duce data.

Mechlinienſium anguſtia.

Mechlinienſes naues commeatus inuehendo ſtruunt.

Prœlio nauali Mechlinienſes victi.

captis, merſíſve omnibus pæne ſuis ad extremas compulſi an-
Mechlinienſium deditio.
guſtias, deditionem facerent, eâ lege, vt porta Bruxellenſis, ac
muri propinqui deijcerentur: quod nè fieret, ingenti auri vi à
Duce redemêre. Acta hæc menſe Septembri. Eodem menſe
Ioannes Dux, cùm in Ioannem Hollandiæ ac Hannoniæ
Comitem, Flandris confœderatus, bellum appararet; à ſuis
opem expoſtulans, non antè impetrauit, quàm id gratuitum
Ioannes Dux in Hannoniã bellum parat.
fore, nec ex vlla obedientiæ neceſſitate deberi, profiteretur:
cuius profeſſionis chartæ nos cauſſam inſertam vidimus, vi-
delicet; quia non Reip. cauſſâ id bellum ſuſciperetur, ſed in
Flandrorum ſolummodo gratiam. Obſignata eſt à Duce Io-
anne, Domino à Cuyck, Gerardo Domino Rochelariæ Da-
pifero, Gerardo Weſemalio, Domino Bergæ, filio vt puto
Arnoldi, (cuius hoc eodem anno meminimus) Henrico à
Theobaldus epiſcopus Leodienſis
Cuyck, Daniele à Bouchouda Equitibus. Eodem anno Theo-
baldus frater Henrici Comitis Barenſis, epiſcopatum Leo-
Flandri Hollandos & Atrebatos bello petunt.
dienſem ſuſcepit. Et Flandri non contenti prioribus bellis
multo maiora animo complexi, Atrebatibus ac Zelandis, à
diuerſiſſimo limite vicinis ſuis, vno eodemque tempore arma
intulerunt. Ceſſit non improſpere vtrumque bellum; Atreba-
Terauana à Flãdris capta.
ticum quidem captâ Terauanâ, alijſque ignobilioribus opidis,
Guido Comes datis obſidibus remiſſus.
Philippum Regem, ad inducias perpulit, quâ dimiſſus, datis
obſidibus filijs, Guido Comes in Flandriam venit: Zelandicum
Middelburgũ à Flandris captum.
verò capto ante eius reditum Middelburgo, poſtea in Hollan-
Anno 1304.
diam tranſlatum eſt. Anno videlicet inſequenti, vbi captâ
Leida, Delphi à Flãdris capta
Leidâ, Delphi, ac omni præter Harlemum vlteriori Hollan-
Bellum Hollandicum.
diâ, ductu Guidonis iunioris filij Guidonis Comitis Namur-
cenſis: in citeriori verò captis, Seuenbergâ, Gertrudis-Bergâ,
Dordraco repulſus Dux.
Dordracum Dux noſter obſidebat. Vnde virtute Nicolai Pu-
teani diſcedere coactus, omnia pari, quâ ceperat celeritate,
amiſit: in reditu non modicâ cladê affectus à perſequentibus
Hollandi Boſcũ incendunt.
vſque Boſcum Hollandis: cui opido ignem tum iniectum
Flandri Hollandia eiecti.
ferunt. Pari virtute eiecti eo anno totâ Hollandiâ Flandri, &
Guido Comes in cuſtodiam redit.
Guido Namurcenſis in Zelandia captus. Porrò finitis inducijs
Guido ſenior Comes, vti pactus erat, iterum in Francorum
Philippi Regis in Flandriam expeditio.
vincula abijt. At Philippus Rex, maioribus quàm vnquam
antea

Digitized by Google

anteà copijs, in Flandriam deſcendens, cum Flandris dubio Marte congreſſus, Inſulas obſedit; Mariâ regis nouercâ & amicâ Ducis noſtri, Ioanne item Duce, Amadeo Sabaudiæ Comite, multũ interim laborantibus, vt pax coïret. Conuentum tandem in hoc, vt ſummâ pecuniæ (quæ tamen 800000. librarum non excederet) mulctæ loco perſolutâ Comes comitatum reciperet, Flandris ſua libertas maneret: Duaco interim ac Inſulis Regi arræ ſtitis: Inſuper octo arbitri, vtrimque videlicet quattuor legerentur, qui reliqua componerent; quibus peractis, Guido Comes Compendij obijt. Lecti mox arbitri à Francorum parte; Ludouicus Comes Eburonicum, Robertus Dux Burgundiæ, Amadeus Comes Sabaudiæ, Ioannes Comes Druidum: à Flandris, Ioannes Dominus de Cuyck Brabantinus, Ioannes à Gaura Dominus Scornacij, Gerardus Maurus Burgrauius Gandenſis, Gerardus Sotteghemi Dominus. Hoc tẽpore obijt Gerardus a Milla cognomento Bochardus vir ſtrenuus, conditus in cœnobio Parcenſi. Menſe Iunio anni ſequentis Achiaci ad fluuium Oringiam pax anni prioris maximâ ſui parte commutata eſt. His additis, nè à Comite Nobilibúſve Flandriæ contra Francos fœdus iniri liceret, comitatu in fiſcum redigendo, ſi ſecus fieret: Inſula, Duacum Orchiacum, Caſſetum, Curtracum vſque ad 20000 nummûm aſſignationem arræ ſtent. Gandaui, Brugæ, Hipræ, Inſulæ, Duaci muros Regi demoliri liceret. Hæc aliaque complura Robertus maior Guidonis filius iurare compulſus priuſquam vinculis eximeretur. Signatam lego hanc pacem à Ioanne Duce noſtro, Henrico Comite Luceburgi, ac Nobilibus Flandriæ pæne omnibus. Sequenti anno ſeditionibus in Brabantia laborari cœpit, plebe in nobilitatem inſurgente: & maximè Bruxellæ, vbi ignobile vulgus in vnum collectum, pulſis Patricijs, domos eorum funditus demoliebatur, fruſtra nè id fieret, vxore Ducis deprecante. Quo intellecto Dux noſter, coacto exercitu primùm Furas, indè Viluordiam conceſſit. At perduelles, comperto Ducem Furæ conſiſtere, primâ die Maij, extentis ſignis eò properant. Diſceptabatur tum in Ducis

Et peſtilentia. Inſulæ obſeſſa. Pacis mediatores.

Pacis conditiones.

Guidonis Comitis obitus. Arbitri pacis.

Anno 1305. *Pacis leges mutatæ.*

Anno 1306. *Seditio Bruxellenſium in Patricios.*

Ducis in Bruxellenſes bellum.

Digitized by Google

conſilio, obuiámne multitudini eundum eſſet, quibuſdam pacis impetrandæ cauſſâ eam aduenire aſſerentibus. Placuit tandem militem Vıluordiâ educi, cùm nec legatis miſſis, nec caduceatoribus, Bruxellenſes quid peterent, ſignificarent. Occurrêre alteri alteris in latiſſimis Viluordianis pratis, vbi vtrimque explicatis ordinibus, cùm aliquamdiu dimicatum eſſet, Bruxellenſes ceſſêre: quorum multis cæſis, reliqui in deditionem venêre. His Bruxellam renuntiatis, trepida vrbs Ducem muris recepit. Qui abolitis ijs, quæ in nobilitatis perniciem excogitârant plebei, Magiſtratibuſque plebeis depoſitis, Patricios priſtino ſtatui reſtituit, edicto promulgato, cuius capita præcipua hæc fuêre; Vt ſingulis annis octiduo ante Natalem Baptiſtæ ex ſeptem Patriciorum familijs, eorũ videlicet, qui Sherhuychs, Leones, à Rodebeca, Sher-roeloffs, è Via ſtrata, à Frigidomonte, & ab Aquis, eorumque qui ad eas pertinent, ſeptem Scabini deligantur; ſinguli videlicet è ſingulis familijs, vt electio hæc ab ijs, qui prioris anni ſcabinatu defunguntur, fiat: Vt electos reijcere Duci integrum ſit, alio ex eadem familia ſurrogando. Nè ab opificum collegijs conuenticula vel tributorum collationes inuito Senatu fiant. Opificum ſinguli à Duce iuſſi arma tradant; Priuilegia à Duce plebi ab anno 1303, vſque nunc tradita obſoleſcant: Vt gubernacula Xenodochij ſancti Nicolai penes Scabinos ſint: Prouentibus verò eiuſdem, inopes, Patricij ſolùm generis, ſuſtententur. Nè opifici alterius gratiâ conciuis arma liceat ſumere, niſi conſanguinei. Vt textores, fulloneſque motus auctores vrbe excedant. Vt præter ſeu Amptmannus vrbis Patricijs deinceps auxilio ſit, ſi quem à plebe motum fieri contingat. Eo negante opem Patricijs liceat ſuo arbitrio ſeditionem coërcere. Edictum hoc obſignarunt, Ioannes Dux, Gerardus Comes Iuliaci, Arnoldus Comes Loſſenſis, Ioannes Dominus de Cuyck, Florentius Bertoldus Dominus Berlariæ, Raſo Dominus Lydekercke, & Bredæ, Gerardus Diſthæ, Gerardus Vueſemalius Dominus Bergæ, & Vuoudæ, Gerardus Dominus Rochelariæ, Arnoldus Dominus Vueſemaliæ, Marſcallus Brabantiæ, Otto à Cuyck, Domi-

Bruxellenſes profligantur. Dux Bruxellam ingreſſus

Edictum pacis inter Patricios ac plebem.

Septem Patriciorum familiæ Bruxellæ.

Proceres, & nobiles Brabantiæ obſignantes.

Dominus Zalchemi, Ioannes à Louanio Dominus Harſtalli; Ægidius Bertoudus Dominus Mechliniæ; Daniel à Bouchouda, Henricus à Vuanga, Seneſcallus Brabantiæ, Iwanus à Meldert, Valterus à Vuinegchemo. Acta hæc menſe Iunio. Menſe Septembri eiuſdem anni, Ioannes Dux Louanienſibus conceſſit hæc iura: Vt omnem motum contra Remp. ortum Senatui coërcere liceat. Ne monachorum collegijs fundos hereditarios poſſidere liceat. Ne cui ciuem Louanienſem inuitum ad ſingulare certamen prouocare liceat. Obſignârunt hoc priuilegium, Ioannes Dux, Henricus Comes Lucceburgi, Ioannes Comes Namurci, Arnoldus Comes Loſſenſis Dominus Chineyæ, Gerardus Comes Iuliaci, Reinaldus Dominus Falcoburgi, Monioy, & Bautreshemi, Guido à Flandria, Ioannes Dominus de Cuyck, Gerardus Dominus Rochelariæ, Gerardus Dominus Diſthæ, Arnoldus Dominus Weſemaliæ, Gerardus Vueſemalius Dominus Bergæ, Florentius Bertoldus Dominus Berlary, Otto à Cuyck Dominus Zalchemi, Henricus Dominus Heuerlæ, Ioannes à Louanio Dominus Harſtalli & Gaſebecæ, Ægidius Bertoldus Dominus Mechliniæ, Daniel à Bouchouda eques. Menſe Ianuario anni ſequentis celebratæ nuptiæ Eduardi iunioris regis Anglorum, & Iſabellæ filiæ Philippi Pulcri Regis Franciæ: quibus etiam Ioannem Ducem noſtrum interfuiſſe tradunt. Ex eo matrimonio prodiens Eduardus III. Rex, poſt aliquot annos Francorum regnum, mortuis auunculis cum maxima Francorum ſtrage repetijt. Kal. Maij ſequentis anni Albertus Imperator haut procul Rinfelda, inſidijs Ioannis patruelis ſui, perijt. Cui à Principibus Germaniæ Henricus Lucceburgi Comes, Ducis noſtri Ioannis sorororius, ſuffectus eſt, ſpreto Philippo Francorum Rege, qui ſummo labore Imperium ambiebat. Coronatus Henricus Aquiſgrani Epiphaniæ feſto, frequentiſſimo Principum concilio, mox in Italiam iter adparauit. Obijt eo anno Ioannes Dominus de Cuyck Brabantinus, vir tam re militari, quàm prudentiâ excellentiſſimus, quique Flandris fortiſſimus Francico bello ductor exſtiterat. Succeſſit huic Ioannes filius. Anno 1309. Antuerpienſes ſtapulam

Priuilegia Louanienſibus à Duce conceſſa.

Proceres & nobiles obſignatores.

Anno 1307.

Nuptiæ Edouardi III. Anglorum Regis.

Anno 1308.

Alberti Imperatoris mors.

Henricus Comes Lucceburgi Imperator.

Henricus Aquiſgrani coronatus.

Ioannis Domini de Cuyck obitus.

Anno 1309.

Stapula Antuerpienſibus reddita.

Cruce ſignatorum in Iudæos motus.

auenæ, ſalis, ac piſcium ab Henrico Imperatore recuperârunt: datis ea de re litteris XXIX. Octobris. Colluuies hominum ex inferiori Germania ac Francia, prætextâ cauſſâ

Iudæorum clades.

belli Saracenici, Iudæis hoc anno magnam cladem intulit, quos, bonis ſpoliatos, pecudum more, iugulabant. Quare

Genapia à Duce Iudæis conceſſa.

veritus Dux noſter, nè conſumtis Iudæis, aliò horum efferatorum hominũ impetus verteretur, Genapiam Iudæis in Bra-

Genapia obſeſſa.

bantia commorantibus præſidio conceſſit: iiſque mox à Cru-

Cruce ſignati victi.

ce ſignatis obſeſſis opitulatus, magnam obſidentium copiam interfecit. Cuius victoriæ metu reliquis diſperſis, inſanus hic furor conſenuit. Obijt Valterus Burggrauius Furæ. An-

Anno 1310.

Venditio Mechliniæ reuocata.

no milleſimo trecenteſimo decimo. Theobaldus epiſcopus Leodienſis, venditionem Mechliniæ ab Hugone Epiſcopo, Duci noſtro factam, reuocans; in curia Romana obtinuit.

Henricus Imperator Italiã petit.

Itaque Dux noſter decennio ſolo, huius opidi fruitione gauiſus eſt. Eodem anno Imperator, miſſo Ioanne filio ad Regnum Boemiæ occupandum, per ſe Italicam expeditionem

Anno 1311.

Mors uxoris Imperatoris.

inijt, vbi Margaretam vxorem Genuæ amiſit, Ioannis primi Brabantiæ Ducis filiam, è qua Ioannem filium ſuſtulerat

Liberi Imperatoris.

Boëmiæ Regem. Cetera huius expeditionis peculiari opuſcu-

Anno 1312.

Ioannis Ducis ægritudo.

lo de huius Imperatoris geſtis conſcripſimus. Menſe Septembri anni inſequentis, Ioannes Dux noſter, cum ægritudine grauari inciperet, celeberrimum nobilitatis ac populi Brabantici concilium conuocauit: quo præſente, hæc ſalutaria Reipublicæ iura ac priuilegia conceſſit, promiſitque, pro ſe

Statuta Cortebergenſis concilij.

poſteriſque ſuis in perpetuum; Nullum deinceps tributum exigendum, niſi Ducem filióſve ſuos, Equeſtri ordini adſcribi, coniugium inire, aut bello capi contingat: Singulis ſubiectorum Brabantiæ ius ex æquo ac priuilegiorum forma dicendum: Chartas priuilegiorum inconſultis Ordinibus non mutandas: Singulas vrbes in ſua libertate conſeruandas: Eligendos è militari ordine quattuor, populares decem, videlicet à Louanio tres, Bruxella totidem: Antuerpiâ, Thenis, Leuia, Boſcho vnum; ab his poſt vigeſimum quemque diem Cortebergam conueniendum, corrigendumque ſiquid iniuriâ ab aliquo fieri probatum fuerit, decernendum demum quid-

quidquid Reipublicæ vtile inuenerint: Eorum ſententiæ non ſolùm potentiſſimo cuique, verùm & Duci ipſo acquieſcendum, ab ijſdem ſacramentum exigendum, ſeſe pauperi & diuiti æquè iudicium facturos: Qui conuentus Cortebergenſis decretis non obediret, pro perduelli habendum &c. Priuilegium hoc ſigillis ſuis ratum fecerunt, omnes qui concilio aderant: Ioannes videlicet Dux, Gerardus Iuliaci, Arnoldus Loſſenſis, Comites, Gerardus Dominus Hornæ, Reinaldus Dominus Falcoburgi, & Monioyi, Florentius Bertoldus Dominus Mechliniæ, Gerardus Dominus Diſthæ, & Bruggrauius Antuerpiæ, Raſo Dominus Lide-Kerckæ & Bredæ, Arnoldus Dominus Vueſemaliæ; Marſcalcus Brabantiæ, Arnoldus Vueſemalius Dominus Bergæ, Henricus de Louanio Dominus Harſtalli, & Gaſebecæ, Philippus Comes Vianæ Dominus Grimbergæ, Philippus à Viana; Dominus de Rumpſt, Valterus Dominus Angiæ. Henricus Bertoldus Dominus Dufflæ, & Ghelæ, Goſuinus Dominus Goſſenhouiæ, Philippus à Lidekercka Dominus Huluenhoudæ, Ioannes Bertoldus, cognomento à Berlaria, Dominus de Keerberge, Guilielmus Dominus Cranedongæ, Henricus Camerarius Dominus Heuerlæ: Ioannes Dominus Sombreffæ, Gerardus & Ioannes à Quacbeca fratres, Daniel à Bochouda: Gerardus Dominus Herlarij, Raſo Dominus Grauij, Ioannes Menius frater Ducis, Dominus Vuauriæ & Dongelberghæ: Guilielmus à Boulerio, Robertus à Gora, Nicolaus à Dorna, Gerlacus à Boſco, Henricus à Meldert, Ioannes à Radſenhouia ſenior, Ioannes à Radſenhouia iunior, Carolus à Reiuerijs: Ioannes ab Ophema, Iacobus à Gentinis, omnes Equites; Ioannes Dominus Agimontis & Vualhemi, Ludouicus à Lombeca Aduocatus Haſbaniæ, Dominus Calidimontis, Gerardus Dominus Marbeſij, Burggrauius Bruxellæ, Gerardus Dominus Iauchiæ, Guilielmus Dominus Rochelariæ; Alardus Dominus Rauiſij, Robertus ab Aſca, Gerardus ab Aa, Ioannes Dominus de Cuyck, Raimirus Bordon ab Halis, Henricus à Vuanga, Arnoldus à Crainhemo, Ioannes ab Hoſdania, Godfredus à Boſco, Reinerus à Barlamonte, Domi-

Nobiles Brabantiæ.

nūs Bruuiriarū Otto à Cuyck, Arnoldus & Thomas à Diſtha fratres, Arnoldus à Leſdalia, Valterus à Berchemo, item Senatus populuſque Louanij, Bruxellæ, Antuerpiæ, Boſchi, Thenarum, Leuiæ, Niuellæ, Geldoniæ, Genappæ, Lyræ, Herendalſti, Turnohoudæ, Hanuti, Viluordiæ, Furæ, Iſchæ, Merchteniæ, Capellæ. His peractis Ioannes Dux inualeſcente vi morbi, Furæ hac vitâ deceſſit, VI. Kal. Nouembris cuius corpus Bruxellam delatum in baſilica D. Gudilæ conditum eſt, in medio chori.

Mort Ducis Ioannis II.

RERVM

Digitized by Google

RERVM BRABANTICARVM PETRI DIVÆI LIBER XIV,

Geſta Ioannis III. Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgi Ducis continens.

IOANNE ſecundo, è viuis ſublato, cum Ioannes tertius duodecimum annum ætatis necdum expleuiſſet; ex rectorum eius licentia, non paruâ calamitate Reſp. afflicta eſt. Ij etenim theſauros à patre eius collectos, vt externis negotiatoribus (qui Reip. ingentes pecunias crediderant) ſatiſfieret; in rem ſuam vertentes, effecêre, vt negotiatores noſtrates in vicinas regiones commercij cauſſâ profecti, vbique à Reip. creditoribus, vinclis aſtringi iuberentur: quam rei indignitatem vſque in ſequentem annum tulit Brabantia. Tum etenim rectores vrbium in vnum collocuti, cùm diù remedium huic incommodo diligentiùs inquiſiſſent, decreuêre tandem, vt partim tributo viritim collato, partim auro ex ærarijs publicis ſuppleto, externi pacarentur. Cenſus verò, ac vectigalia, quæ Ducali fiſco ab vrbibus debebantur, eatenus non penderentur: donec de auro creditoribus Ducis perſoluto, vrbibus compenſatio facta foret: additum itidem vt prouentus redditusque omnes ducalis fiſci in eamdem compenſationem traherentur. Vtque hæc diligentiùs, maiorique cum fide agerentur, è ſingulis vrbiũ quæſtor vnus delectus, quem defunctum quæſturâ neceſſarium foret rationem conuentui Ordinum dicere: magnâ quæſtorum ducalium indignatione cupien-

Curatorum Ioannis III. Reipub. damnoſa licentia, & auaritia.

Repreſalia exterorum contra Brabantinos.

Anno 1313.

Remedium huic malo à rectoribus vrbium allatum.

cupientium, vt antè factum fuerat, è prouincialium viſceribus expleri. His peractis liberata graui curâ Reſp. & negotiatoribus tutò quovis proficiſci licuit. Menſe Iulio eiuſdem anni Louanienſes & Bruxellenſes fœdus inter ſeſe percuſſerunt, cuius præcipuæ condiciones hæ fuêre; Si ciues aliquos vtriuſque vrbis inter ſeſe controuerti contingeret, per vtriuſque Senatum compeſcendos fore: Vtramque vrbem alteri defendendis contra quemlibet iuribus ac priuilegijs auxilio fore: Si iura alterius à Duce imminui contingat, omnibus viribus alteram id prohibituram: Neutram admiſſuram, vt terminis Brabantiæ quidquam adimatur, &c. Menſe Iunio anni ſequentis Ioannes filius Ioannis Ducis, iam pubertatem attingens Louanij, totius Brabantiæ ducatum accepit, iuratus more maiorum vniuerſæ gentis priuilegia, rata firmaque ſe habiturum; præter hæc, promiſit ſe nuſquam niſi in vrbibus nummum ſignaturum·Reparaturum ſe, ſi quemquam ob debitum ſuum parentúmve ſuorum capi contigerit: Præturam aut apparitionis officia ad vitam nemini daturum: Quæſtoribus anno priori electis omnium prouentuum ſuorum receptionem permiſſurum Quæſtorem ſuum ſingulis annis ad rationes dandas coacturum, &c. Obſignârunt hæc Gerardus Iuliaci Comes, Arnoldus Loſſenſis Comes, Reinaldus Dominus Falcoburgi & Monioy, Florentius Bertoldus Dominus Mechliniæ, Gerardus Dominus Diſthæ, Arnoldus Dominus Vueſemaliæ, Philippus à Lidekercka Dominus Brædæ, &c. A menſe Maio anni inſequentis pluuia per decem menſes continuos durauit, adeo vt nec fruges, nec ceteri fructus eo anno ad maturitatem peruenirent. Subſecuta hinc annonæ caritas extrema, & quâ maiorem totâ Europâ numquam fuiſſe conſtabat. Hæc maximam mortalitatem humano generi inuexit, mendicis paſſim in Baſilicarum ac ædium veſtibulis, in plateis, in agris, præ inedia efflantibus: quorum corpora cum rariùs defoderentur orta hinc peſtis acerbiſſima, multas hominum myriades ſuſtulit. Antuerpiæ hoc tempore trientem modij frumenti 60. groſſis Turonicis vænijſſe proditum eſt. Louanij verò modium nouem florenis. Paullò pôſt Otto Burenæ

Fœdus inter Louanienſes & Bruxellenſes.

Eius leges.

Anno 1314.

Obſignatores Nobiles Brabantiæ.

Anno 1315.

Pluuiæ continuatio prodigioſa.

Et inde fames & peſtilentia.

Digitized by Google

Otto Burenæ Comes. Bruxellæ litem veterem renouat. Repulſus Tylam occupat.

renæ Comes Bruxellam venit, vbi veteri (neſcio vnde) reuocatâ controuerſiâ quadam, cùm à concilio Ducis reijceretur, vt graui iniuriâ offenſus, domum properauit; & Tylam Brabantici tum iuris opidum (ſuperatis, qui ad eum propellendum egreſſi erant, ciuibus) vnà cum victis ingreſſus occupauit, prædâ indè auectâ non mediocri.

Dux in vltionem propendens, continetur.

Quo in Brabantiam relato, ardentem id vlciſci è iuuenili ferocia Ducem, vix proximorum conſilium ſalubre cohibuit, Guilielmum Hollandiæ Comitem Bureni ex filia notha ſocerum offendi metuentium.

Hochſtrati conuentus ad concordiam.

Miſſa tamen in Hollandiam legatio, de iniurijs conqueſta effecit, vt Hochſtrati paci conciliandæ indiceretur: vbi id actum eſt, vt Burenus ſeſe in captiuitatem Brabanticam daret, donec de iniuria ſatisfactum foret; quem mox in ſoceri gratiam noſtri dimiſêre.

Burenus ſpõte captiuus, dimittitur.

Anno 1317. Hallæ Louanij ædificantur.

Menſe Aprili, anni 1317, Phalæ (*Hallam* vocant) textorum Louanij ſtrui cœptæ: in quibus pereunte ibi lanificio, Theologia, Ius, ac Medicinæ hucuſque docentur.

Anno 1318. Bellum contra Reinaldum Falcoburgi Dominum, & eius cauſſa.

Anno ſequenti Ioannes Dux noſter primùm arma cinxit hac de cauſſa. Gerardus Iuliaci Comes poſt diuturnas conflictationes, Reinaldum Falcoburgi Dominum, captum in arce Niderga arctiſſimè cuſtodiebat. Qui tandem promiſſâ ingenti pecuniæ ſummâ dimiſſus, ſuos primùm, mox & externos in agro ſuo prædia poſſidentes, immenſo tributo onerabat. Id indignum rati Traiectenſes, querelam Ducis concilio deferunt. Legati, qui ablata, Traiectenſibus reſtitui, ac vi deinceps abſtineri iuberent, ad Reinaldum miſſi. Nihil ille legatorum monitione mollitus, at peiora multò auſus, Traiectenſes bello vrgere cœpit. Quo comperto hoſtis iudicatus, & bellum contra eum decretum, ſeueriſſimo delectu toti Brabantiæ imperato.

Expeditio in Falcoburgū.

Menſe Iulio Ioannes Dux, comitatus omni pæne nobilitate, Moſam tranſgreſſus vaſtato Falcoburgenſi agro;

Sitterij obſidio.

Sitterium opidum, cui incolæ regionis fortunas, reſque ſuas intulerant, obſidione cinxit. Inerat huic oppido præſidium fortiſſimum, Duces item expertiſſimi: à quibus oppugnatores ſæpius cruentes repulſi: accidit Kal. Auguſti vt Louanienſes propugnaculum vnum aggreſſi, eo potirentur; quorum æmulatione Antuerpienſes cum Mechlinien-

cupientium, vt antè factum fuerat, è prouincialium viſceribus expleri. His peractis liberata graui curâ Reſp. & negotiatoribus tutò quovis proficiſci licuit. Menſe Iulio eiuſdem anni Louanienſes & Bruxellenſes fœdus inter ſeſe percuſſerunt, cuius præcipuæ condiciones hæ fuêre; Si ciues aliquos vtriuſque vrbis inter ſeſe controuerti contingeret, per vtriuſque Senatum compeſcendos fore: Vtramque vrbem alteri defendendis contra quemlibet iuribus ac priuilegijs auxilio fore: Si iura alterius à Duce imminui contingat, omnibus viribus alteram id prohibituram: Neutram admiſſuram, vt terminis Brabantiæ quidquam adimatur, &c. Menſe Iunio anni ſequentis Ioannes filius Ioannis Ducis, iam pubertatem attingens Louanij, totius Brabantiæ ducatum accepit, iuratus more maiorum vniuerſæ gentis priuilegia, rata firmaque ſe habiturum; præter hæc, promiſit ſe nuſquam niſi in vrbibus nummum ſignaturum. Reparaturum ſe, ſi quemquam ob debitum ſuum parentúmve ſuorum capi contigerit: Præturam aut apparitionis officia ad vitam nemini daturum: Quæſtoribus anno priori electis omnium prouentuum ſuorum receptionem permiſſurum Quæſtorem ſuum ſingulis annis ad rationes dandas coacturum, &c. Obſignârunt hæc Gerardus Iuliaci Comes, Arnoldus Loſſenſis Comes, Reinaldus Dominus Falcoburgi & Monioy, Florentius Bertoldus Dominus Mechliniæ, Gerardus Dominus Diſthæ, Arnoldus Dominus Vueſemaliæ, Philippus à Lidekercka Dominus Brædæ, &c. A menſe Maio anni inſequentis pluuia per decem menſes continuos durauit, adeo vt nec fruges, nec ceteri fructus eo anno ad maturitatem peruenirent. Subſecuta hinc annonæ caritas extrema, & quâ maiorem totâ Europâ numquam fuiſſe conſtabat. Hæc maximam mortalitatem humano generi inuexit, mendicis paſſim in Baſilicarum ac ædium veſtibulis, in plateis, in agris, præ inedia efflantibus: quorum corpora cum rariùs defoderentur orta hinc peſtis acerbiſſima, multas hominum myriades ſuſtulit. Antuerpiæ hoc tempore trientem modij frumenti 60. groſſis Turonicis vænijſſe proditum eſt. Louanij verò modium nouem florenis. Paullò pòſt Otto Burenæ

Fœdus inter Louanienſes & Bruxellenſes.

Eius leges.

Anno 1314.

Obſignatores Nobiles Brabantiæ.

Anno 1315. *Pluuiæ continuatio prodigioſa.*

Et indè fames & peſtilentia.

renæ Comes Bruxellam venit, vbi veteri (neſcio vnde) reuocatâ controuerſiâ quadam, cùm à concilio Ducis reijceretur, vt graui iniuriâ offenſus, domum properauit; & Tylam Brabantici tum iuris opidum (ſuperatis, qui ad eum propellendum egreſſi erant, ciuibus) vnà cum victis ingreſſus occupauit, prædâ indè auectâ non mediocri. Quo in Brabantiam relato, ardentem id vlciſci è iuuenili ferocia Ducem, vix proximorum conſilium ſalubre cohibuit, Guilielmum Hollandiæ Comitem Bureni ex filia notha ſocerum offendi metuentium. Miſſa tamen in Hollandiam legatio, de iniurijs conqueſta effecit, vt Hochſtrati paci conciliandæ indiceretur: vbi id actum eſt, vt Burenus ſeſe in captiuitatem Brabanticam daret, donec de iniuria ſatisfactum foret; quem mox in ſoceri gratiam noſtri dimiſère. Menſe Aprili, anni 1317, Phalæ (*Hallam* vocant) textorum Louanij ſtrui cœptæ: in quibus pereunte ibi lanificio, Theologia, Ius, ac Medicinæ hucuſque docentur. Anno ſequenti Ioannes Dux noſter primùm arma cinxit hac de cauſſa. Gerardus Iuliaci Comes poſt diuturnas conflictationes, Reinaldum Falcoburgi Dominum, captum in arce Niderga arctiſſimè cuſtodiebat. Qui tandem promiſſâ ingenti pecuniæ ſummâ dimiſſus, ſuos primùm, mox & externos in agro ſuo prædia poſſidentes, immenſo tributo onerabat. Id indignum rati Traiectenſes, querelam Ducis concilio deferunt. Legati, qui ablata, Traiectenſibus reſtitui, ac vi deinceps abſtineri iuberent, ad Reinaldum miſſi. Nihil ille legatorum monitione mollitus, at peiora multò auſus, Traiectenſes bello vrgere cœpit. Quo comperto hoſtis iudicatus, & bellum contra eum decretum, ſeueriſſimo delectu toti Brabantiæ imperato. Menſe Iulio Ioannes Dux, comitatus omni pæne nobilitate, Moſam tranſgreſſus vaſtato Falcoburgenſi agro; Sitterium opidum, cui incolæ regionis fortunas, reſque ſuas intulerant, obſidione cinxit. Inerat huic oppido præſidium fortiſſimum, Duces item expertiſſimi: à quibus oppugnatores ſæpius eruentes repulſi: accidit Kal. Auguſti vt Louanienſes propugnaculum vnum aggreſſi, eo potirentur; quorum æmulatione Antuerpienſes cum Mechli-

Otto Burena Comes. Bruxellæ litem veterem renouat. Repulſus Tylam occupat.

Dux in vltionem propendens, continetur.

Hochſtrati conueniunt ad concordiam.

Burenus ſe ſiſtit captiuus, dimittitur.

Anno 1317. Halla Louanij ædificantur.

Anno 1318. Bellum contra Reinaldum Falcoburgi Dominum, & eius cauſſa.

Expeditio in Falcoburgũ.

Sitterij obſidio.

nienſibus aliud vicinũ oppugnantes aliquamdiu, licèt à Bre-
danis iuuarentur, cum cæde reiecti ſunt. Ita vi vrbem expu-
gnari poſſe diffiſus Dux, exſtrui machinas altitudinis immen-
ſæ, quibus ſublatiùs erectis, turribus ac muris propugnatores
Sitteriũ Duci deditur. ſagittis arcerentur, iuſſit; hæc conſpicati illi, pauidiq́ue à futura
fame, deditionem fecêre; vitam ſolùm incolumem pacti: acta
Harlenſium deditio. hæc feſto Laurentij: horum exemplum Harlenſes ſecuti ſunt.
Eodẽ pæne tempore Adolphus epiſcopus Leodienſis, ob ſuos
tributis itidem preſſos infeſtus Reinaldo, Haram arcem Traie-
cto vicinam, cæſis præſidiarijs, euertit. Porrò Reinaldus cùm
à Duce paullò pòſt in gratiam receptus à Traiectenſium iniu-
Reinaldus fidem datam contemnens. ria, ſe deſtiturum promiſit, multatis primùm Sitterio ac Harlâ
opidis. Nec tamen vllâ iuramenti reuerentiâ, poſt Brabantini
Bello fractus ſe dedit, & cuſtodiæ mancipatur. diſceſſum, à Traiectenſibus vexandis, contineri potuit. Vnde
bello iterum petitus, cùm voluntariam deditionem feciſſet;
Louanij in arce cuſtodiæ traditus eſt: eâ tamen libertate, vt
manè exeuntem, ad veſperum redire oporteret. Inter hæc Io-
Ioannes Boëmiæ Rex Bruxellæ partem Brabantiæ petit annes Boëmiæ Rex, idem Comes Luceburgi (qui Henrico
Imperatore ac Margaretâ filiâ Ioannis primi Ducis prodierat)
Bruxellam venit, vbi in conciliũ Ducis admiſſus, partem ſibi
Ducatus Brabantiæ deberi palàm aſſeruit Cui per Rogerium à
Leſdalia Cancellarium, virum diſertiſſimum, reſponſum eſt:
iniquam Duci proceribuſq́ue videri Regis poſtulationẽ, cùm
id ab omni pæne memoria, inter Brabantinos, obſeruatum ſit:
nè maſculo ſuperſtite feminis in Ducatu ſucceſſionis ius de-
tur. Porrò offerre Ducem, vt procerum Brabantiæ ac iuriſpru-
Rex repulſam paſſus bellum minatur. dentum ſententiæ ea de re mos geratur. Quo intellecto Rex
ad minas conuerſus, & ſe, quòd iuris diſceptatione non dare
tur, armis experturũ dictitans, ſtatim Bruxellâ diſceſſit, odiumq́
in Brabantinos altiſſimo corde premens, erupturum poſt ali-
Falcoburgus fugam tentat. quot annos maximo vtriuſque partis damno. Hæc ſubodora-
tus Reinaldus, clandeſtinam Louanio fugam meditabatur.
Genappiæ arctiùs cuſtoditur & certa lege dimittitur. Verùm proditus, Genappiã miſſus, arctiſſimè ibi toto biennio
ſeruatus eſt: donec Leodienſi, Gelro, Hollando, vadibus da-
tis, vt ſi ad certam regrederetur, 21. mille libras argenti ſo-
Anno 1326. luturum, euaſit. Acta hæc circa annum ſalutis 1326. Recrude-
ſcebat

Digitized by Google

Boëmi Regis motus.

ſcebat tum Boëmi cum Duce noſtro diſſidium, Colonienſis ac multorum Tranſrhenanorum fœdere adaucto Boëmo, quibus fiſus Reinaldus falſâ fide, ac deluſis, qui pro eo fideiuſſerant, rurſum Traiectenſium fines incurſare cœpit. Nec ſegnior in ijs vindicandis, quàm olim Dux noſter; ingentem belli apparatum mouens, tranſito Moſa, perduellem ipſum Falcoburgi concluſit: Cumq; nouem hebdomadibus opido aſſediſſet, nullo obſeſſis ſuppetias ferente, ad obſidionales conuerſus artes: nouo cōmento, aggere è ceſpitibus ac materia congeſto, Geualiæ fluminis alueum infra opidum obſtruxit. Vnde effectum, vt fluuius ſolitùm meare prohibitus, ac retrouerſus omnia opidi plana exundans tegeret, incolis omnibus in arcem confugientibus: quam multitudinis hominũ non capacem, mox in poteſtatem venturam conſtabat: niſi Boëmus callidis technis auertiſſet.

Falcoburgus iterum fœdifragus.

Falcoburgi obſidetur.

Obſidentium ſtratagema.

Boëmi techna

Erat tum Gerardus Iuliaci Comes, amicorũ Ducis integerrimus, ac plurimorum in Brabantia poſſeſſor. Hunc pacis interceſſorem parauit: quo agente, præſtitutâ die, colloquia Rodæ conuentum eſt, decretumque ibi, vt Falcoburgi muri diruerentur: inter Boëmum ac Ducẽ pax concors eſſet: cetera arbitrio Boëmi inter Ducem ac Reinaldũ componerentur. Ita quaſi firmatâ iam amicitiâ, Boëmus Ducẽ Bruxellam comitatus, filium illi natum menſe Octobri è ſacro fonte ſuſcepit. Rogatus tamen, vt Reinaldi cauſſæ finem faceret, otium excuſans, domum redijt.

Gerardus Iuliaci comes intercedit.

Rodenſe colloquium eiuſq; decreta.

Falcoburgus per Boëmum eludit.

Eodẽ menſe Dux noſter priuilegium dedit Bruxellenſibus: Nè ciuem bonáve eius, niſi Scabinorum iudicio conuictum, arræ ſiſti liceat: Nè de ciue Bruxellenſi, niſi clarâ luce ſupplicium ſumatur: Nè ciuis Bruxellenſis alibi, quàm in hac vrbe cuſtodiæ tradatur: Nè quis ciui manum immittat, niſi Amptmannus eiúſve apparitores: Nè extraneum, à creditore ſuo ciue Bruxellenſi arræ ſiſti iuſſum, eximi liceat; niſi ſcabinorum iudicio aut creditoris conſenſu liber declaretur: Nè parentum bona, ob liberorum delicta, fiſco addicantur, &c. Signatum ab Ottone Domino de Cuyck, Rogerio à Leuedalia, Domino Orſcoti & Parci, Ioanne à Radeſhouia, Nicolao ab Harlaria, Rudolfo Pipepoio Seneſcalco Brabantiæ, equitibus. Inſequentis anni

Priuilegia Bruxellenſiũ.

Signatores nobiles Brabantiæ.

Anno 1327. *Priuilegia Louanienſiū.* menſe Nouembri, Dux noſter conceſſit hæc priuilegia Louanienſibus: Si ciuem ab aliquo accuſari contingat, vt ſolis Scabinis eam accuſationem prodat prætor; eorumque ſententiâ accuſatum capiat; ſupplicio dedat: Nè ciuis in cuſtodiam extra vrbem abducatur; Nè ciuem cuſtodiæ tradi liceat, qui in iudicium ſiſti, fideiuſſore dato, poſſit: Nè prætoris apparitores tabernariam exerceant; Nè quis Lanificium, intrà *Signatores nobiles.* ſecundum ab vrbe milliarium, exerceat &c. Signatū à Florentio Bertoldo Domino Mechliniæ, Gerardo Domino Diſthæ, Burggrauio Antuerpiæ, Ottone Domino de Cuyck & Heuerlæ, Rogerio à Leuedalia, Domino Orſcati & Parci, Ioanne à Radeſhouia Domino Leze, Rudolfo Pipepoio Seneſcallo, *Eduardus Rex Angliæ, à Scoto bello petitur.* equitibus. Eodem anno Eduardus iunior Rex Angliæ, indicto ſibi, à Roberto Scottorū Rege, bello, auxilia ex inferiori Germania conuocauit; inter quæ fuiſſe reperio Ducem Ioannem: *Anglo Dux auxila adducit.* cui aderant Brabantici equites, Theodericus à Valecuria, Raſo à Grauia, Henricus Bertoldus Dominus Dufflæ, Ioannes à *Capita expeditionis.* Gaſebeca, Ioannes cognomento *Ferrum teli*, Valterus ab Huldeberga, Guilielmus à Courtellis. Cetera huius expeditionis Anno 1328. *Belli Falcoburgenſis renouatio.* Froſſardus conſcribit. Anno ſequenti bellum Transmoſanum renouatum eſt. Ioannes Boëmiæ, Rex arbitrium finiendæ inter Ducem noſtrū & Reinaldum controuerſiæ, in ſeſe receperat. Porrò Duce accelerationem ſententiæ grauiter vrgente, *Niuellenſe colloquium.* Niuellæ colloquium habuêre. Hîc Boëmus, antequam pacis leges proferre vellet, muros Falcoburgi inſtaurari poſtulauit. *Boëmus iniqua petit.* Tam iniquâ Regis petitione cōmoto Duce, infeſtiores vtrimque diſceſſerunt, acerba ſibi mutuò minitati, mox bellū miſ- *Dux exaſperatus bellum indicit.* ſis fecialibus indicentes. Dux noſter curatis eâ hieme expeditioni neceſſarijs, primo vere Moſam tranſmiſit. Primū impetum Falcoburgum excepit, quod celeriùs reparatum Valerano filio Reinaldus commiſerat, cum 300 fortiſſimis equiti- *Expeditio Trāſmoſana.* bus. His pèr nouem hebdomades obſeſſis, nullū quietis tempus conceſsêre Brabantini, interdiu oppugnationibus, noctu Anno 1329. miſſili igni fatigatis. Menſis Maij die nonâ, vigilijs continuis *Falcoburgum ſe dedit.* pæne enecati Falcoburgenſes, licèt cōmeatu ſupplente, vitā ac opidū incolumia pacti, ſeſe poteſtati Ducis permiſêre: quibus per-

Digitized by Google

peractis, Dux, dirutâ arce, domum ſuos reduxit. Boëmus interea in Franciam profectus, Regem varijs ſollicitationibus in Ducem commouebat: ceterùm nihil promouens, vt pacis interceſſor, miſero Reinaldo eſſet, rogabat. Miſſi tum à Rege legati, vt tota controuerſia eius arbitrio cõmitteretur, à Duce poſtulaturi. Qui benignè accepti, remiſſiq; mox, ac vnà cum ijs, è Ducis familia viri prudentiſſimi, qui Regem edocerent, quo in ſtatu bellum eſſet: quòd non cupiditate aliena inuadẽdi, ſed ſuorum tutandorum cauſſâ, aduersùs diuerſorũ ſacramentorum infractorem arma ſumſiſſet: id tamen cùm partim Boëmi, partim aliorum Principũ precibus depoſiturus eſſet; ſe varijs Boëmi dilationibus primùm ludibrio habitum, mox conſpexiſſe ſe conuentu Niuellenſi, quàm inimico in ſe Boëmus animo foret: quare orare Regem, vt bellũ quod ad finem pæne perduxerat, proſequi ſe ſineret. Eâ legatione facilè perſuaſum Regi, nè hoſtibus vllam opem ferret, donec noua ex cauſſa Duci noſtro hoſtis efficeretur, vt pòſt dicemus. Sequenti anno Robertus Atrebas vir fortiſſimus, Franciâ profugit hac de cauſſa. Erant Roberto II. Comiti Atrebatium, qui ad Curtracum ceciderat, liberi duo: Philippus & Mathildis: quorum Philippus ante patrem mortuus, hunc Robertũ reliquit, qui adultus iam litem Mathildi amitæ monebat de Comitatu Atrebatium, quem ſibi deberi contendebat. Cumque diù hæc quæſtio in curia Pariſienſi agitata fuiſſet, tandem hoc anno, ſecundùm Mathildam iudicatum eſt. Vnde ille quaſi iniuriâ ſibi factâ, efferatus, ad Ioannem Namurci Comitem cõſanguineum ſuũ, moxq; indè anno ſequenti, metu nè Regi dederetur, Namurco in Brabantiam confugit: vbi à Duce ſumma cũ gratulatione, vt conſobrinus (erat enim exauia paterna, filia Henrici Ducis Brabantiæ) Louanij plerumq; morabatur. Quo in Franciam relato, Philippus Rex miſſis legatis, Atrebatem vt regni Francici perduellẽ, dedi expetijt. Nõ paruit Dux, nempe nullâ clientelâ Regi obſtrictus; verùm Atrebatem deinceps multo honeſtiùs habuit. Quare, Rex deſtinatis ad Boëmum, ceteroſq; Brabantini hoſtes, multis auri talentis, vt bello Brabantiæ fines vrgerent, mandabat. Coiêre tum fœdere, Ioannes

Arx Falcoburgi diruta.

Boëmus Gallum ſollicitat in Ducem.

Rex Galliæ legatos ad Ducẽ mittit.

Ducis legati Regẽ quietãt.

Anno 1330.

Robertus Atrebas Franciâ profugus.

Qua de cauſſa.

Regi Gallo infenſus.

Dux Atrebatenſem fouet & repetenti Regi negat.

Indè bellum Brabantiæ paratur.

Confœderati in Brabantinos.

Rex Boëmiæ, Comes Luceburgenſis, Balduinus archiepiſcopus Treuirorũ, frater eius, Henricus archiepiſcopus Coloniæ, Adolphus epiſcopus Leodij, Reinaldus Dux Gelriæ, Gerardus Iuliaci, Ioãnes Namurci, Ludouicus Loſſenſis Comites, Eduardus Dux Bari, Comites Marcæ, & de Catzenelnbogen, Reinaldus Dominus Falcoburgi, Valeranus à Falcoburgo Dominus Monioyi, Ioannes frater Guilielmi Comitis Hollandiæ & Hannoniæ, Theodericus Dominus Henſbergæ. Ego litteras penes me habeo, quibus Eduardus Dux Bari, bellũ Louanienſibus indixit, quod Atrebatem vrbe ſuâ recepiſſent, datas in Ianuario anni 1331. Ceterùm ex confœderatis Ducem noſtrum multi cognatione attingebant, plurimi beneficiarij eius erant. Eiuſdem anni menſe Auguſto, permiſit externo cuilibet ius ciuitatis Louanienſis emere, Duci ſemel perſolutis quattuor libris groſſorum Francicorum veterum, & perſoluendis annuis fiſco vrbis quattuor ſolidis: ijs verò, qui anno & die vrbem incoluiſſent, perſolutis ſemel viginti ſolidis ac fiſco vrbis totidem, ius ciuitatis conceſſit. Sequenti anno confœderati Principes indicto Duci bello, adiunctoque ſibi Comite Vgelli (qui Francorum Comes-ſtabuli erat) Trudonenſe opidum petunt, Brabantiam indè inuaſuri. Porrò Dux noſter, licèt hoſtiũ numero longè impar, impauidus tamen aduerſùs hæc, aſſumptis ſibi Brabantinorũ fortiſſimis, ad Haſbanicũ limitem hoſti obuiam prodijt, & munitâ contra omnem impetũ Leuiâ, Heliſhemi conſedit: quæ Abbatia à Thenis in Haſbaniam vergit, paruo, à Trudonenſi opido ſpatio diſſita. Guilielmus interea Hollandiæ Comes, veritus nè exercitus vtrimq; maxima cum ſanguinis effuſione committi poſſent, licèt ob ſenium lecticâ veheretur, in Ducis caſtra ſe contulit: quem cùm pacis cupidum cognouiſſet, indè ad hoſtem paria perſuaſurus diſceſſit: at horum animos pacem omnino aſpernari inueniens, ad Ducem reuerſus; monito vt impetum tantæ multitudinis fortiter exciperet, ſi fortè cominus concertandũ foret, ad ſua dolens reuertit. Hoſtes verò poſt eius diſceſſum, Brabantiam Gallicam ingreſſi, exuſtis vicis, ac Hanuto opidulo, magnam huic Regioni vaſtitatem in-

Ius ciuitatis Louanienſis externis certo precio conceſſum.

Anno 1332. Expeditio in Brabantinos.

Ducis animoſitas ad reſiſtendum, & diligentia.

Guilielmus Hollandiæ Comes partes cõponere tentat;

Sed hoſtes abnuunt.

Digitized by Google

Franci Galliam Brabātiam populātur.

intulerunt: quorum tergis inſiſtens Dux noſter, miſſis fecialibus, poſtulabat, nè inertium hominum more terras deprædarentur; ſed ſi viri eſſent, paratum ſe collatis exercitibus acie decernere. Ceterùm illi Brabantinorũ ſępiùs vires experti, auribus hæc ſurdis ſpernebant. Hollandus verò iterum aſſumto pacis perſuadendæ onere, nihil præter ſex hebdomadũ inducias, impetrare potuit, à XII. Maij cœpturas. Quibus durantibus legati inter Philippũ Regem & Ioannem Ducẽ noſtrum aſſiduè commeantes, de conciliandis his Principibus multùm laborârũt.

Induciæ ſex Hebdomadarum.

Guilielmus verò Hollandiæ ac Hannoniæ Comes, miſſâ Philippâ coniuge ſorore Regis, peruicit, vt colloquio dies præſcriberetur. Perductus tum Dux noſter à Senonum ac Teruanæ epiſcopis, in Franciam; à Rege Compendij exceptus eſt ſummo honore, præſente etiam Philippo Nauarræ Rege, & Duce Eburonicum, Ducis conſanguineo.

Hollandus perficit vt colloquium habeatur.

Dux in Gallia magnificè excipitur.

Ludouicus enim auus Philippi prodierat è coniugio Philippi III. Regis & Mariæ filiæ Henrici tertij. Indè Lutetiam vnà profecti, pace inter ſeſe firmatâ, affinitatem inierunt, Mariâ filiâ Regis, Ioanni Ducis filio deſponſatâ. Eodem tempore Boëmiæ Rex in Franciam veniens, vt Regem à pace diuerteret, nihil præſtare potuit: Nauarro ceteriſq; Ducis conſanguineis obſtantibus.

Pax Lutetiæ componitur, & affinitate firmatur.

Menſe Octobri decreta expeditio in Syriam, cui nomina dedêre, Philippus Franciæ, Ioannes Boëmiæ, Philippus Nauarræ Reges: Ioannes Dux noſter, Otto Dux Burgũdiæ, ac complures alij: ibidem, cùm Boëmius, vt pacem cum Duce iniret, multorum precibus ſollicitaretur, numquam euinci potuit.

Boëmi Regis conatus inanis.

Bellum Sacrũ. Capita Ductorum eius.

His peractis reuerſus domum Dux, filium pulcro comitatu in Franciam miſit; quem mortuâ ante nuptias ſponſâ, Rex multis honoratum muneribus, patri remiſit.

Ioannes Ducis filius ſponſam Galliã petit. Redit muneratus.

De Roberto verò Atrebate quid tum actum ſit, nõ reperio; crediderim, auditâ pace Regis cum Duce, in Angliam profugiſſe. Interim Mechlinia nouum veteribus Ducis noſtri inimicis ſociũ adiunxit, Ludouicum Flandriæ Comitem. Emerat hic vtramque Mechliniæ partem, vnam ab Adolpho Leodienſi epiſcopo, alteram à Reinaldo Gelriæ Duce, qui vnicam Florentij Bertoldi filiam Sophiam vxorem habebat: quorum

Ludouicus Flandriæ Comes Mechliniam emit.

A Mechlinienſibus repudiatur.

rum vterq; per conſiliarios ſuos mandârat Mechlinienſibus, vt ſacramenta tamquam legitimo Principi, Comiti Flandriæ præſtarent. Porrò Mechlinienſes aſpernati Flandrorum imperium, eiectis ijs qui ſacramenta pro Flandro expetitum venerant; legatis miſſis ad Ducem, defendi ſe ab eo, cui beneficiario iure ſubiecti erant, poſtulabant. Et ſanè venditio

Dux Mechlinienſium patrocinium ſuſcipit.

ipſa ſummo iure nulla erat, cùm feuda, inconſulto Domino, vaſallum alienare non liceat. Hæc verò ſola ratio videbatur ſufficere patrocinio Mechlinienſium ſuſcipiendo. Receptus

Eos Sacramēto ſibi adſtringit.

igitur, ſummâ ciuium congratulatione, ſingulos Sacramento ſibi deuinxit. Quod cùm Ludouicus Comes intellexiſſet, Mechlinienſium bonis, quæ in Flandria poſſidebant, fiſco ſuo applicatis, veteres omnes Brabantinorum hoſtes Valentianas pellexit, adſcito etiam in ſocietatem Guilielmo Comite Hol-

Ludouici Flandriæ Comitis confœderati in Ducem.

landiæ & Hannoniæ. Hîc coiêre in fœdus Ioannes Boëmiæ Rex, Coloniæ, Treuirorumque archiepiſcopi Gelrus, Iuliacenſis, Leodienſis, Namurcenſis, Falcoburgenſis, Monioyus, Henſbergenſis, Loſſenſis. Flander verò & Hollandus totius pæne negotij caput erant. Decretum hîc, vt quilibet à ſuo limite Brabantiam inuaderet; néve quis confœderatorum reliquis inſcijs pacem cum Duce iniret. Flander verò tantum ſe bellum à ſua parte illaturum ſpopondit, vt Dux omnem Tranſmoſanarum rerum memoriam penitus abijcere coge-

Flander bellum Brabantiæ indicit, & agros populatur.

retur. His peractis, Duci Furæ tum exſiſtenti per feciales ſinguli vno tempore bellum indixerunt. Primi omnium Flandri à Teneramunda exorſi, Malgam, Lippeloumque cum Affligimenſi cœnobio exuſſêre, Bruxellam fugientibus monachis. Noſter verò Dux productis Aſcâ cohortibus, perua-

Dux pariter Flandriam vaſtat.

ſtato Teneramundam vſque agro Aloſtano, Bruxellam reuertit. Ita agrorum villarumque vtrimque diſpendio certatum, nec vmquam cominus dimicatum, niſi quòd 500. equites Flandros, Bruxellam vſque excurrẽtes Philippus Comes Vianæ, Dominus Grimbergæ, Theodericus à Valecuria, Ioannes

Brabantinorum ex inſidijs victoria.

à Leuedalia, Giſbertus à Vueſemalia, Valterus ab Huldeberga, Hermannus ab Oſſa, Eduardo Duci Barenſi (is enim Duci noſtro tum militabat) coniuncti, in inſidias protractos, loco qui

Digitized by Google

qui *Helleken* dicitur, profligârunt: vbi compluribus trucidatis, 150 capti Louanij & Furæ cuſtodiæ traditi ſunt; vno ſolùm Bruxellenſium deſiderato. Dum hæc in Brabantiæ parte geruntur, in Transmoſanis Rodam validiſſimis hoſtium exercitibus circumuallatá adfertur, eóque rem deductam, vt preſſis inopiâ neceſſariorum præſidiarijs, Ioannes ab Orſtruilra, & Dominus Steuordæ præſidij præfecti, compulſi fuerint cum hoſte paciſci, niſi ante finem menſis ſubueniretur, opidum ſe dedituros. Quo nuntio nequaquam perculſus, ſedulò prouidendum ſtatuit, nè quid in ea parte offenderetur. Mandata itaque Baronibus Brabantiæ Flandrici limitis cura, cùm Nauarræum Regem è Francia ſibi auxilio aduenire, ac iam Hannoniæ fines attigiſſe, impediri verò tranſitú à Guilielmo Comite comperiſſet, aſſumto ſecum Barenſi ac 4000 equitum cataphractorú, Niuellam vſque progreſſus, Guilielmum Comitem Francis tranſitum dare, metu coëgit. Indè maturato in Tranſmoſanos itinere, comitatum Loſſenſem (comite prohibere non auſo) permenſus, Traiectum peruenit. Prægreſſus tum aduentus eius rumor, hoſtes parùm non perterruit, miraculo adſcribentes, eum ijs in finibus videri, quem vix in Brabantia tutum æſtimârant: itaque nihil iam ſpei reliquum erat, niſi Leodienſem à tergo reditum ei præcluſurum. Porrò Dux tranſito Moſâ, calcatâ hoſtili terrâ, commeatum ad ſatiem vſque inuenit, fugientibus paſſim incolis, ac villas omni genere neceſſariorum refertas, præ celeritate relinquentibus, ac alterius diei ſummo mane ad Rodam venit. Exierat iam dies præfixa deditioni, & opidum traditum hoſtes fortiſſimo milite munierant. Vnde acceſſu eius Dux prohibitus, nec obſidionali apparatu inſtructus, Theodericum à Valecuria, Ioannem ab Orſtruilra ad hoſtes miſit, edicturos: aduenisſe ſe iam, vt cominus conſertis manibus de Rodæ poſſeſſione decernerent. At illi dimiſſis legatis, ac ſpretâ in præſens prœliandi condicione, id ſolùm moliebâtur, vt Duce varijs ibi dilationibus diſtento, Loſſenſi ac Leodienſi tempus foret iter prohibendi. Illi etenim deiectis Moſæ pontibus, omnem huic rei operam impendebant. Reuerſis legatis, Dux

Roda obſeſſa

Ducis fortitudo pro iuuandis obſeſſis.

Rex Nauarræ Duci ſe coniungit.

Roda hoſti tradita & præſidio munita.

Dux prœlij copiam hoſti facit, ſed detrectanti.

Digitized by Google

toto die, etſi pluuioſo, ſuos in armis continuit. Altero verò diluculo, compertis ijs, quæ Leodienſes cum Loſſenſibus meditari dicebantur, Traiectum iter vertit: hinc eluſo hoſtium conatu, vſtoque Loſſenſi comitatu, in Brabantiam reuertit. Porrò eo ad Rodam ſedente, præfectus Sitterij, cùm prœlio Ducem cum hoſtibus decertaturum ſperaſſet; cum omni pæne præſidio ad eum profectus eſt. Moxque eâ occaſione Sitterienſes vſi, filios Reinaldi Falcoburgenſis ad ſe vocatos, opido recepêre. Reuerſus in Brabantiam Dux, Francis, qui iam Niuellam venerant, occurrit: cum quibus, de tranſmittendo iterum Moſa, varia conſilia habuit. Illi verò, qui magìs paci componendæ, quàm bello aduenerant; omne medium pacificandis Principibus quærebant: verùm præter inducias nihil concludi potuit: quibus durantibus, legati Philippi Franciæ Regis, inter vtroſque commeantes, effecêre; vt controuerſiam vtrimque arbitrio committerent, ſequentis anni menſe Aprili, æquâ ſententiâ finiendam. Hæc eo anno Brabantini ab hoſtibus vndique cincti fortiter egêre. Conceſſit eo anno Dux noſter Louanienſibus piſcatum in Dylia communem: Venationem item ad orientalem Dyliæ partem omnium ferarum: præter ceruorum, hinnulorum, aprorum. Actum hoc menſe Septembri. Menſe Auguſto confirmatæ chartæ Cortebergenſi addidit; vt ex Antuerpia duos, ad eum conuentum mitti liceret: vnum item à Niuella: promiſit etiam, ſe ſingulis annis in omnes iudices, officiarioſve quoſcumque inquiſitionem, communi Ordinum conſilio, facturum: quâ rectè nè, an ſecus officio functi fuerint, rationem reddere compellentur; initio ſequentis anni, cùm Philippus Rex ſententiam pacis proferre deberet, vſque in Septembrem diſtulit: inducijs eouſque prorogatis: quo tempore quamquam Brabantiæ nihil neceſſariorum inueheretur, omnibus circùm hoſtilibus; omnia tamen meliori ibi pretio vænijſſe, quàm alibi, ferunt. Id verò miraculo adſcribunt: quòd Hollandi, Flandríve nihil toto eo tempore halecum ceperint: quaſi ipſis elementis Brabantiæ fauentibus. Menſe Septembri, has pacis leges Rex edixit: Ioannes

Franci paci componendæ ſtudent.

Induciæ.

Rex Francus arbiter cōtrouerſiæ eligitur

Priuilegia Louanienſium.

Adiecta Cortebergenſi chartæ per Ducem confirmata

Brabantia obſeſſa neceſſariis tamen adfluit.

Leges pacis à Rege Frācorum lata.

nes filius Ducis filiam Hollandi , Henricus filius ſecundus Gelri filiam : Filius Iuliacenſis , filiam Ducis vxorem , ducerent : Hollandum ac Iuliacenſem auri ſummâ Dux donaret , vt & Boëmum ac Leodienſem : Tiliam verò Gelro ipſe , viciſſim ipſi Gelrus quoſdam Hoſdenæ propinquos pagos concederet : Mechliniam Rex eatenus manu teneret, donec de Ducis ac Flandri iure penitus edoceretur: eâ pace, fœdera omnia contra Brabantinum inita diſſoluerentur. His peractis Fredericum à Picquino Rex, qui Mechliniam ſuo nomine cuſtodiret, miſit. Porrò connubia hæc aliqua multo pòſt firmata. Sequenti, anno cùm Ioannes Hoſdenæ Dominus viuis exceſſiſſet; de principatu eius contendi cœpit. Vendiderat hunc, conſilio Ioannis ab Elſbaudia equitis, ac Domini à Craneduncа, Duci noſtro, cuius beneficio multò antè poſſidebatur. Ceterùm eo defuncto, Comes Saffebergæ, qui ſororem eius vnicam, vxorem habebat, Bruxellam veniẽs, Dominio Hoſdenæ inueſtiri cupiebat. non recipiente Duce, verùm ad ſe eum principatum pertinere aſſerente , triſtis domum abceſſit. Vbi coacto haut magno armatorum globo, Turnohoudam vſque excurrit, quo incenſo magnam prędam abduxit, Comitis Guilielmi ſubſidio fretus, cui nec dum amico penitus in Ducem animo, Hoſdenam vendiderat, cuius tamen ille potiri non potuit, arce valido Brabantinorũ præſidio munitâ. Nec multò poſt ſedatâ eâ diſcordiâ , aſſignati Saffebergenſi ex ærario Boſcenſi recipiendi annui 300 regales aurei, ac Hoſdena Duci permanſit. Sequenti anno , cùm inter Louanienſes ac Antuerpienſes de ſeptemdecim vicis Santhouianæ iuriſdictionis controuerteretur ; ſub quorum ſignis militaturi forent : Dux noſter ſecundùm Louanienſes iudicauit , menſe Februario. Eodem anno bellum illud omnium, quæ vmquam ab homine nato geſta ſunt, maximum cruentiſſimumque, originem ſumpſit : quod inter Anglos , Francoſque , etiam poſt multa tempora ſedari non potuit. Regnabat tum Anglis Eduardus , tertius eo nomine, filius Eduardi & & Iſabellæ filiæ Philippi Pulcri Francorum regis: de quorum connubio in geſtis anni 1307 diximus. Hic à patre malo-

Pòſt connubijs firmantur.

Anno 1334. *De Hoſdena controuerſia.*

Comes Saffeberga Hoſdenam petit.

Repulſam patitur.

Turnohoudã incenſam diripit.

Dux ei ſatisfacit.

Anno 1335. *Quæſtio de Santhouianis ſecundùm Louanienſes decisa.*

Bellum inter Anglos & Gallos.

Eduardus III. Angliæ Rex.

malorum conſilijs deditiſſimo, cum Iſabella matre pulſus Angliâ, poſtquam diù in Francia egiſſet, Ioannis Comitis Bellomontani (qui frater erat Guilielmi Hannoniæ Comitis & Hollandiæ) Hannoniorum, Brabantinorum, Flandrorum ac

Origo & cauſſa belli.

Hollandorum virtute in patriam reſtitutus: patre aduerſarijſq́ue in poteſtatem redactis, regnum obtinuerat anno 1327. mox in continentem tranſmittens, Philippo Valeſio nouo Francorum Regi vaſalli-iuramentum, de Aquitania præſtiterat. Hunc Robertus Atrebas (vt antè retulimus è Brabantia in Angliam profugus) incitare indies non deſinebat; vt regnum Francorum, iure materno ſuum, à Philippo Valeſio, quem longè cognationis propinquitate antecedebat, armis repeteret. Rex ſæpiùs hanc rem apud ſe deliberatam priori anno ad concilium retulerat. Placuit Principibus, in continentẽ mitti, qui inferioris Germaniæ Principes in ſocietatem alliceret, Lincolniæ epiſcopum. Hic in continentem nauigans, Hanno-

Socij Regis Angliæ.

niam petit: vbi Guilielmo Comiti Regis ſocero collocutus, cùm is vicinos Principes, Colonienſem, Brabantinum, Gelrum, Iuliacenſem, Falcoburgenſem ſollicitandos cenſuiſſet; in Angliam reuertit. Remiſſus mox cum maximo nobilium comitatu, Ducem primum Brabantiæ, mox Gelrum, Iuliacenſem, Colonienſem, Falcoburgenſem, Arnoldum à Blanckenhemo, Guilielmum à Duueuorda in ſocietatem pertraxit, promittente Duce mille equites ſe Regi adducturum, quàm

Iacobus Arteuilla ſeditioſus in Flandria.

primùm in continentem appuliſſet. Flandri verò Comiti ſuo auerſi Iacobi Arteuillæ hortatu, etiam vltrò amicitiam Anglorum appetabant. Hæc eo anno, Anglus in inferiori Ger-

Anno 1336. *Claſſis Anglica Cadſandiam capit.*

mania peregit. Sequenti anno claſſis Anglorum Comite Derbij, ac Valtero à Manniaco Hannonio ducibus præmiſſâ, Cadſandiam inſulam, profligatâ nobilitate Flandricâ, in poteſtatem redactam exuſſit, atque in Angliam renauigauit. Pridie Kal. Aprilis Dux noſter ac Comes Flandriæ conuenêre,

Mechlinia inter Ducem & Flandrum diuiſa.

vt Mechliniam pariter poſſiderent, alter in clientela alterius; vectigalia æqualiter partirentur; Schultetum, & Quæſtorem ſimul conſtituerent: qui ad Nekerſpolam morantur ciues, Duci; qui ad Blidebergam Flandro ſubeſſent: neutri inuito al-

tero

Digitized by Google

tero munitiones cõſtruere liceret. Sequenti anno Guilielmus Comes Hannoniæ obijt, ſucceſſore Guilielmo, qui Ioannam filiam Ducis noſtri vxorem habebat. Menſe Iunio vxorem Ludouici Imperatoris Louanij fuiſſe reperio, & donatam à Senatu vaſis aliquot vini Rhenani, itidem purpureis pannis, & vno ſturione. Iacobus Arteuilla factioſiſſimus homo, Ludouicum Comitem Anglicum fœdus adſpernantem, Flandriâ pepulit. Fine huius anni, Eduardus Rex in vere Antuerpiam appulit. Anni proximi initio Dux noſter, Reinaldus Gelriæ Dux, Gerardus Iuliaci Marchio, Ioannes Comes Bellimontis Antuerpiam veniunt: vbi de ratione belli conſultato, promiſſoque ſe ad Iulij menſis medium cum exercitibus aduenturos; ſinguli domos ſuas reuertuntur. Dux noſter, miſſo Ludouico à Tranegena in Franciam, Regem orabat, nè quid ſiniſtri ob Anglum receptum de ſe ſuſpicaretur, eum etenim, quòd conſanguineus eſſet, iuſtè terris ſuis prohibere non potuiſſe. Cùm præſtituta dies adueniret, nec Tranſmoſani mouerent, Ducem noſtrum quieſcere prætexentes; vrgebat eum Rex vt ſecundùm promiſſa ad præſcriptum adeſſe non moraretur, nè ſuâ dilatione, reliquis deſciſcendi anſam daret. Ille benignè acceptis legatis, confœderatos Principes Hallas euocauit. Vbi diutiùs collocuti Anglo, vt Imperatoris fœdus expeteret, perſuaſere: quo impetrato, iuſtiorem ipſis in Francos belligerandi cauſſam fore, tamquam iuſſu Imperatoris: nec id difficile fore, quòd Cameracum Franci vetuſtum imperij opidum occupaſſent. Cùm hoc placuiſſet, miſſus in Germaniam, Guilielmus Iuliaci Marchio, omnia pro votis retulit: quo redeunte, conuentu Harcæ Loſſenſis comitatus opidulo celebrato, publicatæ Imperatoris litteræ: quibus Eduardo Vicaria Imperij, & auri nomine Imperatoris ſignandi conceſſa, iuſſique omnes Imperij Principes Vicario tamquam Imperatori obedire: quibus peractis, decretoque vt Cameracum ſequenti anno adgrederentur, ſinguli domos ſuas remeârunt. Eduardus verò Rex totâ eâ hieme in arce Louanieſi moram fecit, vxore ab Anglia eò venire iuſſâ. Pecuniam quoque eâ hieme Antuerpiæ cudi iuſſit, imagine ſuâ & Imperatoris ſigna-

Anno 1337. Obitus Comitis Hãnoniæ. Guilielmus Comes Hannoniæ.

Ludouicus Comes Flandria pellitur.

Anno 1338. Conueniunt Antuerpiæ fœderati.

Dux callidè apud Francū ſe purgat.

Conuenitur Hallis à fœderatis.

Imperator à fœderatis in partes allicitur.

Conuentus Harcenſis. Eduardus Imperatoris Vicarius deſignans.

Digitized by Google

Anno 1339. Textorum Louanij tumultus. gnatam. Initio anni ſequentis, textorum magna copia, ob ſeditionem motam, Louanio pulſa. Eiuſdem anni menſe Iunio, Eduardus Rex Louanio Viluordiam profectus, Anglicas copias, quas iamdudũ euocârat, excepit. Indè Mechliniæ celebrato ſuæ partis Principum colloquio, per Bruxellam, Niuellam, ac Valentianas, verſùs Cameracum perrexit. Paullò pòſt, Germaniæ Principes aduenêre, Dux Gelriæ; Comites Montiũ, Salmæ; Arnoldus à Blanckenhemo, Reinaldus Dominus Falcoburgi, Comes item Hannoniæ & Hollandiæ cũ Ioanne patruo. Sexto pòſt die Ioannes Dux noſter nongentos cataphractos apprimè inſtructos adduxit, miſſoq́; caduceatore (quod antè diſtulerat) Franco bellum indixit, quod adeò legato eius in Frãcia diſplicuit, vt mœrore ſolueretur. Ita clauſi vndique Cameracenſes, quamquam ſæpius oppugnarentur, fortiſſimè ſeſe defenderunt, nullo ferè incommodo ab obſidẽtibus. Quare Rex illato cùm Francũ Peronæ ſuos colligere cõpiſſet, ſolutâ obſidione cum omnibus copijs eò cõtendit. Cumq́; in conſpectu exercitus vtrimq; conſtitiſſent, cùm in Anglicis caſtris dubitaretur, Ioanne Duce noſtro prœlio concendendum cenſente: miſſus in aduerſa caſtra caduceator, tertiã pòſt diẽ prœlio indictã attulit. Cuius die ſummo diluculo vtrimq; acies ordinatę. Eduardus Germanos in prima acie poſuit: Reinaldum videlicet Gelriæ Ducẽ, Comitem Naſſouiæ, Montiũ, Salinæ; Reinaldum Dominũ Falcoburgi, Ludouicũ Marchionẽ Brandeburgi, Ioannẽ Comitem Bellimontis, Arnoldũ à Blanckenhemo, Guilielmũ à Duuenorda. Brabantini verò cũ ſuo Duce ſecundã aciem obtinebant: Otto videlicet Dominus de Cuyck, Hẽricus de Boutreſhemo Dominus Bergarũ, Ioannes de Pollana Dominus Bredæ, Dominus Rodæ, Gerardus Dominus Vorſelariæ, Bernardus Dominus Borneuallis, Reinaldus Dominus Scoonuorſtij, Ioannes Dominus Vuithemi, Giſbertus ab Apcouda Dominus Gaſebecæ, Hẽricus Bertoldus Dominus Duffle, Theodericus à Valecuria, Raſo à Grauia, Ioãnes à Gaſebeca, Ægidius à Quadderibba, Valterus ab Huldeberga, & Flãdri aliquot. Tertiã aciem Anglica nobilitas explebat. totidẽ aciebus Franci diſpoſiti, in quorũ caſtris varia-

Colloquium Mechlinienſe.

Dux bellum Franco indicit.

Cameracum obſeſſum.

Anglus Peronam properat. Prœlium edicitur.

Aciei diſpoſitio, & Procerum nomina, qui Anglo adfuere.

Digitized by Google

variabãt eo die ſentẽtię, multis aſſerentibus inſipientiſſimũ fore, ſi Franci cũ Anglis in ipſo limite regni decernerẽt; ſi vincerentur, proculdubio hoſtẽ regnũ, nullo reſiſtente, perrepturũ. Alterâ porrò die, cùm itidem Franci non mouerẽt; Eduardus Rex cũ Duce noſtro Auennas retrouertit: vbi dimiſſis Germanorũ auxilijs, ambo Bruxellam contendunt. Eò vocatum Iacobũ Artouiilam, Rex varijs modis ſollicitabat, vt Flãdros ſuos fœderi aſſociaret · quod tamen ægre impetrari potuit: grauioribus ſacramentis, pecuniarijs inſuper multis deuinctis Flandris, nè contra Francos quidquam molirentur. Poſtremò, cùm Arteuillæ callido conſilio, Eduardus Franciæ Regis titulũ, vt iure materno ſibi debitum aſſumeret, Gandaui conuentu indicto, Flandri (quaſi ſacramento Regi Francorũ præſtito ſoluti) libentiſſimè partes eius ſuſcepêre; promittẽtes ſe ſuis impenſis Inſulas Duacumq; Francis erepturos. Ibidẽ fœdus ictum eſt inter Brabantiæ ac Flandriæ ciuitates. Acta hæc menſe Decembri. Porrò Eduardus Rex, eo anno Antuerpiâ in Angliam enauigauit, ſupplendo militi ac auro colligendo operam nauaturus. Menſe Martio Dux noſter ſtatuit, Nè cui aurum officij alicuius gratiâ redimendi, exponat: Homicidę, ſi exſulij gratiâ fiat, vt bona ſua reſtituantur: vt Senatui populoq; Louanienſi vrbẽ ſuo arbitrio, inconſulto Duce, munire liceat. Signata ab Ottone Domino de Cuyck conſanguineo Ducis, Ægidio à Quadderibba Domino Bergæ, Ioanne à Carſbeca, Hermanno ab Oſſâ, Equitibus. Initio ſequentis anni, Ioannes Normanniæ Dux, à patre Rege Philippo in Hannoniã, totâ regione fœdè deuaſtatâ, Thynũ obſedit: accurrũt mox ſubſidio Guilielmus Comes Hannonię cũ Ioãne patruo, Ioannes Dux noſter cũ 600 equitibus, Reinaldus Dux Gelriæ, Ioannes Comes Namurci, Comes Montiũ, Reinaldus Dominus Falcoburgi, & cũ 60000 Flandrorũ Iacobus Arteuilla. Ceterũ & hinc ſinè prœlio diſceſſũ, cõſulente Duce noſtro, vſque ad Eduardi Regis aduentũ differri. Is interea profligatâ in Sluſano portu Frãcicâ claſſe, cũ in Flandriã appuliſſet, rectâ Gãdauũ cõtendit: eòdem, ſolutâ Thyni obſidione, cõfœderati Principes properârũt. Indè Viluordiæ habito cõuentu, decretũ eſt, vt menſe

Galli prœliũ detrectant.

Dux & Anglus Bruxellã reuertuntur.

Flandri ad fœdus ſollicitantur.

Et callidè inducuntur.

Eduardus in Angliã redit.

Priuilegia à Duce cõceſſa.

Anno 1340.

Normanniæ Ducis in Hãnoniã expeditio.

Is Thynum obſidet.

Angli aduentus.

Thynum liberatum.

Viluordiæ conuentus.

Digitized by Google

menſe Iulio ſinguli cum exercitibus Tornacum conuenirent, quo cognito, Franci fortiſſimum præſidium immiſêre. Porrò ad præſtitutam diem Anglus, eiuſque confœderati moto

Tornacum à fœderatiſ obſidetur.

procinctu, validiſſimis copijs opidum cinxêre: Rex Martianâ portâ: Dux noſter cum Brabantinis ad Valencenatem in Abbatia ſancti Nicolai, ad alteram ripam Scaldis portâ fontis: Germani his proximi verſùs Hannoniam conſedêre. Vrbe vndique clauſâ, obſeſſi eruptionibus ſæpiùs nõ infeliciter tentatis,

Fortiter defenditur.

oppugnationes hoſtium partim virtute, partim varijs artibus eludebant. Obſeſſores autẽ caſtris ſæpenumerò egreſſi, è vicinis agris ingentẽ prædam caſtris inferebant. Inter quos

Orchia, & S. Amandi fanũ Gallo adimuntur.

Comes Hannoniæ Orchiam, & S. Amandum Francis ademit. Germani verò Anglo militantes variè cum Philippi Regis Francorũ milite conflictabant, qui obſidionem prohibiturus ad pontem Bouinum caſtra locârat. Erat Fontanellæ cœno-

Franci ad pontẽ Bouinũ caſtra.

bio, Ioanna Philippi regis ſoror, eadem Guilielmi Comitis Hannoniæ mater, quæ inter vtroſque Reges ſæpiùs cõmeans,

Induciæ annuæ.

tantum effecit, vt ſpe pacis induciæ annuæ fierent. Lecti vtrimque, quorum arbitrio pacis leges conficerentur ab Anglo.

Lecti ad cõcordiam componendam.

Ioannes Dux noſter, Reinaldus Gelriæ Dux, epiſcopus Lincolniæ, Guilielmus Marchio Iuliaci, Ioannes patruus Comitis Hannoniæ, à Franco, Ioannes Rex Boëmiæ, Carolus Comes

Nihil concludunt.

Alençonij, Adolphus epiſc. Leodij, Ludouicus Comes Flãdriç, Comes Armeniacus: ab his tamen nihil concludi potuit: pòſt,

Anno 1341.

Lilloum aggere munitur.

aliquot nouis belli cauſſis exorientibus; ſequẽti anno Lilloum pagus Scaldi propinquus, qui ante aliquot annos inundatione fluminis arenis tectus fuerat, ſtructis aggeribus à vi fluminis vindicatus fuit, impenſis Alarei præpoſiti Louanienſis reddituarij Brabantiæ.

Anno 1342.

Dux Hoijanis adeſt contra Epiſcopũ Leodienſes.

Anno ſequenti Dux noſter Hoyanis ab epiſcopo Leodienſi iniuriâ affectis opem tulit, quorum opido receptus arcem immiſſo præſidio à vi epiſcopi tutatus eſt. Vnde orto bello, cùm epiſcopus propulſando Duci militem ag-

Ea cõtrouerſia compoſita.

gregaret, Leuiæ in Brabantia, cõtrouerſia compoſita: deducto Hoyo præſidio, ciues ab epiſcopo gratiam commeruêre. Eo-

Incendium Mechliniæ.

Anno 1344.

dem anno Mechlinia incendio peruaſtata. Biennio pòſt, cùm Philippus Rex Francorum Haricuriæ Comitem, alioſq; Norman-

Digitized by Google

mannię Nobiles proditionis inſimulatos necaſſet; Gothfredus ab Haricuria vir fortiſſimus, metu, nè ob conſanguinitatem Comitis pari ſorte interiret, in Brabantiam confugit: vbi multas poſſeſſiones habebat: nam ex Gothfredi Comitis Virſonij filia prodierat. Porrò Dux noſter cùm Regis gratiam ſummo labore Gothfredo conciliare niteretur, nihil effecit. Vnde ille in Francum efferatus, in Angliam profugit, belli fax altera. Menſe Iunio Dux noſter cum Ludouico Comite Flandriæ conuenit, vt perſolutis Comiti 85500 Regalibus, totam Mechliniam obtinêret, impetraretque ſacramenti eius, quo iurauerat Leodienſibus Mechlinienſe opidum numquam à reliqua † Flandria auulſum iri, abſolutionem. Porrò id nè fieret, Leodienſes apud Clemētem Pontificem ſummopere obnitebantur: vt vix interceſſu Philippi Regis, Comes religione iuriſiurandi liberaretur. Eodem anno, Eduardus Angliæ Rex inſtigante Gothfredo ab Haricuria, in Normanniam claſſe venit, quam totam pæne permenſus, vrgente à tergo Philippo Rege, cùm ad Creciacum Picardiæ vicum perueniſſet, aſſumto ex neceſſitate animo, paruis copijs ingentem Francorum ſtrauit exercitum: à quorum parte deſiderati, Ioannes Boëmiæ Rex, Rudolfus Lotharingiæ Dux, Ludouicus Comes Flandriæ, alijque innumeri. Poſt eam victoriam, Eduardus Caleto copias admouit: quod, tutantibus fortiſſimè Francorum nobiliſſimis, vix ſequenti anno obtinuit: ſollicitatis interim Brabantiæ vrbibus, vt in ſocietate contra Francum perſtarent. Porrò Ludouico Comiti, Ludouicus ſucceſſit: quem ſibi generum adſciſcere, Eduardus Rex & Dux noſter Ioannes æque contendebant. Erat alienior ab Anglica, Ludouicus, quòd patris interfectorem, ſocerum nollet. Nēc ob id Eduardus plebem Flandricam (apud quam eius amor, cæſo paullò antè Arteuillâ, multùm deferbuerat) incitare deſinebat, vt Comitem ad filiæ ſuæ nuptias cogerent: ſi id fieret, Inſulam, Duacum, & Betuneam ſe ſuis impenſis recuperaturum, idque Flandris ob lanæ Anglicæ commercium plurimùm vtile fore ſpopondit. his permota plebs, Comitē vellet, nollet, ad affinitatem Angli adeundam compellebat. Qui neceſ-

Gothfredus ab Haricuria.

E Gallia in Brabantiam fugit.

Dux pro eo fruſtra intercedit.

In Angliam abit.

Anno 1346.

Dux Mechliniæ partem à Flādro emit.

† A Flandria Imperiali, in qua eſt Comitatus Aloſtanus; ait Dinterus.

A Iureiurando diſpēſatur.

Eduardi in Galliam noua expeditio.

Et victoria.

Proceres qui à Gallis ceciderunt.

Caletum ab Anglo obſidetur.

Et tandem capitur.

Ludouicus Ludouici F. Comes Flandriæ.

Inuitus à plebe compellitur ad ducendam Angliæ Regis filiam.

neceſ-

Digitized by Google

neceſſitati obſecundans, habitis cum Anglo, Caletum obſidente, colloquijs; cùm ſe totum huic rei affectum commonſtraret: minùs cautè obſeruantibus ſuis, ſimulato aucupio, in Franciam confugit.

In Franciam fugit.

Porrò Ioannes Dux noſter maiore compendio negotium ſuum curabat. Cùm etenim ob ſanguinis propinquitatem nullius pæne Franciæ aut inferioris Germaniæ Principum affinitatem quærere poſſet, ſinè Romani Pontificis veniâ; Philippus Francorum Rex, nec dum penitus placatus Duci, vehementer in curia Romana obſtabat, nè Duci filios filiáſve ſuas nuptum dare volenti, ſanguinis venia daretur.

Gallus impedit diſpẽſationem Ducis liberis ad matrimonia neceſſariam.

Quare Duci opus fuit, amicitiam Regis, miſſis ſuorum primis, iterum expetere. Hoc inter alia promiſſo: ſi Comes filiam ſuam acciperet, effecturum ſe, vt abiecto Anglico fœdere, Flandri in futurum Francis concordes eſſent. Re ad regium Senatum delatâ, placuit Brabantinæ cum Comite connubium.

Dux Francũ delinit, vt filiæ matrimoniũ cum Flãdriæ comite non impediat.

Quo per legatos ſuos relato, Dux miſſis ad Ludouicum Comitem litteris, eum facilè ad id quod volebat, attraxit. Acta hæc eo tempore, quo de Anglico matrimonio tractabatur, paullò antè quàm Comes in Franciam confugeret.

Dux Flandri conſenſum elicit.

Durante hâc obſidione, Eduardus Rex Reinaldum filium Reinaldi Ducis Gelriæ, ad nuptias filiæ Iuliacenſis cogëre volebat, qui memor pacti anni milleſimi trecenteſimi trigeſimi quarti, & iuſſus paterni, quo adegerat eum moriens; vt filiam Brabantini ſibi pactam duceret, in præſenti parere ſe ſimulans, captâ opportunitate ad Ducem, Antuerpiam aufugit, & filiam eius Mariam duxit.

Reinaldus Dux Gelriæ ſollicitatus vt ducat Iuliacenſem, ad Ducem aufugit.

Gelder ducit filiam Ducis Mariam.

Anno 1374

Ineunte anno ſequente Dux noſter in Franciam profectus, vt de filiæ ſuæ cum Comite Ludouico matrimonio, cum Rege colloqueretur. Habitus tum conuentus in ſancto Quintino, Veromanduorũ oppido, vbi ſponſalia confecta, Henrici filij maioris Ducis Brabantiæ, & filiæ Ioannis Ducis Normãniæ, Gothfredi ſecundi filij, & filiæ Ducis Burbonij: Ioannæ & Vuenceſlai Ducis Luceburgenſis filij Ioannis Regis Boëmiæ: Margaretæ & Ludouici Comitis Flandriæ: Mariæ, & Reginaldi Ducis Gelriæ: ibidem Ludouicus Comes, Mechliniam vniuerſam ſocero conceſſit: factâ gratiâ 85500. Regalium præcedenti anno pro-

Conuentus S. Quintini et variorũ Principũ ſponſalia ibi contracta.

Flãder Mechliniã gratis Duci ſocero cedit.

promiſſorum. Acta hæc menſe Iunio. Eodem menſe nuptias Ludouici Comitis, & Reginaldi Gelriæ Ducis, Viluordiæ Dux noſter celebrauit. Eiuſdem anni menſe Auguſto, præſidiari, qui Caleto inerant, ineditâ, vigilijſque fracti, opidum regi dedidêre Eduardo; qui pulſis veteribus incolis, Anglorum colonias eò deduxit. Eodem anno Leodienſes victoriâ anni præcedentis (quâ, fuſo Engelberti à Marca Epiſcopi exercitu, Reinaldum Falcoburgi Dominũ interceperant) elati, ductore quodam molitore, nobilium domos paſſim demoliebantur, itaque cum Arcantellam, ripis Moſę inhęrentem arcem (cuius Dominus Reinerius nomine Ducis noſtri beneficiarius erat) obſiderent: profugus in Brabantiam Reinerus, à Duce auxilia poſtulauit. Qui totâ Brabantiâ coacto milite, Leodienſium terram profectus, Reinaldum Gelriæ Ducem & Theodericum ab Henſberga Comitem Loſſenſem eòdem exciuit. Porrò Leodienſes dirutâ Arcantellâ, ad 30000 hominum, noſtris obuiam effuſi, cùm Gelros impeterent, irruentibus à tergo Brabantinis aſque ad 15000 concidêre. Indè reliquis in fugam coniectis, dirutâ arce Maleni, quam in Brabantinorum perniciem excitarant, coactiſque pacem ſuſcipere Trudonenſibus; Epiſcopum Leodio reſtituit. Claruit eo prœlio Henrici, filij Ioannis Ducis virtus, quem Limburgi Ducatu & Mechliniâ pater donarer, & eo prœlio equitem crearat. Erat eo bello Ductor Lonanienſium, Valterus à Malo ponte eques ab obſidione Caleti (vbi cum Louanienſibus aliquot militabat Anglorum Regi) euocatus. Valterum verò ſequebantur in Leodienſi bello Ioannes & Guilielmus Henengodeuards, Ioannes à Calſtris equites, Valterus Eueloga, Ioannes à Vuilra, Ludouicus Godertoius, Ægidius Herenmaes vexillifer. Sequenti anno Petrus Couterellus homo factioſus prætor Louanienſibus datus eſt, cui nihil prius fuit, quàm diſcordias inter Patricios ac plebem, item inter eoſdẽ ac Ducem diſcordias ſerere. Erat tum Louanienſibus non modica cum Duce controuerſia, eò quòd cenſus ac vectigalia Ducis Senatus arrę ſtiterat; donec merces ciuium, ab Ducis debita in Franciam detentæ, liberarẽtur: idque ex veteri priuilegio, cuius anno 1314 meminimus:

Flandri et Geldri nuptiæ.

Caletum Anglo deditur.

Leodienſium in nobilitatem tumultus.

Arcantellam obſident.

Dux in Leodienſes mouet.

Leodienſium cædes.

Arx Maleni diruitur.

Dux Epiſcopum Leodienſem reſtituit. Henrici filij Ducis virtus. Nobiles brabantiæ.

Anno 1348.

Petrus Couterellus prætor Louanienſis, ſeditionẽ ciet.

Diſcordiarum cauſſa.

Digitized by Google

Hanc rem Couterellus in peius exaggeratam Duci detulerat, Duce acerbiùs concitato, ita vt vrbi bellum indiceret. Ceterùm toto pęne Senatu Bruxellam eunte, Ordinũ precibus placatus, nè quid durius in Louanienſes ſtatueret. Mẽſe Nouembri eiuſdem anni, Henricus Dux Limburgi fatis conceſſit; vir fortiſſimus ac Imperatori ſummè dilectus, & Regi Franciæ. Sequenti anno Flagellatores primùm viſi. Peſtis ſeuijt & Iudæi impietatis rei ſupplicijs affecti. Margareta vxor Ludouici comitis primùm à Flandris excepta. Anno inſequenti Conſules fuêre Louanij. Ioannes Herzius, & Goſuinus à Calſtris; Scabini, Ioannes à Calſtris eques, Valterus Eueloga, Ioannes à Vuilra, Ioannes à Berthemo, Ægidius Lachmannus, Ludouicus ex Limingis, Goſuinus à Calſtris iunior. Conſpirauit eo anno Couterellus prætor in Senatum, collecto factioſiſſimo quoque textorum, ob id Patricijs infeſtorũ, quòd ex eo officio complures ſeditionem agitantes, Senatus ante decennium in exſulium expulerat. Inquiſito in eam conſpirationem, nihil comperi potuit de auctoribus. Obijt eo anno Raſo à Grauia eques fortiſſimus, cuius etiam exteri Chronographi meminêre in bellis Anglicis. Fine eius anni, XV. Aprilis, nata Ludouico Comiti Flandriæ filia, Margareta, vnica omnium inferioris Germaniæ principatuum heres futura. Sequenti anno fuêre Conſules Louanij: Valterus Eueloga, Ioannes à Vuilra: Scabini, Ioannes Herzius, Valterus Herenmaes equites, Ludouicus & Radulphus à Radingis, Ioannes Godertoijus, Ioannes Couterellus, Hartelicbus Puſius. Cuius anni fine, orta lis Louanij inter Ioannem Herzium, ac Henricũ à Boutreſhemo equites, quorum vterque ea in vrbe potentiſſimos conſanguineos habebat: vix ſedari potuit, nè armis in foro concurreretur. Menſe Martio obijt Valterus à Netenis, eques Louanienſis, conditusque in cœnobio Auguſtinianorum. Sequenti anno Valterus à Maloponte eques ductor Louanienſium obijt: cuius locum Bernardus Dominus Borneuallis eques fortiſſimus menſe Februario anni ſequentis inijt: cuius inferiùs abunde mentio fiet. Anno proximo, cùm Ioannes Dux in ægritudinem incidiſſet; Louanij conuentu Ordinum, diù

Henricus Limburgi Dux moritur. *Flagellatores.* Anno 1349. *Peſtilentia.* *Iudæorum impietas punitur.* Anno 1350. *Magiſtratus Louanij.*

Couterellus plebem in Senatum armat

Raſo à Grauia moritur.

Margareta naſcitur, Belgicæ poſt totius heres Anno 1351. *Magiſtratus Louanienſis.*

Anno 1352.

Anno 1353. Anno 1354.

Ioannes Dux infirmatur.

Digitized by Google

diù deliberatum eſt, cui imperium regionis, ſi eum mori contingeret, deferretur, filijs eius paullò antè elatis. Tandem communibus omnium animis, Venceſlaus Ioannæ maioris filiæ maritus, Gelro, & Flandro prælatus eſt. Sequenti anno Ioannes Dux cùm ſe morti iam proximum cerneret, demandatâ Venceſlao Republicâ, commonitiſque Ordinibus, vt ei vxoríque fidi deinceps eſſent, Nonis Decembris fatis conceſſit, ætatis anno LV. ſuſcepto, vt Trithemius ſcribit, habitu Benedictino. Cuius corpore in Abbatiam Villarienſem elato, Venceſlaus Dux cum Ioanna vxore, Louanium profectus, † principatum gentis Brabanticæ ibi ſuſcepit. Erant tum Cōſules Louanij Valterus Herenmaes, & Ludouicus à Radingis equites: Scabini verò, Arnoldus à Vuilra, Henricus Sapiens, Valterus Cainoga, Ioannes à Rodeſhouia, Reinerius Eueloga, Valterus Eueloga, & Henricus cognomento *Kerſmaker*. Ab his, omniq́ue Senatu ac populo ſummo honore excepti Duces ſex pannis purpureis, ſex item bobus, ac totidem vini plauſtris donati ſunt. Iurati de more omnia ſe Reipublicæ iura conſeruaturos: præter hoc promiſêre, ea quæ ſequuntur; Chartas omnes priuilegiorum Reipublicæ, Louanij ſeſe condituros, tribus clauibus confectis; quarum vna in Ducum, ſecunda in Louanienſium, tertia in Bruxellenſium poteſtate foret: Rempublicá nullis debitis, obligationibúſve inuitis vrbibus oneraturos: Neminem ad arcana Reipublicæ conſilia, qui Brabantinus non ſit, admiſſuros: Ducatum Limburgi, Dalhemum Spremontem, Rodam, Carpos, Vuaſſebergam, & Hoſdenam cum Brabantiæ reliquæ corpore vnituros: Nullum in iiſdem opidis præſidio poſituros, qui non cìs Moſam de fide ritè cauerit: Communem pacem, quæ *Landt-Vrede* inter inferiores Germanos appellatur, conſeruaturos: Fœdera cum Leodienſibus ac Flandris rata habituros: Bellum niſi cum Ordinibus deliberato, non aggreſſuros: Præturas, apparitionéſve vendi aut elocari non paſſuros: Brabantiâ neminem in captiuitatem auehi iuſſuros: Aurum argentúmve inconſultis Ordinibus non ſignaturos: Magiſtratus ſingulis annis renouaturos: Nothos, ſpurioſq́ue, ab

Venceſlaum generum ſucceſſorem renuntiat.

Anno 1355.

Ioannis III. Ducis mors.

Venceſlaus & Ioanna Principatum ſuſcipiunt.

†An. 1356. Ianuarij. Die III. ait Dinterus.

Senatus Louanienſium.

Duces muneribus donantur.

Priuilegia à Ducibus noua conceſſa, & iurata.

Digitized by Google

omni Magiſtratu prohibituros: Magiſtratus quoſuis officio defunctos geſtorum rationem vt dicant coacturos; propoſito per parochias, edicto, quo cuilibet de Magiſtratus iniuria inquiſitoribus conqueri licebit: Curaturos item, vt ſingulis annis Louanij vel Bruxellæ inquiſitores collecti, de Magiſtratibus inquirāt; ſontibus multam indicant; inſonteſq; officio reſtituant: Homicidam, niſi placatis cæſi conſanguineis, patriæ non reſtituros: Qui Brabantinus Brabantinum extra Brabantiam ad ſingulare certamen prouocârit, in eius caput fortunaſque animaduerſuros: Si Brabantinus Brabantinū extra Brabantiam in ius vocet, (extra cauſſam teſtamentariam, dotium, vel piè legatorum) in caput eius & fortunas animaduerſuros: Exſules ob ſeditiones, homicidia, furta, ſtupra, Brabantiâ non recepturos: Quæcumque opida, arces, terráſve generali expeditione ſubigendas Brabantiæ annexuros: Finiū regundorum iudicium etiam contra fœderatos nulli denegaturos: Omnium cœnobiorum priuilegia rata ſeruaturos: Hominibus ſancti Petri Louanienſibus ſuum ius non imminuturos: Qui metu, nè cauſſam perdat, ius ſuum Eccleſiaſtico alicui vendet, in caput ac fortunas eius ſe animaduerſuros: Omnibus, vt prædia, frugéſve aduerſùs ferarum vaſtationem canibus tueantur, conceſſuros: Leporum, vulpiumque etiam venationem, ceterarum ferarum ſolis Nobilibus extra viuaria liberam conceſſuros: Bailliuum Gallobrabantiæ, cum apparitoribus ex ſolis Brabantinis conſtituturos. Acta hæc menſis die Ianuarij tertiâ, ſignataq; à Theoderico ab Horna, Domino Paruwiſij & Craneburgi: Henrico Bertoldo Domino Dufflæ, & Ghelæ: Gerardo Domino Vorſelariæ Burgrauio Geldoniæ, Ioanne Domino Bouchoudæ: Bernardo Domino Bornenallis, Seneſcallo Brabantiæ, equitibus. Louanio Duces Bruxellam, ac indè Antuerpiam profecti, ſtapulæ ius Antuerpienſibus confirmârunt.

Anno 1356. Obſignatores Nobiles Brabantiæ.

Ius Stapulæ Antuerpiæ confirmatur.

RERVM

RERVM BRABANTICARVM PETRI DIVÆI LIBER XV,

Geſta Venceſlai Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgi & Lucemburgi Ducis, eiuſque coniugis Ioannæ, continens.

PORRÒ Ludouicus Flandriæ Comes, vbi Venceſlaum à Louanienſibus Ducē acceptum cognouiſſet; ſe verò (licèt Margaretam Ioannæ ſororem duxiſſet) in vniuerſum Brabantiâ excludi; miſſis legatis, partem aliquam Brabantiæ, doti vxori ſuæ adſcribi poſtulauit. Legatis benignè habitis, reſponſum datum, vt Comes Mechliniam conueniret, vbi cum Duce controuerſiam componeret. Ceterùm cùm hinc ſinè vlla pacificatione diſcederetur. Comes ſollicitatis Mechlinienſium animis, promiſſiſque nouis priuilegijs, & in ijs ſtapulâ trium mercium, de qua antè diximus, tantū effecit; vt ibidem gratiſſimus exciperetur. Vnde quaſi proclamato bello, cùm Mecliniam Comes validis præſidijs impleuiſſet. Dux noſter arces aliquot Mechliniæ propinquas & limitem Flandricum muniuit. Mox Comes Montanus, Germanorum aliquot auxiliaribus adductis, Mechlinienſes grauiter afflixit: Bruxellenſes verò permixti Antuerpienſibus Vuaſiā, Gandauum vſque, incurſionibus varijs exurebant. Dum hæc fierent, Venceſlaus Traiectum ad Moſam profectus, cum Carolo fratre fœdus pepigit † his legibus, vt Venceſlaus ac Ioanna ducatum Lotharingiæ, Brabantiæ, ac Lemburgi quoad viuerent, poſſiderent: Venceſlao tamen, nihil ex ijs inuitâ vxore

Ludouicus Flādriæ comes Brabantia excluſus turbat.

Flandrū Mechlinienſes in Ducem excipiunt.

Bellum inter Flandrum & Venceſlaū Ducem.

Comes Montanus.

Fœdus inter Venceſlaū & Carolū fratrē

Capita fœderis.

† Hæc eadē ſtatuiſſe Ioānam duciſſā, Ludouico Flādro, eiuſque cōiugi, ſorori ſuæ grauiſſimè offenſā, tabulis publicis Bruxellæ anno. 1356 cōmemorat Dinterus lib. 6.

vxore alienare liceret: Si Ioannam ſinè liberis priorem mori contingeret, ipſi Ducatus permaneret: Si Ioanna Venceſlao ſinè liberis mortuo rurſum nuberet, proles ex eo connubio ſuccederet: Si ambo ſinè liberis interirent, ducatuum ſucceſſio penes Carolum aut alium quemvis proximum Luceburgenſis Familiæ heredem foret. Acta hæc fine anni 1355.

Anno 1356.

& à legatis vrbium Brabantiæ confirmata. Initio anni ſequentis, Ludouicus intellectis ijs, quæ Traiecti agebantur, cum

Flander Brabantiam populatur.

magno armatorum numero Brabantiam ingreſſus, Bruxellam vſque villas agroſque paſſim exuſſit. Quo comperto Louanienſes delectu ſuis imperato, cum cohortibus aliquot ductore Bernardo Borneualſis Domino, equite, Bruxellam pro-

Louanienſes cum Bruxellenſibus Flandro occurrũt.

perarunt; vbi habito cum Bruxellenſibus colloquio, perſuaſiſque ijs, vt vnà in Flandrum irent, quamquam à prudentioribus monerentur, nè ſe potentiori Flandro obijcerent: ſpreto eorum conſilio Bruxellâ mouet. Adiunxit ſe ijs Comes Montanus cum Germanicis cohortibus. Conſederat tum Ludouicus Comes ad Scotam pagum Carthuſiâ celebrem, magno Flandrorum exercitu ſtipatus; facto in eos impetu Brabantini

Pugnatur dubio euentu.

ſummâ virtute excipiuntur, Comes Montanus perruptâ aduerſâ acie Flandros à tergo cædens noſtris victoriam peperiſſet; niſi Aſchæ Dominus Brabantinorum vexillifer, fœdè ab-

Brabantini cæduntur, & funduntur.

iecto ſigno ſuos in fugam adtraxiſſet. Cæſi tum ſinè numero Brabantini, reliqui fugam partim Bruxellam, partim Louanium inière, percepta hæc clades in Auguſto, vbi captus inter ceteros Ioannes Dominus Ardui-montis. Comes mox cum

Flander Bruxellam capit.

ſuis progreſſus, Bruxellam metu conſternatam ſinè vllo negotio occupauit: vbi in curia erecto ſigno Flandrico, muta-

Ciues in verba ſua iurare compellit.

tiſque Magiſtratibus & ciuibus in verba ſua adactis, Sigerum ab Heitfelda equitem, Ampt-manuum creauit, nulla deinceps vi vſus, ſuos neceſſaria etiam auro emere à ciuibus coëgit. Indè

Louanium Flander capit

præſidio ibi relicto Louanium, captâ in itinere Furâ arce, con-

Senatum ad ſacramentum cogit.

ceſſit. Hîc omnibus ſummo terrore fractis admiſſus, Senatum populumque in forum, vt fidelitatis ſacramenta facerent, vocauit. Paruit iuſſis maxima Senatus pars: plebs verò Flandro auerſa, mox Guilielmi Sadelarij monachi è S. Gertrudis cœnobio,

Digitized by Google

nobio, oratione permota, cùm is mediæ turbæ ſe inijciens, *O Ciues, an non pudet, genuinis Ducibus, & quibus antè fidem obſtrinxiſtis, deſertis, alij perfidè ſacramenta præſtare?* exclamaſſet: è foro domum quiſque ſuam defluxit. Quo viſo Comes (cui paruæ ad motum plebis, ſi quis oriretur, compeſcendum vires aderant) confeſtim relictâ vrbe, Bruxellam, eaque fortiùs munitâ, Mechliniam redijt: hæc Brabantinorum Chronographi. Flandri verò (& veriſimiliùs) tradunt, poſt victoriam ad Scotam, Bruxellam, Louanium, Niuellam, Tillemontem, Leuiamque Comiti fidem præſtitiſſe. Id enim Guilielmi Hollandiæ Comitis tabulæ de pace, apertiſſimè confirmant; vbi has vrbes Flandro iuraſſe fidem, ſcribitur: Et ego chartulas penes me habeo, XXI. Septembris Mechliniæ hoc anno confectas, quibus Comes Valterum Caynogam Louanienſibus Prætorem conſtituit, eiuſdem ſigillo munitas, quod Comitem minimè facturum fuiſſe credo, ſi tam ſubitò Louanio diſceſſiſſet. Porrò concordant omnes, menſe Auguſto hanc cladem accidiſſe. Eodem pæne tempore, Valterus Herenmaſius eques, Louanio in Angliam miſſus, à Moranto pirata Flandro interceptus, magnâ auri ſummâ à Louanienſibus redemtus eſt. Dum hæc fierent, Venceſlaus Dux Germanorum auxilia Traiecti colligebat. Erat in comitatu eius *Euerardus* quidem cognomento *Sherenclaes*, Patricius Bruxellenſis, qui patriam à Flandris occupatam indignè ferens, communicato cum familiaribus conſilio, clanculùm Bruxellam properat; admonitis per ſecretiſſimos nuntios conſanguineis ſuis in vrbe, quid agendum foret. Cumque in eum locum, qui Claræ-paludes dicitur, perueniſſet; noctu admotis ſcalis cum aliquot ſuorum, muros tranſcendit: mox ſociatis ſibi, quot poterat, conſanguineis, curiam inuaſit, eiectoque Flandrico, Ducis ſui ſignum extulit. Confluxu mox ciuium aliquorum Flandros in extremam vrbis partem coniecit: vbi illi, portarum vnâ præſidio firmatâ, nè exitus præcluderetur: mox omnes præcipiti fugâ in Flandriam abiêre. Ita præter ſpem recuperatâ patriâ Euerardus Ducem de rebus geſtis certiorem fecit, qui cum maximis Germanorum copijs, Bruxellam reuerſus,

Plebe non obſequente.

Flander Mechliniam reuertitur.

Diſſēſio inter Chronographos Brabantiæ, & Flandriæ.

Morantus pirata legatum Louanienſem capit.

Venceſlaus Germanorum auxilia colligit.

Euerardi Sherenclaſij in Bruxella à Flādris recuperāda illuſtre & virile facinus.

Euerardum meritis honoribus affectum, ac equitem creatum in proximorum numerum adſciuit: vnde Sherenclaſiorum familia apud poſteros plurimùm eminuit: quamquam etiam multò antè illuſtres viros protulerit, ac in his Ioannem Euerardi fratrem, Cameraci epiſcopum. Erant Germanorum primi, qui eo tempore Venceſlao militabant, Comes Montanus, Loſſenſis, Cattinnelobocius, Ioannes Comes Meghemi, Daniel Dominus Meruwedæ, Gerardus Dominus Iſelſtein, Ioannes Dominus Arduimontis, Dominus Brederodæ, Dominus Amerzoiæ, Dominus Vuarluzy, Theodericus à Billichouia, Gerardus Roſtochius, Ioannes ab Hamalia, Reinerus & Henricus ab Arcantella, Theodericus à Rupeforti, alijque viri nobilitate inſignes. Reuerſo Duce, rurſum inter Brabantinos ac Flandros ad Santfletum dimicatum lego, aduerſâ noſtris fortunâ, & Philippo à Vuedergrota equite capto: Namurcum etiam à Duce obſeſſum menſe Nouembri. Eodem bello Louanienſes primùm bombardis vſos, eaſque duodecim numero tum coemiſſe in annalibus noſtris reperio quas *Donderbuſſen* appellabant. Initio anni inſequentis, commeante inter vtroſque Principes, Guilielmo Comite Hollandiæ & Hannoniæ, tandem de pace agi cœpit: quæ Ati Hannoniæ opido his condicionibus clauſa eſt; Pax inter vtroſque eſſet perpetua, & captiui vtriuſque ſinè pretio dimitterentur, exceptis ijs qui pretium exſoluerant, aut vadibus datis ad certam diem ſpoponderant: Bonis pulſi tempore belli reſtituerentur: Comes præſidium Affligemio deduceret, & monachos reſtitueret: Vt Ludouicus Comes vrbes Brabãtiæ à ſacramento illi præſtito abſolueret: Louanienſes, Bruxel. Niuellenſes cum Thenenſibus, ſingulis annis, Comiti earum vrbiũ impenſis militarẽt, ſinguli proprijs vexillis, numero verò XXV. virorum: Comiti quoad viueret, Ducis Brabantiæ titulo, Baronum vrbiumque conſilio aſſumto vti liceret: Eidem Duces noſtri Mechliniam pro belli impenſis cederent: Margaretæ Comitis vxori Antuerpia, cum vicis, Houa, Vuilrica, Berchemo, Ordris, Vilmerdonga, Scadebrouca, Lilloa, Berendraco, Burgfleto, Sandfleto, Seilla, Dorna, & VVineghemo doti aſſigna-

Ioannes Sherenclaſius Cameraci epiſcopus.

Capita Germanorũ Venceſlai auxiliarium.

Prælium ad Santfletum.

Namurcum à Duce obſeſſũ.

Bombardarũ primus apud Brabantos vſus.

Anno 1357.

Ati pax initur, parante Guilielmo Hollandiæ Comite.

Leges cõcordiæ inter Flandrum & Venceſlaum Ducem

Dos Margaretæ Flandro nuptæ.

aſſignarentur, eà tamen lege nequid de priuilegijs Antuerpienſium mutet, minuátve Comes: Beneficio Ducũ Brabantinorũ hæc Comes poſſideret: Marchiæ ſacri Imperij titulus penes Duces remaneret: Munitiones à Comite in Aſcana terra ſtructæ diruerentur: Hoſdenã Duces Guilielmo Comiti huius pacis arbitro concederent. Acta hæc quarta Iunij Mariæ verò Reinaldi, Gelriæ Ducis vxori doti data erant, à Ioanne patre, Turnhoudana terra comprehendens Turnohoudam, Vuechelam, Ghierlam, Lillam, Berzeum, Vorſelariam, Stagnum Marci (vulgo *Marxplas*) Arendongam, Vueldam, Poppelam, Rauelſiam, quâ ille contentus, nihil omnino Ioannam Venceſlaumque mouerat: his peractis profecti Antuerpiam Ludouicus & Margareta, ſacramenta à ciuibus exegerunt. Mechlinienſes autem Comitem vrgebant, vt promiſſas initio belli ſtapulas ipſis concederet. Obſtabant ſummopere Antuerpienſes, aſſerebantque Comitem iure feudali Antuerpiæ Dominum, nihil de iure eorum immutaturum, ſe Atenſi pace promiſiſſe: præterea ſe has ſtapulas & Imperatoris & Ducis noſtri priuilegio, pacificè poſſediſſe, cùm primùm in Comitis poteſtatem concederent: quare iniuſtum fore, ſi priuilegio tam veteri priuarentur. Comes verò contẽmtim ſpretis ijs quæ allegabant, armatâ manu, vrbem ingreſſus abductis primoribus, compulit (ſi obſides ſuos recipere vellent) eos ſuæ voluntati obſecundare, chartaſque omnes, quas in archiuis opidi condiderant, de eo priuilegio Comiti tradere, lectas inſpectaſque redditurum ſe ſpondenti. Verùm contra omne ius, falſâ fide, ſtapulæ ius Mechlinienſibus donauit: remiſſis Antuerpiam obſidibus. Anno inſequenti Louanienſes foſſas ac mœnia, exteriora vrbis fodere exorſi, quarto poſt anno perfecêre. Sequenti anno Eduardus Rex Anglorum cum Ioanne Rege Francorum captiuo ſuo (quem Eduardus filius Valliæ Dux paullò antè in Pictonibus ceperat) pacem varijs condicionibus pactus: cùm hæ à concilio Pariſienſi non reciperentur, rurſum in continentem tranſmiſit: Frãcos vi armatâ ad recipiendas condiciones coacturus: præmiſerat fidiſſimos ſuorum, qui ſtipendiarios ex inferiori Germania

Dos Mariæ Gelro nuptæ.

Inter Mechlinienſes & Antuerpienſes de iure ſtapulæ contentio.

Flander cõtra ius Antuerpienſes ſtapula priuat, Mechlinienſes donat.

Anno 1358. Mœnia exteriora Louanij cœpta.

Anno 1359. Anglus Galliæ rege capto, leges pacis ponit.

Iis reiectis denuò bellum parat.

mania conducerent. Meruêre tum ſtipendia Regi ex Brabantinis, Henricus à Bautreſhemo, Dominus Bergarum, Gerardus ab Harda, Franco ab Halis, omnium ſuæ ætatis Brabantinorum fortiſſimus, quique Eduardo Regi in Aquitanicis, Britannicis, Nomannicis, Hiſpanicíſque bellis fortem ſæpius operam nauauit, vt Froſſardus aſſerit. Porrò Eduardus Rex à Caleto Picardiam permenſus, Rhemos obſedit. Indè obſidione ſolutâ, peruſto omni agro interiacenti, Carnutes proceſſit. Erat in expeditione Valterus quidam cognomento ab Hochſtrata Patricius Bruxellenſis: hic aggregatis Brabantinorum aliquot aliorumque Regi merentium expeditiſſimis, Ribeboiſam arcem inter Moduntam ac Lutetiam ſitam occupauit: vnde annis aliquot varijs excurſionibus peruaſtatâ viciniâ terrâ, numquam indè pelli potuit, niſi aureorum multis millibus regi Franco extortis: vt paullò pòſt dicemus. Initio ſequentis anni, pax inter Anglos & Francos Carnutibus coijt, dimiſſuſque Francus Rex, datis obſidibus nobiliſſimis Francorum. Hoc anno Petrus Couterellus prætor Louanienſium cùm odium in Patricios alto corde premens, nocendi aliquam materiem diù quæſijſſet, tandem voti compos fit, hac de cauſſâ: Ruſticum quemdam qui carrum piſcibus onuſtum luto inhærentem, alligato ex vicinis paſcuis equo, extraxerat, in vincula coniecit. Mox furti cauſſam dicere coactum, licèt Scabini inſontem iudicarent, dimittere noluit. Erant tum in Scabinorum officio: Ioannes à Calſtris, Radulphus à Radingis, equites: Ioannes à Berthema, Valterus Eueloga, Hartliebus Puzius, Franco Edelherus, & Ioannes à Radeſhouio: qui pertinaciam hominis indignati, abſoluto reo, iuriſdictionem ei interdixerunt. Quamobrem ſupra modum incandeſcens, Furam proficiſcitur: reque ad concilium Ducis delatâ, eaque in maius exaggeratâ, quaſi non ſibi, verùm ipſi Duci iniuria facta eſſet, Ducem multum in Louanienſes exacerbauit. Erant in conſilio Ducis permulti, non minùs Couterello, Patricijs infeſti, eorumque præcipuus Reginhartus dictus *Schonevorſta*. Hic cùm res in deliberationem deduceretur, Duci perſuadere conabatur, vt plebi

Nobiles Brabantini Anglo militãtes. Franco ab Halis vir fortis.

Eduardi in Gallos expeditio.

Valterus ab Hoochſtrata Ribeboiſam arcem captã diù tenet.

Anno 1360. Carnuti pax inter Gallum & Francum componitur.

Petri Couterelli in Patricios noua turba.

Rarã occaſio.

Reginhartus Schonevorſta Couterelli fautor.

bi Patricios committeret: ſi id fieret, facilè Patriciorum libertatem opprimi poſſe: qui iam eo proteruiæ proceſſiſſent, vt & Duci ipſi præſcribere leges tentarent. Cùm id agi Couterellus ſubolfeciſſet, non exſpectato Ducis reſponſo, Louanium redijt, venenum omne quod dudum animo conceperat euomiturus. Plebe etenim in forum excitâ; cùm pauca de iniuria ſua præfatus eſſet, mox mutatâ orationis formâ de Patriciorum duro in eos imperio, quantis vectigalium oneribus premerentur; porrò quàm indignè ab omni Magiſtratu honoribuſque arcerentur: niſi viros ſe præſtent, omnem mox libertatem plebis peſſum ituram. Offerri nunc occaſionem libertatis vendicandæ, conniuente ipſo Duce, perſuaſit facilè: itaque ſumtis armis, ad magnum forum, totâ eâ nocte ante Falam conſedêre, & Patricij, prodito, per ancillam cuiuſdam è ſuis, plebis motu, curiam occupârant. Erat tum Louanij Gerardus à Vorſclaria eques fortiſſimus, qui crebro inter vtroſque commeans, pacem ſummo labore plebi perſuadere conabatur. Ceterùm eâ obduratâ Patricijs conſuluit, vt per curiam erumperent, ſe in omnibus adfore pollicitus, quòd ijs tentare non auſis indignabundè abceſſit. Exoriente verò ſole Couterellus ad curiam cum ſuis perrexit. Tum Patricij metu pauidi, rogare quid ita, quamq́ue ob cauſſam cum armis in publicũ procederent Reſpondêre illi, ſe nullius exitio aduenisſe, verùm ſtatum vrbis ac diuitias ſcire velle, & rationes à quæſtoribus exigere, quibus editis, confeſtim ſe ab armis diſceſſuros. Quo audito Patricij, conſcientiâ à quæſtoribus rei bene geſtæ freti, Couterellum in curiam admiſêre. Ceterùm is confeſtim claues vrbis reddere eos cõpulit, & ipſos in arcis cuſtodiam miſit. Renouati mox de plebe Magiſtratus, Creati conſules N. ex Patricijs, Ioannes à Cumptich ex plebe. Scabini verò ex Patricijs quattuor Henricus à Calſtris, Henricus Papa, Ioannes à Dormala, Franco Sadelarius. Ex plebe tres, Henricus à Duyſburgo, Ioannes à Meldert, Henricus Andreas, Couterello Rempublicam pro libito gubernante. Quibus ita ex ſententia geſtis, Couterellus Reynardũ Dominũ Schonevorſtæ de omnibus certiorem fecit, eiq́ue ac Duci innu-

Ducem in Patricios excitat.

Couterelli ſeditioſa concio.

Plebs arma capit.

Gerardi à Vorſclaria ad pacem componendam irrita induſtria.

Couterellus curiam occupat.

Senatum in cuſtodiã mittit.

Magiſtratus arbitrio plebis renouatur.

Couterellus dominatur.

innumeroſam pecuniam exſoluit, vt à plebe acta confirmarentur. Captiui porrò ex Patricijs veriti, nè quid duriùs in eos ſtatueretur; perſolutâ Couterollo ingenti pecuniâ, liberati vrbe profugêre. Fuêre eorum nobiliſſimi, Ioannes à Borneualle, filius Bernardi ductoris Louanienſium, Ioannes Gobhelmus, alter Ioannes à Calſtris, Guilielmus Maurellus, Guilielmus & Maurellus filij eius à Vuilra: Ludouicus Radulphus, & Godfredus à Radingis, Ludouicus ex Limingis; Ioannes Herengodeuaerts, Valterus à Maloponte, Ioannes Herzius, Ioannes Platuoet, Valterus Herenmaes, Henricus à Borchouijs omnes equites: armigerorum verò ingens numerus: quibus arma ademta Couterellus ſuis diſtribuit. Aberat tum Venceſlaus in Leucos profectus, quare Ioanna Dux, re ad conſilium ſuum delatâ, legatis Louanium miſſis, Patricios recipi poſtulabat. Petiêre ſeditioſi, Parcum mitti aliquos è Ducali conſilio, cum quibus de pace ageretur. Quo facto cum Boutreſhehemi, & Heuerlæ Domini, Gerardus ab Elſta, Henricus à Delbrouca, Bertrandus à Lara, Ludouicus Martellus equites negotio ſe intermiſcerent, pax confecta, moxq; rurſum infracta. Vnde effectum, vt ſeditio vſque in annum ſequentem duraret: Simili malo Bruxella eo anno concuſſa. Plebs è ſuo corpore mediam Senatus partem creari volens, ante biennium metu maioris motus, Patricijs permittentibus votis potita fuerat; nec indè modeſtior, hoc anno ſublatis penitus Patricijs omnes Magiſtratus inuadere ſperans, in res nouas inſurrexit. Patricij verò hoc cognito in vnum coëuntes, & iungente ſe ijs Gerardo à Vorſelaria, qui Louanio illuc aduenerat, nè id malum remotiùs ſerperet, Decuriones ſingulorum officiorum in curiam vocârunt, vt de cauſſa ſeditionis inquireretur: Lanij ſuos mittere abnuentes, vim Patricijs parârunt. At illi coactâ non modicâ clientum ſuorum manu, portam lapideam obſtruxerunt, nè Capellenſis parochiæ incolæ lanijs ſe iungerent. hinc in forum Inteſtinorum progreſſi, occurrentes lanios profugant, moxque ædibus eorum effractis, omnes in cuſtodiam mittunt; quo facto antequam fama eius cladis latiùs ſpargeretur,

Captiui Patricij pretio ſe redimunt.

Eorum nomina.

Ioanna Dux pacē molitur.

Pax componitur.

Et denuò infringitur.

Bruxellenſis plebis tumultus.

Lanij Bruxellenſes Patricijs rebelles.

In vincula mittuntur.

retur, verſus lapideam portam perrexêre, quâ effractâ Capellenſes exſpectabant. Iam in forum irrumpere nitebantur, Patricij verò ante curiam conſiſtentes, partem ſuorum per poſticum mœnium verſus Capellam miſerant, qui vicum fullonum incenderent. Præmiſſi etiam ad Sabulum, qui cõſpecto igne claſſicum ſonantes, Capellenſes à tergo inuaderent: quo, vt conſtitutum erat, facto, Capellenſes quò fugerẽt neſcij; multi cæſi, complures verò capti, pœnas ſuæ temeritatis varijs ſupplicijs dedêre. Hic finis ſeditionis Bruxellæ. Sequenti anno durante adhuc ſeditione Louanienſi, Couterellus ceterique coniurati, veriti nè Patriciorum inſtantiâ permotus Dux vrbi copias admoueret, ferendæ propulſandæque obſidioni congrua prouidebant, pecuniæ in primis conficiendæ laborantes: quam centeſimâ bonorum ciuibus indicta ingentem conflârunt. Curârat tum Couterellus eligi Conſules Henricum Papam Patricium, ac Henricum Andream ex plebe. Interim Venceſlaus componendę huius diſcordiæ cauſſâ coacto exercitu, Louanio haut procul caſtra locauit, menſe Octobri. Vnde metu conſternati Couterellus, ac reliqui eius factionis, de pace legatos miſêre, promittentes ſe Patricios non ſolùm in vrbem recepturos, verùm etiam de omnibus iniurijs ſatiſfacturos. Re ad conſilium Principis delatâ, pręſcriptæ hæ pacis leges; Vt inter Patricios plebeioſque iniuriarum obliuio eſſet: Ij, qui ſeditionis auctores fuerant, Duci occurrentes nudis capitibus, ac in genua prouoluti pacem expeterent: Senatus deinceps ex Patricijs & plebe deligerętur. Scabini videlicet quattuor ex Patricijs, tres ex plebe, vndecim vtrimque iurati, ex quibus duo Conſules eſſent Patricij: Qui pecuniariã multam ſeditionis tempore indictam necdum exſoluiſſent, immunes eſſent: Charta priuilegij à Ducibus, cùm Louanij principatum exciperent, condita redderetur. Arma ferre plebei deinceps vetarentur: Si in Senatus electione diſſidium fieri contingat, Prædicatorum, Franciſcanorum, Auguſtinianorum arbitrio decidatur. Signata hæc à Venceſlao ac Ioanna Ducibus, Guilielmo Duce Iuliaci, Roberto Namurcenſi, Ioanne Comite Salinæ, Arnoldo Domino Rume-

Capellenſes ſeditionis pœnas luunt.

Anno 1361. *Couterelli factio Louanij præſidia rebelli comparat.*

Venceſlaus Dux Louanium copias admouet.

Dux leges pacis præſcribit.

Legum capita.

Signatores concordiæ.

Digitized by Google

næ & Quacbecæ, conſanguineis Ducis, Reinardo Domino Schoöuorſtij, Henrico à Bautreſhemo Domino Bergarum, Ioanne Domino Bouchoudæ, Bernardo Domino Borneuallis, equitibus; Nicolao à Geminich, Gothfredo à Turre, quæſtore Ducis XIX. Octobris. Poſterâ die ingreſſus Venceſlaus Dux, ſummo honore exceptus eſt. Lecti tum Scabini, quibus toto eo anno caruerat vrbs. Ludouicus à Radingis Eques, Petrus à Netenis, Petrus Couterellus (præturâ vt credo abrogatâ) Henricus Kerſmaker Patricij: Andreas Monetarius, Henricus Siſayna, Gerardus Gerlachus ex plebe. Mox tamen hæc conciliatio metu à plebeis extorta nouas ſubinde diſcordias inuexit: Patricijs impotentiùs ferentibus, plebem honoribus ſibi æquatam: & Couterello, omnia ad ſe trahente. Cuius potentiam eò creuiſſe legi, vt ſumto vrbis ſigillo, diuerſarum regionum hominibus redditus vitales diuenderet, pecuniâ indè prodeunte in ſuam ſuorumque rem verſâ. Quam indignitatem non ferentes Patriciorum optimi quique, rurſum vrbe ceſſêre. Anno inſequenti, menſe Iunio Couterellus ſe ac Gedulphum Roggam Conſules; Scabinos verò Ioannem Godertoium, Nicolaum à Dormala, Henricum Papam, Henricum Menningum, Henricum Piſtorem, Henricum Andreã, ac Guilielmum Herthalſium creari curauit. Proinde memor casuum humanorum, fortunâ iam ſecundâ afflante, ſuæ ſortis non oblitus, ſibi ſuiſque litteras obligatorias complures obſignauit: vt ſi actorum ratio reddenda aliquando foret, vnà ablatis ijs ad longinqua confugerent. Interim Patricij apud Ducem inſtare non deſinebant: vt coërcitâ Couterelli plebiſque inſaniâ, eos in patriam reduceret. Eorum precibus rurſum magno nobilium militumque numero ſtipatus Bancum procedens (quod cœnobium eſt vrbi propinquum) tantum metum incuſſit: vt ſinè mora Couterellus ſuique pactâ incolumitate ad eum egrederentur, imperata ſe facturos ac Patricios vrbe recepturos polliciti. Tum Dux confirmatæ paci prioris anni addidit vt Patricij plebeiorumque officiorũ decuriones ſe in perpetuum eam ſeruaturos iurarent. Patricij duodecim; plebs 40 obſides darent. Acta hæc VIII. Februarij

Senatus Louanij legitur.

Concordia metu ſarta malè coit.

Couterelli impotens potentia.

Anno 1362.

Couterellus Senatum pro libidine legit.

Patricij exſules Ducem excitant.

Dux Louaniũ petit.

Couterellus Duci ſe ſubmittit.

Dux pacem reſtaurat.

rij, adhibitis teſtibus Ioanne à Pollana Domino Leccæ, Henrico à Boutreſhemo Domino Bergarum, Ioanne Domino Bouchoudæ, Ioanne Domino Vuithemi, Bernardo Domino Borneuallis, Ioanne à Luceburgo ſigillifero. His peractis Patricij omnes in vrbem maximâ lætitiâ rediêre. Ioannes à Borneualle, Guilielmus Maurellus, Guilielmus & Morellus filij eius à Wilra, Ioannes Herengodeuards, Ioannes à Calſtris, Valterus à Maloponte, Gothfredus à Radingis, Ludouicus ex Lemmingis, Ioannes Herzius, Radulphus à Radingis, Ioãnes Platuoet, Valterus, Herenmaes Henricus à Borchouijs, omnes equites, Ioannes & Valterus à Lathemo, Ludouicus à Velthemo, Guilielmus & Thomas à Roda, Ludouicus Gothfredus & Radulphus fratres, Gothfredus alter ex Lemmingis, Valterus Eueloga cum filijs Valtero, Henrico, Iudoco ac Gerardo, Ioannes & Henricus à Velpa fratres, Valterus Ioannes ac Guilielmus Abſalonis, Ioannes, Franco, Henricus, Goſuinus, Valterus à Calſtris, Valterus Corſeboudus, Franco & Alardus Zadelarij fratres, Ioannes à Ratiſhouia, Rudolphus Gerardus & Ioannes à Radingis, Ægidius, Guilielmus, Ioannes, Arnoldus Diuites, Ludouicus Valterus, Arnoldus Caynoghæ; Ioannes Heyma, Ioannes, Nicolaus, & Goſuinus à Dormala· Henricus & Franco cognomento Kerſmaker, Radulphus ab Outheuerla cum Valtero filio, Arnoldus à Wilra, Radulphus à Borneualle, Ioãnes & Ægidius, Suarterij Simon Minnemon, Henricus Sapiens, Henricus, Simon, Guilielmus & Iacobus Verenbruderi fratres, Ioannes à Monte, Valterus ab Honſberga, Ioannes Smacht, Ioannes Quinque, Ioannes & Gothfredus à Berthemo, Hartliebus Puſius; Guilielmus Crickſteen, Rumoldus Raboda, Ioannes & Gothfredus Comani, Ioannes Godertoyus, cum Arnoldo & Gothfredo filijs, Ægidius à Crachouia, Ioannes Franco, Petrus Herenmeys, Gothfredus & Henricus ab Oppendorpa: Ioannes Wittemanus cum Ioãne filio, Radulphus Albus cum Ioanne filio, Petrus Valterus, Ioãnes cum Valtero filio, Henricus à Netenis, Henricus Valterus, Arnoldus, Reinerus ab Oirbeca fratres, Henricus ex Curia, Valterus & Ioannes Herſij, Gothfredus à Lapide, Frãco Edel-

Obſignatores Nobiles Brabantiæ.

Patriciorum patria reſtitutorũ ſeries numeroſa.

Digitized by Google

herus, Ioannes Crupellantes, Ægidius Lachmanus, Henricus Vauius, Arnoldus à Vuencſela, Valterus Blondus, Guilielmus Vulpes. Tanto nobilium numero Louanium eâ tempeſtate florebat. Confectâ pace, promiſſa Duci 28000 aureorum, qui *Moutons* patriâ linguâ appellabantur: Domino Schoonuorſtæ 3000. Domino Bergarum 1000. Domino Bouchoudæ 1000: Domino Grimbergæ Seneſcallo Brabantiæ 3500. Nicolao à Geminich 500: Roberto Namurcenſi 200: Ioanni Domino Scoonhouiæ 100: Duci Iuliacenſi 3600. Gerardo Roſtochio equiti, 200: His peractis Dux Furam receſſit: Profectus eò Couterellus cùm ſe parùm gratum Duci Nobilitatique conſpiceret, mali quid ominatus, Louanium reuertit: vbi collectis fortunis ſuis, aſſumtis ijs litteris, quas ſibi ſuiſque ſigillo vrbis obſignârat, vrbe abceſſit, multos ſeditioſorum ſecum trahens. Suffectus mox in Conſulatu Ioannes à Calſtris eques: In Prætura verò Arnoldus à VVilra. Menſe Maio anni ſequentis Dux Louanium venit, vbi ſummâ omnium congratulatione exceptus, compoſitoque vrbis ſtatu, nouem viros conſtituit, ſex Patricios tres plebeios: quorum arbitrio Patricijs id omne quod pro ſui redemtione biennio antè exſoluere coacti fuerant, reſtitueretur: Erant ij Ioannes à Calſtris, Ioannes Herengodeuaerds, Ioannes Herzius equites, Gerardus à Radingis, Ægidius Diues, Nicolaus à Dormala, Henricus Piſtor, Ioannes Liuingus, Gothfredus ab Homborga. Acta hæc coram Arnoldo Domino Rumenæ & Quacbecæ, Theoderico ab Horna Domino Paruwiſij, Ioanne de Pollana Domino Leccæ & Bredæ, Ioanne Domino Bochoudæ, Ioanne Domino VVithemi, Bernardo Domino Borneuallis equitibus, Gothfredo à Turre quæſtore Kal. Maij. Erat eo tempore Venceſlao Duci cum Gelris bellum hac de cauſſâ. Reinaldus primus Dux Gelriæ, mortuâ Saphiâ filiâ Florenti Bertoldi, Mechliniæ Domini, ex ſorore, Eduardi regis Angliæ Reinaldum ac Eduardum protulerat. Inter hos defuncto parente multis annis conflictatum fuit, vtriſque potentiſſimis in Gelria factionibus ſubnixis: Reinaldo Hecherlingi, Eduardo verò Bronchorſtij fauebant ope bien-

Dux, & alij pacis interpretes auro munerantur.

Couterellus Duci & nobilitati odioſus.

Louanio abſcedit.

Anno 1363. *Dux Louanij vrbis ſtatum componit.*

Patricijs extorta ſui redẽtio reſtituitur.

Bellum Gelricum.

Eius belli cauſſa.

biennio antè Eduardum fratrem Reinaldum ceperat, ac in arcem munitiſſimam coniecerat. Erat Reinaldo nupta Maria Ioannæ Ducis noſtri ſoror, quæ in Brabantiam profuga, Venceſlaum permouit in Gelriam ducere: vbi is rebus fortiter geſtis Bommelæ Vuerdam Eduardo ademit.

Dux Bommelæ VVerdam occupat.

Hinc bello vtrimque exſuſcitato, cùm Eduardus Bommelam recuperaſſet, Dux noſter collecto exercitu, Gelriam ingreſſus immenſam prædam reduxit.

Dux Gelriam populatur. Principes dextras iungunt.

Paria meditante Eduardo, quorumdam interceſſione Principũ dextræ mixtæ 1369. Reinaldo tamen in vinculis permanẽte. Sequentis anni initio cùm Couterellus ſuiq́ue litterarum vigore (quarum antè meminimus) mercatores alioſq́ue ciues varijs in locis detinerent, ſtatutum à Duce, vt Couterellus, Ioannes Hannemanus, eorumq́ue ſocij ad 41. in perpetuum exſules eſſent, propoſito præmio, qui Couterellum viuum mortuumq́ue adduxiſſet, 400 aureorum: qui aliquem de ceteris 25. Acta hæc XIII. Maij, ſignata à Dominis Bredæ, Bergarum, Vorſelariæ, Bouchoudæ, & Borneuallis:

Anno 1364. Couterellus mercatores diuexat.

In Couterelli caput, & ſociorum præmia decernuntur.

Eodem anno mortuo Ioanne Rege Francorũ, Carolus filius eius, menſe Maio Remis coronatus eſt. Huic coronationi Venceſlaus Dux, noui Regis auunculus interfuit, nam ſoror eius Bona, Ioannis Regis vxor fuerat.

Ioãnis Frãciæ regis mors.

Carolus Rex Francorum.

Indè reuerſus Rauaſtenum obſedit ad ripam Moſæ ſitum opidum, à Domino Falcoburgi tum poſſeſſum: quod tamen expugnare nequiuit.

Dux Rauaſtenum obſidet.

Eodem anno colluuies hominum perditiſſimorum, qui Regibus Franciæ & Angliæ meruerant in vnum collecta, totâ Galliâ vagabatur, qui cùm infinita ſcelera patraſſent, diuerſis in locis carptim occiſi fuerunt: quorum non paruâ manu in Leucis fuſa, Dux noſter *Meſelinũ* paruum Ducem eorum Luceburgi ſupplicio affecit.

Colluuies exauctoratorum militum Galliã vexat.

Ii opprimũtur.

Dux eorum Meſelinus capite luit.

Eodem anno Rex Cypri, cùm totam pæne Europam peragraſſet, vt Principes Chriſtianos in Turcas concitaret, Bruxellam venit, vbi liberaliter exceptus eſt.

Rex Cypri Bruxellæ à Duce excipitur.

Valterus ab Hoochſtrata qui occupatã Ribeboiſam arcem Meduntæ vicinã quinquennio ſummâ mercatorũ iacturâ tenuerat, cùm nullis cõmentis indè pelli poſſet, auro emtus eſt: acceptis enim à Bertrãdo Geſquinate ComiteStabuli Francorum, 6000 Francorum aureorum, Bruxellam redijt.

Ribeboiſa arx à Frãcis auro redimitur.

Couterellus Louaniū per inſidias tētat

rediјt. At Couterellus collectâ non modicâ ſuorū manu, eaque
turmatim præmiſſâ, vrbi Louanienſi inſidias tendebat, ſpe-
rans eorum ope, quos fidos in vrbe habebat, eam in poteſtatē
redigere: porrò conſpiratione detectâ, punitiſq; conſortibus,

Anno 1365
Venceſlaus viarum publicarum defenſor & Alſatiæ præfectus.

totus hic dolus euanuit. Sequenti anno, Carolus Imperator
Venceſlaum fratrem Alſatiæ præfectum, ac viarū publicarum
defenſorem conſtituit, vt negotiatores viatoreſque à Linfaro-
rum itinera obſidentium incurſu, tueretur: quod ille munus

Anno 1366.
Hamerbachia arx diruitur.

non ſegniter obiuit. Sequenti anno Dux Hamerſbachiam ar-
cem, cuius incolæ mercatorum maximi ſpoliatores erant, ob-
ſidione fatigatam diruit. Suberat Hamerſbachia Faſterado à

Anno 1368.
Margareta Flādriæ Ducis mors.

Meroda puero, cuius tutores hæc indè fieri permittebāt. Obijt
Gothfredus à Radingis eques Louanienſis: Biennio pòſt, Mar-
gareta vxor Ludouici Comitis Flandriæ, viuis exceſſit: Filiâ
vnicâ relictâ nomine Margaretâ, quā Philippo fratri ſuo iungi

Francus Margaretæ filiam vnicā fratri ſuo petit.

Carolus Rex Françorum omni modo cupiebat. Quamobrem
cùm Tornacum profectus Venceſlaum Ducem, Albertū Co-
mitem Hannoniæ & Hollandię, & Ludouicum Comitem ex-
ciuiſſet; Ludouicus excuſatâ valetudine in Flandria remanſit,
vrgentibus vehementiùs Flandriæ vrbibus, vt niſi receptis In-
ſulâ, Duaco, & Orchiâ, in id coniugium non conſentiret. Por-

Flādriæ Comes ad matris inſtantiā, Frāco acquieſcit.

rò mater Comitis virilis animi mulier, cùm ſibi mamillā ab-
ſcindere minaretur, quâ eum lactârat, euicit, vt regijs poſtula-

Anno 1369.
Couterellus aes, quod prætenderat, Louanio remittit.

tis acquieſceret. Anno inſequenti Petrus Couterellus ſe vrbi
Louanienſi numquam controuerſiā moturum ſpopondit, de
1400. veteribus ſcutatis, quos ſibi ad vitam ſuam deberi ſigillo
vrbis obſignârat: nec ſe ſuóſve vmquam ijs aut conſimilibus
litteris vſuros. Acta hæc menſe Martio, adhibitis vadibus, qui
cum Couterello tabulas huius pacti obſignarent. Ioanne Do-

Nuptiæ inter vnigenitam Flandriæ & Philippū Ducē Burgūdiæ.

mino Bouchoudæ, Valtero Domino Heuerlæ equitibus: Hē-
ricoà Cuyck. Eiuſdem anni XIII Kal. Iulij Gandaui nuptię ce-
lebratæ, inter Philippū Ducem Burgundię, & Margaretam fi-
liam Comitis Flandriæ, magnâ pompâ, quibus Venceſlaus cū

Anno 1371
Iis filius naſcitur. Ioannes.

Ioanna intererat. Anni 1371. menſe Maio Ioannes futurus Dux
Burgundiæ natus eſt, ex Philippo & Margareta progenitus.
Geſtum eo anno bellū Iuliacenſe à Venceſlao Duce infeliciter:

id ortum habuit hac de cauſſa: Prædones aliquot exſpoliatis mercatoribus in Iuliacenſem terram receptum habere dicebãtur. Quo ad Ducem noſtrũ delato, miſſâ legatione ad Iuliacenſem Marchionem Guilielmũ, monebat, vt mercatoribus iacturã reſarciri, & in maleficos animaduerti curaret. Ceterùm Iuliacenſis illiberaliter habitis legatis, eius ſentẽtiæ reſponſum dedit, vt bellum quàm pacem cum Duce malle videretur. Reuerſis legatis, bellum in Iuliam decretum; conſcriptiſque in Brabantia equitum peditumque numeroſis copijs; auxilia etiã non modica, Franciâ, Flandriâ, Leucis ac Alſatiâ, viciniſque regionibus exciuit. Paràtâ expeditione, Bruxellâ per Louaniũ Traiectum Moſæ Brabantinorum exercitus proceſſit. Huc etiam auxiliares confluxêre. Recenſito ibi milite, in Iuliam Dux progreſſus, obuium hoſtem habuit. De modo pugnæ variatum: Froſſardus Gallicus hiſtoricus, ſcribit exploratores à noſtris præmiſſos, nihil certi retuliſſe: hoſtes verò noſtrorum diſpoſitionem longè antè edoctos, alterius diei ſummâ luce, noſtris tam improuisò ſuperueniſſe, vt Duci ad Miſſæ ſolemnia eunti de eorum aduentu trepidè nuntiaretur. Indé magìs trepidè ordines diſpoſitos, mox à cuſtodibus corporis Ducis Ioanne Falcone, Balduino à Belloforti, Roberto Colonienſi, & Gerardo Bieſio, diſiectum in fronte aciei ferocientem Bruxellenſium equitatum: porrò intellectâ eâ noſtrorum trepidatione, hoſtes facto impetu ſtratâ confeſtim primâ acie, quã Guido Comes ſancti Paulli & Valeranus F. ductabant, reliquos pari impetu diſieciſſe: trucidatis compluribus, maximũ captiuorum numerum fuiſſe. Noſtri vero Chronographi aſſerunt, Brabantinos primâ congreſſione victores, cæſo Eduardo Gelriæ Duce, capto quoque per Ioannem à Dighemo Bruxellenſem, Guilielmo Marchione, ſub veſperam quieuiſſe, moxque omnis metus ſecuros, à reliquijs exercitus Iuliacenſis, repentino incurſu ſuperatos. Porrò captum Ducem noſtrum, cæſum ab altera parte Gelrum, vtrimque deſideratam nõ modicam multitudinem, à noſtris verò maiorem cæſorum cladẽ; captiuorum verò maximam omnes ferè concinunt. Cęſorum ex noſtris illuſtriores fuêre, Henricus à Cuyck, Valterus à Gel-

Bellum Iuliacenſe, & eius cauſſa.

Copiæ in Iuliacenſem cõſcribuntur.

Iuliacenſis ex inopinato Duci occurrit

Trepidatur à Brabantinis.

Brabantinorũ clades.

Dux Venceſlaus capitur, Dux Gelriæ cadit.

Digitized by Google

Cæſorum illuſtrium nomina.

donia, Ioannes à Calſtris, Franco Sueuus, Valterus Pipenpoius, Guilielmus à Glymis equites, Ioannes à Redelghemo, Prætor Bruxellenſem: ex auxiliaribus, Guido à Ligniaco Comes ſancti Paulli, Ludouicus à Sanpya, Gerlacus à Boulandia, Georgius à Viſbacho, Vynricus à Vuaieberga equites. Captiuorum numerus iniri non potuit. Habeo vetuſtum Codicem manuſcriptum, in quo nobilium eius expeditionis deſcripta ſunt nomina: erant cohortes equitum Brabantinorum quarum Duces erant Ioannes Dominus Rotſelariæ: Henricus Dominus Diſthæ, Reinardus à Schoonuorſta, Ioannes ab A, Dominus Gruthuſij & Grimbergæ, Guilelmus ab Abcouda Dominus Gaſebecæ, Ioannes Clutingus, Bailliuus Gallobrabãtia, Gerardus Dominus Vorſelariæ, Theodericus ac Horna Dominus Paruwiſij, Henricus de Cuyck, Ioannes à Lecca, equites, Ioannes Dominus Vuithemi, Henricus à Bautreſhemo Dominus Bergarum, Gerardus ab Heida, Dominus Boutreshemi, Ioannes Dominus Vouchoudæ, Roſo Dominus Lintriæ: Guilielmus à Wilra eques Louanienſis, Ægidius Diues Prætor Louanij, Ioannes Herengodeuaerts eques Louanienſis, Ioannes à Redelghemo Prætor Bruxellæ: Ioannes à Cranedunga, Coſtinus à Ranſto, Henricus à Quaderibba eques. Auxiliarium verò ductores erant, Guido Comes ſancti Paulli, Alemannus nothus Hannoniæ, Robertus Namurcenſis Dominus Sireynæ, Lambertus ab Oppey, Dominus Agimontis, Balduinus à Montegardino eques, Iacobus Borbonienſis eques, Dominus Montiniaci, Comes Salinæ: Petrus Barenſis, Ericus à Conſtaco, Ludouicus Namurcenſis, Otto à Vuedergrota eques, Ioannes Oymus, Guilielmus à Brederoda, Ioannes Comes Spanhemi, Beierus à Bopardia, Petrus à Croneburga, Thomas Holſatius, Ioannes ab Arentiris, Guido ab Haucurtia, Franbacus à Palude, Philippus Dominus Floreſcingæ, Ioannes à Gronsfelda, Dominus Melburgi, Theodericus à Vuerchuſio, Simon Spanhemienſis Comes Vianæ, Vlricus Dominus Feneſtringæ. Erant in toto exercitu Brabantini equeſtris ordinis viri illuſtres, qui partim ſu[illegible]oſtratibus vexillis, partim auxiliaribus merebant; Morellus à Vuilra,

Nobiles, & Ductores qui fuerant Brabantinorum, recenſentur.

Vuilra, Ioannes duo à Calſtris, Gothfredus à Montenaca, Guilielmus à Vuenceſelia, Ioannes Suarterius, Ioannes Burgrauius Montenacæ, Valterus à Maloponte, Ludouicus à Limingis, Ioannes Platuoet, à Vuanroda, Louanienſes. Arnoldus àSelleca, Ioannes ab Hamma, Valterus à Berthemo, Daniel à Tumbis, Robertus ab Aſcha, Robertus Berlaius, Sigerus ab Ooſtkercke: Valterus à Lathemo, Sigerus ab Heetuelda, Ioannes ab Hellebeca, Ioannes & Guilielmus à Melderio, Henricus à Duſſla, Ioannes Vrſus, Nicolaus & Franco Suevi, Guilielmus ab Ada, Gerardus ab Elſta, Ioannes à Mera Dominus Sauenthemi, Edmundus Rouerus, Gerardus & Florentius Rolibux, Ioannes ab Ophemo, Ægidius Leo, Valterus & Giſbertus Pipépoy, Henricus à Bouchouda, Henricus à Mera, Petrus Paſcaris, Bruxellenſes. Ex Gallobrabantis, Henricus Martellus, Ioannes & Rolandus à Borneüalle, Aubertus à Corbeſia, Reinaldus ab Honcuria, Arnoldus à Marianſarte, Valterus a Geldonia, Ioannes à Glimis, Gothfredus Bordellus, Guilielmus à Glimis, Geldonienſis, Gothfredus ab Hanuto, Guilielmus à Spontina Dominus Vauriæ, Borellus à Gipplou, Daniel à Cella, Arnoldus de Molebeſia, N. à Traſinijs, Ægidius à Iauchia, Arnoldus à Boſco, Varnerus à Longocampo, Leo à Merbeſia, Ioannes à Bolea, Symon ab Herbeſia, Ludouicus, Robertus, & Ioannes à Dongelberga, Ladeſlaus à Vuatheyna, Balduinus à Fontanis, Arnoldus à Melino, Maurellus à Rixenſarto. Ex Marchia Antuerpienſi: Carolus ab Immerzela, Valterus à Sompeca, Valterus & Adamus à Berchemo, Arnoldus a Craienhema Dominus Grobbendongæ, Godfredus ab Immerzela, Guilielmus à Berchemo, Ioannes à noua Platea, Ioannes à Pollana, Ioannes à Ligno, Ioannes à Scadebrouca, Ioannes à Nouoburgo, Ioannes à Reniſſa, Ioannes & Henricus à Ranſto, Nicolaus à Kerza, Henricus à Bergis. Ex Iuriſdictione Boſcenſi: Ioannes à Geldorpa, Arnoldus à Goura, Arnoldus Diebier, Guilielmus à Boxtella, Richobaldus Cocus. Ex præfectura Thenenſi, Gerardus Hedus ab Eleſhemo, Ioannes à Carſbeca, Henricus à

Mel-

Melderia, Ioannes & Guilielmus à Durato, Iwanus à Wuinga, Ioannes à Vinthemo. Pugnatum eſt hoc prœlium XIII. Kal. Septembris, Perlato in Brabantiam huius cladis nuntio, Ioanna vxor Ducis grauiter conſternata, conſilio Regis Franciæ Confluentes profecta eſt ad Carolum fratrem Venceſlai, Imperatorem Romanum, à quo benignè accepta, remiſſáque cum ſpe mariti paullò pòſt recipiendi, domum rediјt. Initio ſequentis anni Carolus Imperator, proſcripto Iuliacenſi, totam pæne Germaniam in eum concitabat, niſi Rheni Archiepiſcopi, epiſcopus Leodienſis, & Albertus Comes Hollandiæ & Hannoniæ cum Ottone Fratre Baioariæ Duce cohibuiſſent. Quorum conſilio vocatus Aquaſgrani Iuliacẽſis miſſis ad eum Alberto ac Ottone, libertati reſtitutum Venceſlaum vnà adduxit. Confirmata eo conuentu pax inter Ducem ac Iuliacenſem, ac captiui omnes, qui cum detinentibus nondum pacti fuerant, ſinè pretio dimiſſi. Reuerſo in Brabantiam Duce, multis vectigalibus Reſpublica onerata eſt, vt externis nobilibus, qui vnà cum Duce capti fuerant, de damnis, quæ eo bello perpeſſi erant, ſatisfieret. Cenſarum familiarum capita in Brabantia fuêre 100000, quibus ſingulis indicti duo aurei montones, cum vno quadrante, vt ego in manu ſcripto codice deprehendi. Eodem anno ſtatus Reipublicæ Louanienſis mutatus eſt à Duce, Decreto vt Senatus deinceps totus pæne ex Patricijs eligeretur: Septem videlicet Scabini XIX. Iurati, & ex his duo Conſules: ſex Cenſores lanificij: ex plebe duo Iurati & Cenſores totidem. Credo ademtum à Duce plebi Magiſtratus gerendi priuilegium, ob auxilia in Iuliacenſe bellum denegata. Renouatum eo anno inquiſitionis Decretum à Venceſlao ac Ioanna Ducibus, videlicet vt inquiſitio fieret in omnes, qui ab anno 1351, vſque ad annum hunc Magiſtratum geſſiſſent: quâ factâ ac per inquiſitores ad Cenſores huic negotio deputatos delatâ, ſecundùm cuiuſque malefacti condicionem, à Cenſoribus pecuniaria vel alia maior in eos, qui Magiſtratum iniquè geſſiſſent, indiceretur. Quæſtores præterea deligerentur, qui multarum pecuniariarum receptionem haberent; lecti tum inquiſitores ex mili-

Ioanna Dux pro liberando marito, Imperatorem adit.

Iuliacenſis ab Imperatore proſcribitur.

Interceditur pro Iuliacẽſi.

Aquiſgrani Pax inter Ducem & Iuliacenſem componitur.

Brabantia vectigalibus grauatur.

Louanij per Ducẽ Patricijs auctoritas ſua reſtituitur.

Inquiſitio in Magiſtratus malè geſtos.

militari ordine Arnoldus à Molebeſia, Ioannes Pijlijſer equites. Ex vrbibus Valterus Eueloga, Valterus Abſalonis Louanienſes, Hugo à Frigido monte, Bernardus à Sponta Bruxellenſes, Valterus Leonius à Boſco, Guilielmus à Vuanga Thenenſis, Hugo Medegemus Leuienſis, Guilielmus Blancus Niuellenſis. Cenſores verò ex militari ordine, Henricus Dominus Diſthæ, Otto Dominus Traſinij, Gerardus Hædus ab Eleshemo equites. Ex vrbibus, Ludouicus Caynoga, Ioannes Quinque Louanienſes, Nicolaus Sueuus eques, Bartolomæus Shernarnds, Bruxellenſes; Arnoldus Heyma à Boſco, Ioannes à Carſbeca eques Thenenſis: Ioannes ab Huwagen Leuienſis: Picardus Scarius Niuellenſis: Quæſtores verò Ioannes ab Hamma, Ioannes Vrſus equites ex militari ordine. Alardus Sadelarius, Valterus Camerlingus Louanienſes: Ioannes ab Hana cognomento Villain, & Ioannes Pulcrabarba Bruxellenſes. Capitalis pœna indicta ijs, qui Inquiſitorum Cenſorúmve actis obſiſterent. Cõfirmata à Duce charta Cortebergenſis, anno 1312 à Ioanne II. Duce conceſſa, additumq́; vt non ſolùm Cortebergæ, verùm vbicumque Ordinibus liberet, conuentus ageretur, vtque in locum Antuerpiæ (quæ iam Comiti Flandriæ parebat) Lyra Senatorem vnum ad eum conuentũ mitteret. Obſignata hæc à Ducibus Venceſlao ac Ioanna: quibus teſtes accèſſere; Guilielmus à Flandria Comes Namurci, Dominus Sluſæ, Guilielmus filius eius, Robertus à Namurco Dominus Belli-fortis & Rouci, Ludouicus à Namurco Dominus Pitteghemi, Valeranus à Falcoburgo, Dominus Bornę & Sitterij, Theodericus ab Hornis Dominus Paruwiſij, ac Dufflæ, Suederus ab Apcouda Dominus Gaſbecæ, Ioannes à Pollana Dominus Lecca & Bredæ, Reinaldus Dominus Schoonuorſtæ, Ioannes ab Ada Dominus Grimbergæ & Gruthuſij, Ioannes Dominus Bochoudæ Burgrauius Bruxellæ, Gerardus Dominus Vorſelariæ Burgrauius Geldoniæ, Ioannes Dominus Withemij, Gerardus à Merica Dominus Boutreshemi, Bernardus Dominus Borneuallis, Ioannes Herengodeuards Louanienſis Dapifer, Ioannes Loſſenſis Dominus Agi-montis, Vualhemi & Iau-

Inquiſitorum nomina, & quæſtorum.

Eorum auctoritas.

Confirmatio, & ampliatio Charta Cortebergenſis.

Obſignatores nobiles.

Digitized by Google

chiæ, Ioannes à Rotſelaria, Ioannes Haſbanus, Arnoldus à Craienhoua Dominus Grobbendongæ, Ludouicus ab Haricuria Dominus, Caſtri Heraudi, Arſcoti & Birbachi Robertus Dominus Rumiſtæ, Henricus Dominus Diſthæ, Guilielmus Dominus Vueſemaliæ, Marſcalcus Brabantiæ, Ioannes Dominus Petreshemi, Gotfredus Dominus Arduimontis, Holenæ & Velpæ ſuperioris, Henricus Dominus Bergarum ad Zomiam, Ioannes Dominus Merbezij, Ioannes Dominus Sombreffæ, Alardus Dominus Rauiſij, Otto Dominus Traſinij, Henricus Dominus Dipenbecæ, Ioannes à Grimberga, Dominus Aſchæ, Franco ab Halis Dominus Lilloi & Montis ſancti Viberti, Raſo à Riuerijs Dominus Linthriæ inferioris, Florentius à Stalla Dominus Riueriarum, Daniel à Bouchouda Dominus Humbecç, Henricus à Quadderibba Dominus Bergæ, Otto à Vuedergrota, Dominus Adeghemi, Ioannes Dominus Glimeſij, Ludouicus Dominus Dongelbergæ, Gilbardus à Grauio, Arnoldus à Molebeſia, Arnoldus ab Opprebeſia, Gothfredus, Ioannes, & Carolus ab Immerzela, Ioannes Vrſus, Valterus, Florentius & Iacobus à Duffla, Conſtantinus à Berchemo, Ioannes à Ranſta, Ioannes à Schoonhouia Dominus Zindræ, Ioannes à Melderia, Goloinus à Tũbis, Ioannes Pijlijſer, Ioannes ab Ophemo, Ioannes ab Hamma, Ioannes à Vuauria, Maurellus à Rixenſarto, Ioãnnes à Biſdomma equites, Valterus Dominus Angiæ, Ioannes Dominus Cranedungæ, Ioannes Dominus à Cuyck, Ioannes Dominus à Meghem, Ioannes à Berlaria Dominus Helmondæ, Ioannes Dominus Heuerlæ camerarius Brabantiæ, Guilielmus Dominus Boxtellæ, N. Dominus Vuauriæ. Sequenti anno Duci modica controuerſia incidit cum vrbibus Brabantiæ. Erat priori anno indictum vectigal frumentarium, quo vt minùs profuturo, aliud tributum in ſingulas familias exegerat, vt antè dictum eſt. In ideâ lege vrbes conſenſerat, ſi Clerus quoque contribueret, & quæſtores noui, illi colligendo, decernerentur, nè à ducalis fiſci adminiſtratoribus collecta difflueret. Quod proximorum inſtigatione ægriùs Dux ferens, Bruxellâ, Genappam indigna-

Anno 1373. Ducis cum vrbibus Brabantiæ cõtrouerſia.

Ducis ſeceſſio.

Digitized by Google

dignabundus conceſſit. Initio anni ſequentis, Dux Genappâ progreſſus, Niuellenſe territorium incurſare cœpit. Ceterùm nè hæc controuerſia ingentis alicuius mali origo fieret; Ioannes Epiſcopus Leodienſis, ac vrbes eius diœceſeos prohibuerunt: ipſi etenim ſeduli inter vtroſque euntes redeunteſque effecerunt, vt Braniæ vico Brabantiæ conuenirent. Vbi pax coijt his condicionibus: Vt obliuio omnium iniuriarum hinc indè eſſet: fœdus, quod capto Duce vrbes oppidaq; inierant, reſcinderetur, diplomatibus, quæcumque ea de re conſcripta erant, abolitis: 900000 aureorum ordinis Duci exſoluerent: atque ex ijs 100000 Clerus, his adderẽtur à duobus Ordinibus 25000, à Clero 15000. Quibus colligendis quæſtores ab Ordinibus deligerẽtur, duobus à Duce additis. Quod præter hanc ſummam captiuis redimendis deeſſet è fiſco Ducali ſuppleretur: prouideretq; Dux nè quid ex mora detrimenti Reſp. caperet: alioqui id impendio eius reſarciendum fore &c. His peractis Dux Bruxellam reuertit. Sequenti anno Mechlinia ex incendio grauiſſimum damnum accepit, & Viluordiæ Dux Venceſlaus arcem exſtruere cœpit, quod opidum muris ab eo cinctum quidam aſſerunt. Anno ſequenti cum Arnoldo à Vuilra præturâ defuncto, Guilielmum à Vuilra equitem, aut Ioannem Album ſucceſſorem dare vellet Dux, obſtitêre Louanienſes: veteri priuilegio innixi, nè qui Scabini magiſtratum in ea vrbe geſſiſſet, præturam obiret. Vnde non parùm commoto Duce alius tamen, Prætor datus, Nicolaus à ſancto Gaugerico, eques Bruxellenſis. Menſe Ianuario obijt eques clariſſimus, Bernardus Dominus Borneuallis Ductor Louanienſium, conditus in Franciſcanorũ cœnobio, ad dextram Chori partem: ſucceſſit ei Ioannes filius cuius poſtea ampla mentio fiet. Menſe Septembri anni ſequentis Ioannes Dominus Grousfeldæ, cùm opidulũ in Tranſmoſanis nominæ Vuoutvucht emiſſet, iuſſu Venceſlai Ducis, in Leodienſium odium incidit. Egreſſi etenim magnâ multitudine Grousfeldam obſidio cinxêre. Cuius controuerſiæ cauſſa, quamquam ſæpiſſimè conuentũ ſit de pace, difficulter tamen componi potuit. Carolus Imp. cum Venceſlao filio, Ducem Venceſlaũ in Brabantia

Anno 1374.

Ea induſtria Epiſcopi Leodienſis ſopitur

Braniæ facta concordia, et eius capita.

Anno 1375.

Incendiũ Mechlinienſe.

Viluordiana arx inchoata.

Anno 1376.

Louanienſiũ in Prætore à Duce dando controuerſia.

Bernardi Domini Borneuallis mors.

Anno 1377.

Grousfeldia à Leodienſibus obſidetur.

Digitized by Google

Dux ab Imperatore eiuſque filio inuiſitur.
Sedecēmuiri ærario Louanienſi liberando.
Anno 1378.
Dux cū Imperatore in Frāciam proficiſcitur.

bantia inuiſit, quem ſummo officio à Louanienſibus muneratum lego. Electi à Duce ſedecim viri, partim ex Patricijs, partim ex plebe, Louanienſibus; qui inſpectis vrbis rationibus, ærario ab ingenti debitorū onere liberando conſulerent: nam ab vrbis creditoribus ciues vbiuis in vincla ducebantur. Initio anni ſequentis Dux noſter, cum Carolo fratre Imperatore in Franciā profectus eſt, perturbatiſſimo iam vrbis Louanienſis ſtatu: plebs etenim ſemel deguſtatis honoribus, omnē his recuperandis operam impendebat. Vnde abſentiā Ducis nacta, concitatâ iterum ſeditione, ſumtoque alborum capitiorū inſigni, Patricios vrbe pepulêre, qui Duce Ioāne à Calſtris equite Arſcotum profugerunt. Reuocatus tum in Brabantiā Dux, nouum de Magiſtratibus gerendis edictum propoſuit, Vt ſingulis annis iuratorum vndecim, Scabinorū quattuor, Cenſorum lanificij totidē ex Patricijs: Iuratorum decem, Scabinorū três, Cenſorum quattuor ex plebe: vnus vtrimq; Conſul deligerentur. Ferunt à plebe ob hoc edictum 9000. aureorum Ducem extorſiſſe. Lecti Coſſ. Ioannes Suarterius eques, Valterus à Leyda, homo in plebe præpotens. Maxima poſt hec Patriciorum pars vrbe abſtinuit: ſolis ijs, qui plebeiam factionem non omnino aſpernabantur, in vrbē reuertentibus. Quare propoſitâ lege, vt omnes Patricij, qui extra vrbem cōmorabantur domum ſub exſulij pœna redirent, miſſa Capitiatorū manus Arſcotum, vt Ioannem à Calſtris, ceteroſque violentâ manu reducerent, fortiter repulſi ſunt. Renatum poſtea Leodienſe bellum, quo Leodienſes in Brabantiā excurrentes, Landinū ac Hannutum exuſſêre, mediante Ludouico Comite Flandriæ in inducias deſijt. Menſe Decembri Ioannes à Scoonuorſtę, Dominus Monijoyæ, Seneſcallus Brabantiæ creatus eſt. Mox orta inter Guilielmum Dominum Vueſemaliæ ac Louanienſes controuerſia, cùm is Louanienſium ciues Vueſtreloç in vincla conieciſſet; hi viciſſim armatâ vi egreſſi multos Vueſemalienſium captiuos Louanū abduxêre. Hinc inter Patricios ac plebem Louanienſes, cædibus ac incendijs agi cœpit, cùm plebs Patricios perpetuo exſulio multaret: Patricij apprehēſos quoſcumque poterant ex plebe neci dederent. Anno inſequenti, Duce

Noua Louanienſis plebis in Patricios turba.

Ducis nouum de Magiſtratu legendo edictum.

Patricij ſpōte exſulant.

Capitiatorum è plebe factio, Arſcoto Patricios fruſtra repetit.
Leodienſe bellum renaſcitur.

Domini VVeſemaliæ cum Louanienſibus controuerſia.

Seditio Louanienſis recrudeſcit.
Anno 1379.

Duce Luceburgũ profecto, omnia in peius verſa. Louanienſiũ exemplo, plebei vbique in Magiſtratum inſurgebant, Louanij verò in Nicolaum à S. Gaugerico Prætorẽ abſentem acerbiùs tumultuatum: Mox à Capitiatis vi effractum parcenſe cœnobium, quòd exſulum Patriciorum aliquot ibi deliteſcere dicerentur: Ceſſit mox pręturâ Nicolaus à S. Gaugerico, ſuffecto Ioanne Burgrauio Montenace, equite. Dum hæc fierent lecti noui Coſſ. Simon ab Ouerbroucа, Valterus Saxo. Porrò Valterus à Leyda exconſul plebeius, Bruxellam ex Reip. profectus menſe Decembri, noctu interfectus eſt Patriciorũ conſpiratione ibi commorantium: cuius Ioannem à Caſtris ac Guilielmũ à Vuilra conſcios fuiſſe ferebatur. Hoc Louanium relato, plebs immane, quantũ in Patricios efferbuit. Miſſi mox Bruxellam legati Simon Coſſ. Ioannes Quinque, Guilielmus à veteri Heuela, vt de interfectoribus ſupplicium ſumeretur, Ioannam Ducem, Senatumque Bruxellæ monituri, quorum non expectato reditu efferata factio Capitiatorum, Patriciorum quotquot eius facinoris vel leuiſſima ſuſpicio alligabat, in curiam venire compulſos, firmâ ſagittariorum cohorte cuſtodiri iuſſerunt. Porrò Ioanna Dux remiſſis legatis, litteras ad plebem dedit, poſtulans nè quid in captiuos acerbiùs ſtatueretur: nam ſe mox Louanium venturam, ac cædem Valteri à Leyda non vulgariter vindicaturam. Eodem tempore ſuperuenêre, Ludouici Comitis Flandriæ litteræ, quibus ille Henricũ à Velpa Patricium hoſpitem quondam ſuum, vinclis eximeretur, petebat, non negatum id Comiti. Ceterùm nè Ioanna Dux Louaniũ veniens ceteros manibus eorum eriperet metuentes, armis ſumtis in forũ ruunt, vbi conſtipatâ nè quis elaberetur curiâ, ſagittarios captiuorum cuſtodes vinctos omnes feneſtris eijcere cogunt, exceptoſq; haſtis, fœda dilaniatione crudeliſſimè conficiunt. Erat captiuorũ illuſtriſſimus Ioãnes Planipes (*Platuoet* vernaculè) eques, quem ſagittariorũ vnus miſeratione tanti viri affectus ſub ſcamno latere permiſerat: ſed re detectâ, ambo, vt ceteri, præcipites dati. Patrato eo facinore, Capitiati innocentiũ cruore toto corpore conſperſi domos quiſq; ſuas confluxêre. Cæſorũ Patriciorũ nominatos

Duce Luceburgum profecto, Plebis in Magiſtratus rebellio latiùs ſerpit.

Ioannes Burgrauius Montenax Prætor Louanienſis. Valteri à Leyda exconſulis cædes

Plebeios Louanij in rabiem agit.

Capitiatorum in Patricios Louanij ira.

Henricus à Velpa Patricius liberatur

Barbara Capitiatorum in Patricios crudelitas.

Patriciorum immaniter cæſorum numerus.

Digitized by Google

reperio Ioannem Planipedem, Ioannem Album, Rudolfum ex Limingis, Ludouicum Caynogam, Alardum Sadelarium ad XVII. fuiſſe ferunt, alij XIII. His peractis, opida ſua iuriſdictionis mox Leodienſis quoque Diœceſeos Louanium conuocârunt. Venêre Senatus Thenenſis, Leuienſis, Diſtanus,

Opida Louanienſis & Leodienſis ditionis cauſſam plebis Bruxellæ agere, coacta.

Halenſis, Arſcotanus, Lyranus, & Geldonienſis. Quibus poſt multam deliberationem, in mandatis datum, vt Bruxellam profecti Ioannam commonefacerent, vt de Leydę interfectoribus ſupplicum maturaret, de cæde verò, quæ in Patricios patrata erat (quod eo in iuſtam vltionem acciderat) nō magnopere angeretur. Miſſus quoque Lutetiam (quo à Lucе-

Dux domum reuocatur.

burgo inerat) ad Ducem legatus, qui edoctum eum de ordine geſtorum, vt domum quàm primùm maturaret, oraret. Redijt is menſe Ianuario, opidorum legatis etiamnum Bruxellæ agentibus, quos Louanium miſit, iuſſos Louanienſibus

Bruxellam redit.

edicere, ſe confeſtim eò venturum ac in vtriuſque cædis auctores æquo iudicio animaduerſurum. Quo reſponſo accepto, non parùm Ducem veriti, Leodienſium, Tungrorū, Trudonenſiumq́; legatis exoratis, vt vnà cum Thenenſibus, Le-

Plebs Louanienſis attonita ſatisfactionem offert.

uienſibus, Niuellenſibus, ac Prætore Louanienſium Bruxellā profiſciſcerentur, vt Ducem quoquo modo placarent expetiêre, offerentes, ſe ex Ducis ac omni bonorum arbitrio ſatiſfactionem ſubituros, ſi conuentu Banci vel Parci indicto, Dux

Dux plebem Louanienſem, & Bruxellenſem armis & clauibus exuit.

eò proximorū ſuorum aliquot mitteret. Quod tum impetrari non potuit: mox cùm Bruxellenſes ac Louanienſes ſecretò quædam agere Dux comperiſſet, ademtis plebi armis, claues etiam portarum ad ſe deferri iuſſit. Porrò in fine anni, perti-

Banci conuentus indictus, fruſtrà.

nacibus Leodienſibus, vt conuentus Banci vel Parci indiceretur, Dux ceſſit. Præſcripta dies Bancum conueniendi incertū qua de cauſſa, diffluxit. Res Furam tranſlata, miſſi eò Prætor

Fura conuentus.

Louanienſis, Ioānes à Borchouijs, Guilielmus à veteri Heuerla Conſules: ſumma eorum, quæ Louanienſes offerebant, hęc erat: Vt ijs qui manum Patricijs trucidandis immiſerant, in tranſmarinam peregrinationem damnatis, reliqui nullâ pœnâ afficerentur. Dum hæc agerentur à Tungris, Louaniū nuntius aduenit, armatos indies in ſuis ac Haſbaniæ finibus videri, non

dubiâ

dubiâ opinione in Louanienſes quidquam moliendi, famâ hęc comprobata, iiſdem armatis mox circa Louanium cõſpectis: quare excubiæ totâ vrbe agi cœpere. Porrò conuentus Furanus, cùm ea, quæ Louanienſes offerebant, pro modo delicti exigua viderentur, diſſolutus eſt. Menſe Aprili ſequentis anni, nouus Banci conuentus actus, vbi fidâ Bruxellenſium operâ effectum, vt voto Louanienſium pax concluderetur: videlicet ſolâ pœnâ Tranſmarinæ peregrinationis homicidis indictâ, ijs qui Leidanum interfecerãt, perpetuo exſulio punitis: eo addito vt ex ærario publico, cum cęſorum Patriciorum liberis veteri iure componeretur. Acta hæc menſe Maio. Eâ expiatione ceterorum Patriciorum conſanguinei pacati fuêre, præter Petrum Planipedem Ioannis, ac Ioannem Ioannis Albi filios: Confectâ pace parùm duraturâ, miſſi Leodium Ioannes à Borchouijs, Arnoldus Godertoius ſenatores, ab epiſcopo impetrarunt, vt interdictum ſacrorum (quod Epiſcopus ob cędẽ Patriciorum aliquot, qui tonſurati erant, induxerat) remitteretur. Eodem tempore cùm Gandauenſes ſæuiſſimo bello cum Comite ſuo conflictarentur, Ioannes cognomento Loſſenſis ciuis Louaniẽſis perpetuo multatus eſt exſulio, quòd Louaniẽſes Gandenſibus ſagittariorum ac bombardarum opem laturos, temere effutiјſſet. Per idem tempus Ioanni Suatterio Conſuli & equiti exſulium indictum, ſuffecto in reliquum anni Arnoldo Godertoyo. Fine eius anni Petrus Planipes ac Ioannes Albus, Ioannem ab Holara ciuem Louanienſem Capitiatorum vnum crudeliter interemerunt: Mechliniæ, Ludouicum verò Ægidium in Ioannis cognomẽto Flandri necem ſubornaſſe dicebantur: Gerardus à Radingis, Gothfredus ex Limingis, Henricus, Ludouicus ac Valterus Fratres Pinnocci. Hinc noui belli ſeminarium, Louanienſes miſſis Bruxellam Mechliniamque legatis, de cædibus horum inquiri à Duce & Senatu Mechlinienſi flagitabãt. Initio anni ſequentis Gerardus à Radingis ac Pinnocci fratres Louanium vocati, vt cędẽ Ioannis Flandri eluerent, cùm non adeſſent: prædia eorum iuſſu Louanienſium vſta ſunt: Miſſiq; in Haſbaniam Henricus à Schora cum ſagittariorum cohorte: vt hos Planipedem ac Album,

Sed ſinè effectu.

Anno 1380.

Banci conuentus de pace.

Pacis pacta leges.

Louanienſe interdictum relaxatur.

In Ioannem Loſſenſium futilis linguæ pœna.

Petri Planipedis & Ioannis Albi vindicta, aliorumq;.

Noua Louanienſis diſſenſionis ſemina.

Anno 1381.

Plebis in patricios.

bum conquirerent, ac in vrbem pertraherent. Valterum Caynogam, & Valterum ex porta Patricios in opidulo Loſſenſis Comitatus, quod *Harca* dicitur, in vincla duci iuſſerunt: at illi implorato iure ciuitatis concitâ plebe, Henricum à Schora captis quattuor ſuorum, Halas vſque fugârunt. Vixq; impetrari potuit, nè quattuor captiui ſupplicio dederentur. Eodem anno Ioannem à Grauio ciuem, Patricij aliquot, Dornę captũ, pedibus manibuſque mutilatum Louanium remiſêre: ij tamẽ Louanienſium diligentiâ à Guilielmo ab Hortino, Balliuo Haſbaniæ, mox capti capite luerunt. Leuia eodem anno ſeditione concuſſa. Menſe Iunio anni ſequentis Valterus Saxo, plebeiorum Louanij potentiſſimus, Puttæ à Ludouico Crickſteen, Pinnoccis fratribus, & Gothfredo ex Limingis, captus auectuſq; mox Louanienſes Lyndam pagum Ioãnis à Calſtris exuſſêre, hic verò cum Ludouico Crickſteẽ in vltionẽ, Ægidij Mariæ prædia in Erpa pago vaſtauit. Indè euenit, vt Dux Patriciorum cauſſam defendendam ſuſciperet; Louanienſes etenim miſſis ad eum legatis vt Saxonem liberari, Mariæ iacturam ſarciri volebant, ſe in exurendis prędijs Ioannis à Calſtris nihil peccaſſe aſſerentes, quòd in vltionem intercepti Conſulis id factum eſſet. Vnde is commotus, cum vicinis opidis indies ſecreta colloquia agitari etiam cõperto; miſſis in Hollandiam Gelriamque nuntijs exercitum refrenandæ huic licentiæ cogere cœpit. Indè non mediocriter conſternati; vrbis rectores, Nobiles, ceteraſq; vrbes ac opida, enixè orabat, nè quas copias in eorum perniciem reciperent, aut bellum è ſuis ciuitatibus Louanio inferri paterẽtur. Porrò Dux paratis expeditioni congruis, menſe Octobri, Genapiã Ordinibus conuocatis, Louanienſium proteruiam ſe compeſcere velle exponit, vt ad præſcriptam diem cum iuſto armatorũ numero adeſſet, præcipiens. Quo comperto Louanienſes, muniendæ vrbi omnem operam impendentes, propugnacula erigere, commeatum inferre, ceteraq; obſidioni tolerandæ agitare cœperunt: creatis Capitaneis; Valtero Repardo, Ioãne à Molebeca & Mathia Vuoutermanno. Tertio Nonas Decembris Dux maximo armatorũ exercitu ſtipatus, è Fura Bancũ profectus, propriùs

Plebis in Patricios;

Et Patriciorũ in plebẽ motus.

Leuia ſeditio.

Anno 1382.

Dux Patriciorum cauſſã ſuſcepit.

Dux in Louanienſes auxilia conuocat.

Genapia Ordinum cõuentus in Louanienſes excitatur.

Louanienſes ad reſiſtendũ ſeparant.

Digitized by Google

propiùs vrbem caſtra locauit, in finē Ianuarij durauit obſidio, quo temporis ſpatio leuibus aliquādo prœlijs certatū eſt: vrbs verò numquā oppugnata, quòd Arnoldus ab Horna Leodienſis epiſcopus cum eius Diœceſios vrbibus, omne medium paci quærerent. Vix tamen multitudini perſuadere potuerunt, vt Ducem muris reciperent. Fine Ianuarij pax firmata, his legibus: Vt Duci vrbē ingredienti populus omnis ſupplex, nudis capite pedibuſq́; occurreret; ac prouolutus veniā rebellionis humiliter expeteret: Munitiones vrbis diruerētur: Patricij, qui aliquot antè annis exſulabāt reciperentur: Auctores rebellionis exſulio multarētur: Murorū pars dirueretur quà Dux vrbē ingreſſurus eſſet, &c. Obſignârunt leges pacis, Venceſlaus ac Ioanna Duces, Arnoldus ab Horna epiſcopus Leodiēſis, Reinaldus à Falcoburgo, Dominus Sitterij & Bornæ: Suederus ab Apcouda, Dominus Gaſbecæ, Puttæ, Stryarū, Ioannes Dominus Vueſemaliæ & Faleſiæ, Marſcalcus Brabātiæ, Hēricus Dominus Diſthæ, Burchgrauius Antuerpiæ, Ioannes Dominus Leccæ & Bredæ: Ioānes Dominus Rotſclariæ, Seneſcallus Brabantiæ, Ioānes Dn̄s Bouchoudæ, Burggrauius Bruxellæ, Henricus à Bautreſhemo Dominus Bergarū ad Zomiam, Reinardus Dominus Schoonuorſtæ, & Sichenarum, Guilielmus ab Horna, Dominus Duffl&ae;; Ghelę, & Herlarij. Ioānes Dominus Withemi, Ioannes Dominus Borneuallis: Florentius à Stalla Dominus Riueriarum, Razo à Riuerijs Dominus Lintræ inferioris, Guilielmus Dominus VVuariæ, Henricus à Lecca, Arnoldus à Meſelino, Burggrauius Furę, Rolandus à Borneualle, Arnoldus à Crainhemo Dominus Grobbedongæ, Arnoldus à Molebeſia, Henricus & Ioannes à Meldert, Carolus ab Immerzella, Ioannes Leo, Ioannes à Calſtris, Guilielmus à Vuilra, Ioannes Burchgrauius Montenacæ, Valterus à Maloponte, Guilielmus à Vuinchella, Ioannes Pijlijſer, Ioannes à Scadebrouca, Henricus à Bergis, Ioannes ab Ophemo, Euerardus Sherclaes, Nicolaus Sueuus, Henricus à Bautreſhemo: Henricus ab Heuerla omnes equites, Ioannes Dominus Cranedungæ & Seuebornæ, Ioannes à Cuyck Dominus Hoochſtratæ & Vorſelæ: Ioannes Dominus à Megem, Ioannes Dominus Heuerlæ, Ioannes Clutingus Dominus

Louanium à Duce obſidetur.

Leodienſibus intercedentibus pax componitur.

Pacis leges.

Obſignatores nobiles.

Digitized by Google

Dux ſeditioſos Louanij eijcit.
Ioannes Suarterius eques gladio plexus.

Marchianarum. His peractis Dux in opidum admiſſus, eiecto ſeditioſiſſimo quoque, Ioannem Suarterium equitem gladio feriri iuſſit. Mox, eo Bruxellam reuerſo, textores ſeditionem nouam moliri cōperti, arma in publicum cōferre coacti

Noua textorũ ſeditio reprimitur.

ſunt. Ioannes vero à Calſtris, eques clariſſimus, ductor Louanienſium effectus eſt, qui tum Ioannis Clutingi equitis Bruxellenſis filiam Mariam vxorem habebat.

Anno 1383
Exſules mixti turbas cient.

Initio anni ſequentis, exſules Louanienſes cōiuncti ceteris Brabantinis, Leodienſibus aliarumq; regionũ exſulibus, Leuiam intercepêre menſe Maijo:

Leuium ab exſulibus captum recuperatur.

in quos poſt triduum irruens Razo Dominus Lintræ, cum tumultuaria ſuorum manu, cōpluribus eorum trucidatis, opidum recuperauit, reſidui eorum capti, ac Louaniũ adducti pœnas dedêre. Exinde ceteri exſules Brabantiâ profugi, in Haſbania latebant, vbi miſſis aliquot ſuorum cum Petro Siluano Gandenſium factioſorum Duce, fœdus iniêre: cuius

In exſules animaduertitur.

ope adiuti diuerſis itineribus properantes Louanium interciperent. Captus tum eorum vnus Filuordiæ, qui portam vnam eius opidi adaperturum ſe Guilielmo Repardo exſulum ductori receperat, ac ſupplicio addictus. Quo comperto, exſules

Exſules ex varia fuga Gandauum confluunt.

ex Haſbania per Campaniam in Hollandiam properantes, cùm à Ducibus Alberto Hollandiæ Comiti, ſigna quibus agnoſcerentur, prodita intellexiſſent, Gandauum ſeſe, quantâ

Anno 1384
Exſulum Aprorum factio.

poterant celeritate, proripuerunt. Anno ſequenti exſulũ colluuies, in vnum collecta (qui partim, Louanio, Thenis, Leuiâ, S. Trudone, viciniſque opidis eiecti erant) Apros ſe nominabat, ac infinitis malis Brabantiam affligebat, ita vt profligendæ

Ea per armatos ruſticos reprimitur.

huic multitudini, armatos ruratim ad pulſum Campanæ colligi neceſſe fuerit: ita plures eorum varijs in locis capti; inter

Francus Sigerius Dux capite luit.
In epitaphio dicitur anno 1383. obijſſe.
Dux Luceburgi fatis concedit.

quos Franco eminebat nomine Sigerius, Hugardiæ capite cæſus. Porrò Dux noſter Luceburgum hoc anno profectus menſe Decembri, fatis conceſſit, nullâ prole relictâ. Cuius corpus ab eius regionis nobilitate in Oriuallenſi cœnobio conditum eſt.

RERVM

RERVM BRABANTICARVM PETRI DIVÆI LIBER XVI,

Geſta Ioannæ Duciſſæ, Venceſlai viduæ, continens.

VENCESLAO, vt diximus, viuis exemto, Ioanna Remp. adminiſtrare cœpit, renaſcente tum Gelrico bello. Non parùm tamen è coniugis amantiſſimi morte conſternata, morbo grauiſſimo aliquamdiu cõflictata eſt. Vnde conualeſcens partium ſuarum firmum præſidium fore rata, ſi Philippi Burgundiæ Ducis liberis connubia prouideret: ad quos Brabantiam deuolui neceſſarium foret, ſi humanitus ſibi quid accideret. Albertum Bauarum Comitem Hollandiæ & Hannoniæ vehementiùs vrgebat, vt Margaretam filiam Ioanni Philippi Ducis filio; Guilielmũ verò filium Margaretæ filiæ Philippi coniungeret. Renuit primùm Bauarus, vno tempore binas cum Duce affinitates inutiles fore iudicans: poſtea tamen penſatis diligentiùs prudentiſſimæ feminæ poſtulatis, acquieuit. Quinto itaque idus Aprilis huius anni, Cameraci vtrorumque nuptijs celebratis interfuêre Carolus Rex Francorum, Duces Burgundiæ, Borbonij & Bauariæ, Albertus Comes & Ioanna princeps noſtra. Durantibus his nuptijs, exſules Louanienſes, Gandenſium ope Louanio rurſus mali aliquid moliebantur; verùm detecto dolo, Gaſbecano agro peruaſtato in Flandriam redeunt: & Ioannes à Dyntra vir nobilis chartulas Louanij valuis ædium affigi fecit, quibus vrbi bellum indicebat. Reuerſa in patriam Ioanna, ingens tri-

Anno 1385. Ioanna Venceſlai vidua morbum ex luctu cõtrahit.

Succeſſorum in Ducatu res connubijs firmat.

Ioannis filij, & Margaretæ filiæ Philippi Burgundiæ Ducis cũ Margareta & Guilielmo Alberti Bauari liberis nuptiæ.

Exſules Louanium fruſtra tentant.

Ioannes à Dyntra Louanio bellum indicit.

 butum

batum à ſuis exigebat, vt Ducatū Limburgi oppignoratū redimeret. Prorogatæ etiā induciæ inter Brabantinos ac Leodienſes Extinctū eodem anno bellum Flandricū, quod ſeptennio toto Gandenſes in Ludouicū Comitē ſuſtinuerant: Pacis diligentiſſima mediatrix princeps noſtra, non impenſis, non itineris labori, non ſanitati ſuę parcebat, quo motū hunc ſopiret. Conuentū cōcluſumq; de pace Tornaci, in S. Martini cœnobio, XVIII. Decemb. Renata mox inter Antuerp. ac Mechlinienſes ſtapularū controuerſia. Initio ſequētis anni Gelrię Dux Guilielmus Iuliacenſis, Ioanni à Grousfelda equiti Tranſmoſano infeſtus, quòd Vuchtā, Gangellā, ac Millam nullis condicionibus ab eo redimere poſſet, omnē perdendi hominis occaſionē quærebat. Tandē diſſeminato inter eum ac Reinaldū Dominū Schonuorſtæ odio, voto ſuo potitus eſt. Hic etenim immiſſis percuſſoribus, eum paruo comitatu properantē trucidauit. Cuius morte grauiter in Reinaldū affecti Brabantini, quod hominē fidei ſingularis, ipſe è primis Brabantiæ iugulari iuſſiſſet. Vrgebat interea Tranſmoſanarū trium arciū reſtitutionem Gelrus, at fruſtra. Quare miſſis Bruxellam fecialibus, bellum Brabantinis indixit. Cui propulſando Ioanna, Ioannē Dominum Vuithemi cum valido pręſidio Boſco immiſit, cui maximè timebatur à Grauia Moſæ ciuitate Gelrorū copijs infeſſā: Hanc à veteribus Principibus de Cuyck olim poſſeſſam conſtat. Porrò Principū horum familiam, Comitū titulo inſignitam, antè retulimus: donec Hermanus ob cædem N. Comitis Hollandię, iudicio Lotharij II. Imp. eo titulo priuaretur. Peruenit tandē hic principatus ad Henricū fratrem Henrici I. cuius in geſtis anni 1202, meminimus. Huic ſucceſſit Ioannes, dein Ioannes II. qui bello Flandrico clarus obijt anno 1308: poſt eum Ioannes III. qui tēpore Ioannis III. Ducis defunctus, Ottonem Dominū à Cuyck, & Heuerlæ, & Ioannem Dominum Hoochſtrati liberos reliquit. Porrò Grauiā antea liberā, clientelæ Ioannis III. Ducis, acceptis ab eo aliquot aureorum millibus cōmiſit. Succeſſores Ottonis, Ioannes IV. & poſt eū Ioānes V. beneficiarios ſe Venceſlao Duci recognouerūt, quo defuncto, inter Vedemarum fratrem, & Ioannem ex Henrico

fratre

Ducatus Limburgi tributo publico à Ioāna redimitur.

Belli Flandrici finis mediāte Ioāna vidua.

Stapulæ cōtrouerſia iterum mouetur.

Anno 1386.

Ioannes à Grousfelda eques inſtinctu Gelriæ Ducis trucidatus.

Reinaldus D Schoonuorſtæ auctor cædis, odioſus.

Gelrus Brabātinis bellum indicit.

Ioannes D. Vuithemi Boſco contra Gelrum præfectus.

Grauia iuriſdictionis Principum de Cuyck.

Dominorum de Cuyck & Grauia ſucceſſio.

fratre maiore nepotem, controuerſum eſt de principatu. Vedemarus ipſo iure potior, occupatâ Grauiâ, beneficiarium itidē Ioannæ Principis ſe profeſſus eſt. Hunc paullò pòſt Ioāni Domino Vuithemi, nomine Brabantinorū Grauiā tradere volentem, Ioannes filius, gener Guilielmi Ducis Gelriæ ex filia notha, ſocero vinctum tradidit: moxq; ſoceri viribus occupato principatu, Grauiam Gelrico præſidio cuſtodiri permiſit, quod poſt mortem Venceſlai Ducis actum fuerat. Ita Brabantinis Boſco, Gelris Grauiâ excurrentibus, interſitus ager miſerè affligebatur. Ceterùm Brabātini Grauiam ſibi ereptam frementes, menſe Septembri huius anni, magno belli apparatu, opidum circumdedêre: miſerant ſingulæ vrbes in eam expeditionē ſuorum præſtantiſſimos. Louanienſiū ductores erant, Ioannes à Calſtris eques, Henricus Pijlijſer, Gothfredus ex Limingis, Ludouicus Pinnocus, Stephanus Smachtus, Bruxellenſiū Euerardus Sherclaes, Nicolaus Sueuus, Theodericus ab Heetvelda equites. Quibus multitudinē animantibus, ſæpiùs fortiter oppugnatū opidum, multo fortiùs defendebatur. Vnâ oppugnatione Theodericus ab Heetvelda vir fortiſſimus propulſatis defenſoribus, in murorū pinnas euaſerat, opidūq; eo die captum fuiſſet, niſi reliqui, eo ignauè deſerto, retroceſſiſſent: Mox ille reuerſis hoſtibus ad propugnacula, muro in foſſam deiectus, vix à ſuis neci eripi potuit. Ita reuocatâ obſidione, Brabantini deinceps in caſtris quiêuere, fame opidum euinci poſſe rati. At Gelrus hoc veritus, Albertum Bauarum crebris litteris orabat, vt pacis inter ſe ac Brabantinos medius fieret. Qui Boſcum ad Ioannam profectus, hincque iterum ad Gelrum properans, eos compoſuit, eâ condicione: Vt Grauiâ Brabantinis redditâ, captiui vtrimque dimitterentur: porrò prçcipites in reddendis, quos ipſi ceperant, captiuis, Brabantini Gelro fidem fallendi anſam obiecêre. Is etenim occupatâ iterum Grauiâ pulſiſque indè Brabantinis captiuos etiam ſuos retinuit. Quod factum indignè ferentibus Brabantinis, rùrſum miſcentibus ſe negotio Franco Rege, ac Philippo Duce Burgundiæ, Cameraci, Antuerpiæ, Bergæ Diuæ Gertrudis, item Boſci de pace componenda variè deliberato:

Quomodo Grauia ſub Gelri poteſtatē reducta.

Brabantini Grauiā obſident.

Ductores Brabantini exercitus.

Theoderici ab Heetvelda virtus.

Albertus Bauarus mediator pacem componit.

Gelrus pactorum fidem fallens.

Belli renouati cauſā prabet.

Gelro verò omnem pacem aſpernante bellum vtrimque renouatum eſt. Anno ſequenti cùm de bello Gelrico conſultaretur. Sigerus ab Apcouda Dominus Gaſebecæ, immane facinus admiſit. Eſt in iuriſdictione Bruxellenſium Roda pagus, latæ iuriſdictionis, cuius aliquot villas Gaſebecanæ ditioni attribui apud Ioannam Ducem inſtabat Segerus. Intercedebant Bruxellæ Senatores, quidquid Gaſbecanæ ditioni adijceretur, ſuæ detrahi non ignorantes: atque horum omnium acerrimus Gaſebecani hoſtis erat Euerardus Sherclaes, ereptâ olim Flandris patriâ clarus, Scabinus tum vrbis. Ita eliſo conatu ſuo, Gaſebecanus recondito paullulùm odio, Euerardo Lennecam Gaſebecanæ ditionis pagum, vbi prædia poſſidebat, properanti, Bailliuum ſuum immiſit, qui hominem linguâ exſectâ pedeque mutilatum Bruxellam remiſit. Tam horrendo facinore commota vrbs, edictâ expeditione, eâ ipſâ die magnum armatorum Vleſenbecam duxit agmen, miſſis ad omnes Brabantiæ vrbes litteris, vt confeſtim ſcelus id vlturi cum fortiſſimis ſuorum cohortibus Gaſebecam accurrerent. Alterâ die quæ erat Veneris ſanctæ Bruxellenſes caſtra Gaſebecæ appoſuêre, Initio ſequentis anni Euerardus interijt, IX. videlicet Aprilis, & Louanienſes ac ceterarum vrbium populi (exceptis Boſcenſibus Gelrico bello impeditis) magnis copijs Gaſebecam confluxerunt. Erant tum Louanienſium primi, Valterus à Maloponte, eques; Ludouicus Pinnoccus, Gothfredus ex Limingis. Porrò Ioanna Dux miſſis Louanium litteris, Sigerum ab ea cæde excuſare nitebatur, quaſi non eo iubente facta, cui illi reſpõdêre, excuſationem eam ſe ſinè aliarum vrbiũ conſilio admittere non poſſe. Ita continuatâ toto eo menſe obſidione, arx tandem dedita ac diruta eſt: Sigero interim conſanguineorum auxilia circa Diſtham colligente. His peractis bellum in Gelriam totis viribus verſum. Menſe Maijo inita expeditio, Ducibus Ioanne Domino Borneuallis, Razone Domino Lintræ, Ioanne Domino Leccæ & Bredæ, Ioanne Domino Withemi Seneſcallo; è Louanio, Gothfredo à Montenaca, Valtero à Maloponte, Guilielmo à Vuilra, Guilielmo à Vuinxella equitibus, Ludouico Pinnocco, Baſtino à Lapide, Goth-

Marginal notes:

Anno 1387.

Sigerus Gaſebecæ Dominus eius ditionem ampliare molitur.

Euerardum Serclaes obſtãtem fœdè mutilat.

Bruxellenſes Gaſebecam obſident.

Anno 1388.

Gaſebeca deditur ac diruitur.

Bellum Gelricum recrudeſcit.

Ductores Brabantinorum.

Digitized by Google

Gothfredo ex Limingis, Godthfredo Rudolfo; è Bruxella, Ioanne Leone, Nicolao à S. Gaugerico, Theoderico Loza Equitibus. Petita prima omnium Grauia belli fax, eaque arctiſſimè concluſa: porrò Gelrus, fallentibus Anglorum auxilijs, obſidioni ſoluendæ impar erat; nec dubium erat, opidum tum Brabantinis ceſſurum, niſi fortunam ſuam inſigni temeritate commaculaſſent. Moſæ etenim ponte ad Rauaſtenum (veniâ Domini Hornæ cuius id opidum erat) tranſito, vſque ad 1000 in Gelriam effuſi prædas agere cœperunt, reliquâ parte exercitus ad obſidionem relictâ. Quo Neomagum relato, Gelrus primùm pauidus, mox reſumto animo, ſuos quamquam paucos opido eduxit, comitantibus Domino Gheſmæ, Domino Huccelemi, Ottone Domino Vaſprę, Domino Henſbergæ, factoque in Brabantinos impetu, diſiectis eorum ordinibus, in fugam coniecêre, multis trucidatis, capti Domini Borneuallis & Lintræ, & Ludouicus Pinnoccus Louanienſis, reliqui variò effugêre. Eâ clade in caſtra allatâ, fit mox omniũ, qui ad obſidionem remanſerant, præceps fuga, quibus nihil magis ſalutarius, quàm Gelros, qui Grauiæ inerant, ſuorum victoriam non antè reſcijſſe. Gelrus Neomagum reuerſus captiuorum ſpolia Diuæ Virgini dedicauit. Paullò ante Grauiæ obſidionem, Ioanna Dux Berneuallis Dominum Ioannem ab Ophemo equitem, Nicolaum à Monioya, Ioannem à Grauio legatos, in Franciam miſerat, à Rege Carolo ac Philippo Burgundiæ Duce auxilia poſtulaturos. Hi repertis Rege ac Duce Rotomagi, expoſitâ legatione impetrârunt; vt Guilielmus à Tremolia, ac Geruaſius Miranda, cum 400 Equitibus præmitterentur, qui trium arcium præſidio diſpoſiti, Stralam opidulum Gelris ademerant. Interim Burgundus, Rege ac nobilitate in Gelriam deducendo ſedulò laborabat. Seriùs tamen, quàm vellet expeditio iniri potuit, multis Principum, Regem tam procul regno proficiſci, præſertim metu Britannici belli ingruente, diſſuadentibus. Vicit tamen pertinax Ducis labor, vt paullò pòſt dicemus. Porrò hoc eodem anno, Gelrus conſternatis adhuc è priori clade noſtris, Moſam tranſgreſſus, totâ Campaniâ latè vaſtatâ, Oſtreuicam, Geſtellam,

Grauia arctè clauditur.

Brabantinorum in populanda Gelria temeritas.

Brabantini fuſi, fugati.

Grauiæ obſidio ſoluitur.

Ioanna à Francorum rege auxilia petit, & impetrat.

Gelrus Campaniā vaſtat.

Digitized by Google

lam, Becam, inſignes pagos exuſſit, ingentiq́ue prædâ aba-
Varijs auxilijs ſubnixus.
ctâ per Horniam domum reuertit. Ferunt tum Colonienſem, Monaſterienſem, Bremenſem, Traiectenſem, antiſtites; Ducem Cliuiæ, Comitem murtij, Abbatem Prumiæ Gelro adfuiſſe. Acta hæc in Auguſto. Pôſt eius diſceſſum, delecti in Brabantia 1200 equites, & 4000 ſagittariorum, qui Oſſæ,
Brabantinorũ delectus.
Littæ, Herpæ, alijſq́ue, obiectis Gelriæ munitionibus impoſiti ſunt. Dum hæc fierent, Carolus Rex Francorum, compo-
Francus ſubſidia in Gelros adducit.
ſitis rebus Britannicis, expeditionem Gelricam inijt, præmiſſis in Brabantiam qui iter exercitui apparari iuberent. Porrò vrbibus Brabanticis tantæ hominum multitudini tranſitum denegantibus, per Arduennam itum eſt; præeunte exercitum
Francicis copijs per Arduennam via munitur.
Engerrano Cociaci Domino, cum mille equitibus ac magna operariorum copia, qui arboribus eius ſiluæ conciſis, viam Regi aperirent. Rege Arduennam ingreſſo, Ioanna Dux no-
Ioanna Baſtonia cum Frãco colloquitur.
ſtra illuc profecta, aſſumtis ſecum Comite Salinæ, Ioanne Domino Rotſelariæ, N. Domino Bocquehordæ, Baſtoniæ, eius aduentũ exſpectauit. Cui, Duciq́ue Burgundiæ aliquamdiu collocuta, domum reuertit: Guilielmus verò Iuliæ Dux, Gelri pater tam propinquo Rege ſummo metu concuſſus; Arnoldum ab Horna epiſcopum Leodienſem præmittens, eo interceſſore, viâ Regem accedendi paratâ, ei in ipſo Iuliæ limite occurrit, datâ fide ſpondens, ſe filium ad bonam ratio-
Iuliacenſis Gelri pater filium Franco ſiſtit.
nem adductur ũ. Remiſſus ergo vnà cum Colonienſi & Leodienſi Neomagum, filiũ multis perſuaſionibus quamquã ęgrè euictum ad Regem deduxit. Vbi is confeſſus temerè ſe tanto Regi bellũ indixiſſe, iuratuſq́; ſe Brabantinos deinceps non vexaturum, in gratiam receptus eſt. Porrò Francos, dum hæc fie-
Inter Francos pacem componit.
rent, Ruremondam vſque excurriſſe aiunt; vnde metu aucto Gelrum faciliùs ad pacem reductũ credo. His celeriùs ſperato
Anno 1389. Leodienſis epiſcopi mors.
confectis, Rex fine Octobris Rhemos redijt. Sequenti anno Arnoldus ab Horna epiſcopus Leodienſis obijt. Suederus ab Abcouda Gaſebecã reſtaurare ab vrbibus prohibitus eſt. Dominus Henſbergæ eo anno è Brabantia prædas egit, mox opi-
Anno 1390. Ioannes Bauarus Epiſcopus Leodienſium.
do à Leodienſibus obſeſſo, domum redire compulſus. Menſe Maio anni proximi, Ioannes filius Alberti Comitis Hanno-

niæ

niæ & Hollandię electus epiſcopus, Leodium magno Comitatu ingrēſſus eſt. Pax inter Gelros ac Brabantinos confirmata, menſe Octobri. Engelbertus à Marca eques adiunctus, Domino Iauchiæ, Iſcam pagūm Bruxellenſium iuriſdictionis ſubitâ inuaſione percurrit; ac eo exuſto, prædiſque abactis præter Geldoniam domum regreditur. Inſequenti anno, edi-

Anno 1391. Louanienſes in exſulum capita præmia proponunt.

ctum à Louanienſibus, Thenenſibus, ac Leuienſibus, vt qui exſulem interficeret, 200 Florenis Hollandicis præmij vice donaretur. Eius lucri cupidine tres adoleſcentes, Guilielmum Repardum Louanienſium exſulum ductorem interemêre. Anno 1394. inter Albertum Comitem, ac Guilielmum filium contentio orta, hac de cauſſâ, quòd Guilielmus concubinā patris Aleidam occidi curaſſet. Dicebantur eius facti conſcij Philippus Burgrauius Leydæ, Ioannes Dominus Leccæ, & Bredæ, ac eius familiæ complures, Theodericus Dn̄s Aſpernæ, quos armis grauiter hoc anno Albertus perſecutus eſt.

Anno 1394. Alberti Bauari cum filio Guilielmo cõtentio.

Paullò pòſt Ioanne Domino Leccæ mortuo, de filiæ eius (quā vnicā reliquit) tutela, inter Henricū patruū eius, ac Henricum à Bergis equites cōtrouerti cœpit: quorū ille teſtamento fratris potior, hic verò Steēbergâ ac Roſedalliâ occupatis, vt tutorē ſe gerere cœpit.

De tutela filiæ Domini Leccæ controuerſia.

Eodem anno Michaël à Ligniaco Hannonius Brabātiæ terminos incurrens, multos Niuellenſiū ac Bruxellenſiū Mercatores abduxit.

Michaël à Ligniaco Hānonius Brabantiam incurſat.

Biennio pòſt, rurſum Gelrici belli initia aliqua apparebant, cùm Reinardum Dominū Schoonuorſtæ ac Sichenarum Gelrus bello impeteret, Schoonuorſtâ obſidione cinctâ: à qua Ioāne epiſcopo Leodiēſe accurrēte, diſcedere coactus eſt.

Anno 1396.

Ioānæ verò Duci noſtræ Viluordiæ Oyæ, ac Traiecti monetā ſignāti obſtitêre vrbes, veteri priuilegio innixæ, quo, niſi in vrbibus aurū argentúmve, ſignare Ducibus licebat; ac euicêre, vt monetarijs, qui in antedictis locis cupere incepe-rāt, otiū indiceretur.

Duci in opidis monetam cudere non permiſſum.

Actum eodē anno de legatis in Hannoniā mittendis, qui cōtra fœdera factū quererentur, quòd Michaël à Ligniaco, ex opidis Hannoniæ Brabantiā incurrere permiſſus eſſet. Fine anni, Ioannes à Calſtris eques ob dotem vxoris, quæ Hērici à Bautreſhemo Domini Bergarum filia erat, cum Henrico nouo Bergarum Dn̄o ſororio ſuo non parùm diſſidebat.

Digitized by Google

Anno 1397. *Antuerpia & Bergis incendium.* Anno inſequenti, Antuerpia ac Bergæ incendio afflicta. Et bellum Gelricum rurſum erupit. Erat, inter Tranſmoſanos nobiles, Arnoldus Hoymenus eques, qui priori bello Gelrico pro
Gelrus denuò bellum mouet. Brabantinis militauerat: hic denegato ſibi ſtipendij ſupplemento, quod deberi aſſerebat, ad Gelrum ſe contulit. Præter hoc, Guilielmum Tranſ-rhenanum è familia Gelri Boſcenſes ſupplicio addixerant, quòd motum in eo opido concitaſſet.
Cauſſa belli. Hæc erant in cauſſa, vt Colonienſis Archiepiſcopus, ac Gelrus, partim Hoymenum, partim Tranſ-rhenanũ vindicaturi, Brabantinis bellum indicerent: à quibus cùm Boſco timeretur, miſit eò Ioanna Dux noſtra Seneſcallum Brabantiæ, Henricum Dominum Diſthæ, Henricum ab Horna Dominum
Ioanna Boſcũ præſidio firmat. Paruwiſij, Ioannem Dominum Vueſemaliæ. Hi Gelro obuiàm procedere non auſi, quòd ciuibus Boſcum, tamquam Gelro bene fauentibus tuendum non crederent, eo opido ſe continuêre, præmiſſis Endouiam 300 armatis, vt eos ab hoſte tuerentur. Erat tum Gelrus Oſtreuicæ, ad quem miſſo caduceatore, Ioanna prœlium obtulit, vbicumque vellet com-
Pugna copiam factam Gelrus declinat; mittendum. Pollicita interim ſe 100 vini plauſtra, ac 300 boues ad eum deſtinaturam, vt à prædanda Campania abſtineat.
& domum reuertitur. Spretâ ille condicione oblatâ, eâdem nocte iter domum facere cœpit, pauidus quòd maximas Brabantinorum copias circa Herendalſtum conuenire intelligeret. Inſecuti abeuntem no-
Brabantini Gelriã Iuliã populantur. ſtri, Moſa Traiecti tranſmiſſo, Iuliam ac Gelriam cæde incendioq; depopulati ſunt, Vlitingâ ac Aldêhouiâ captis. Fine eius anni Philippus Dux Burgundiæ Valeranum Comitem ſancti Paulli in Brabantiam miſit, petiturum ab Ordinibus, vt Me-
Dux Burgundiæ conuentũ Ordinum Mechliniam conuocat. chliniam ad Ducem publici negotij ergô conuenirent. Erat huius conuentus cauſſa, vt Ducatus Brabantiæ, quamquam viuâ etiamnum Ioannâ, liberis eius ſacramentis trium Ordinum addiceretur. Miſêre Mechliniam legationes ſuas vrbes ſingulæ: è Louanio iuêre Ludouicus Pinnoccus Coſſ. Gothfredus ex Limingis, Gothfredus de Monte, Iudocus Abſalo-
Anno 1398. nis, Ioannes Albus Senatores. Inſequentis anni initio Duci reſponſum eſt ab Ordinibus: Cùm Ioannæ Principi humanitus quid acciderit; facturos ſe liberis eius quod fas foret. Ita diſſolu-

Digitized by Google

diſſoluto eo cōuentu, toti in belli rationibus noſtri vertuntur. Initum mox Diſthæ fedus cum Leodienſibus, vt pari exercitu hoſtis mox peteretur.

Brabantini ſi fœderantur Leodienſes.

Interea Ioannes Gunderius Littæ arcis cuſtos, Dromelam & Brachtum Gelrica præſidia incendit: Gelrus verò Grauiâ egreſſus, Littam alioſque aliquot pagos: Menſe Iunio Barones Brabantiæ, Ioannes Weſemaliæ, Henricus à Bautreſhemo Bergarum, Ioannes Rotſelariæ, Ioannes Seneſcallus Withemi Domini, Henricus à Lecca, Iacobus à Glymis equites Traiectum mouent.

Ductores Brabantinorum.

Eodem cum delectu ſuorum Louanienſes ac Bruxellenſes. Erant hîc Louanienſium Patricij Ioannes à Galſtris eques Capitaneus, Goſuinus à Calſtris, Henricus à Calſtris, Ioannes Albus, Iudocus Abſalonis, Quintinus Wittemanus, Baſtinus à Lapide, Rudolfus à Berthemo, Ioannes à Borchouijs, Ioannes à Netenis, Ioannes Haza, Gothfredus Kerſmaker, Henricus Pijlijſer, Petrus à Netenis vexillifer. Aderat etiam Valeranus Comes S. Paulli cum Burgundicis auxilijs. Tanto apparatu XXV. Iunij Traiecto profecti verſùs Nouam ciuitatem proceſſêre. Inerat huic Gelrus, qui murorum firmitati diffiſus, iniecto igne, aliò profugit.

Nouā ciuitatē Gelrus incenſam deſerit.

Indè noſtri coniuncti Leodienſibus (quorum ductores erant Ioannes Bauarus Epiſcopus, & Henricus Dominus paruwiſij) Ruremondam circumuallârunt, noſtri vltra Ruram, Leodienſes inter hunc ac Moſam caſtra locantes.

Ruremunda obſidetur.

Non erant quorumdam Leodienſium ac Epiſcopi maximè à Gelro auerſi animi, ab his ſeorſum, inſcijs noſtris, cum Gelro pax compoſita, ac deductus Leodienſium miles.

Leodiēſis Brabantinos deſerunt.

Cuius diſceſſu noſtri potiundæ Ruremundæ diffiſi, conclamatis vaſis metu inopiæ Lennicam petiêre, iam ab incolis inuadente terrore deſertam, vbi inuentâ vini ad ſatiem copiâ, panis penuriâ non parùm affligebantur. Diruto hoc opido Aquas properatum, omnibus in itinere igne conſumtis.

Brabantini relicta Ruremunda, Lennicā occupās, & diruunt.

Dum hîc eſſent, Valeranum Comitem cupido inceſſit, patrem, Iuliacenſi olim prœlio an. 1371 interfectum, vindicandi; omnes Brabantinorum copias Iuliacum duxit: vnde incolæ audito hoſtium aduentu, iam fugam aduerſâ portâ faciebant.

Iuliacū Brabantini capiunt:

Quos inſecutus Valeranus, multis eorum captis 3000 aureorum captiuos ac opidum,

Et redimēdum concedunt.

 dum,

Digitized by Google

dum, nè incenderetur, redimere compulit. His confectis conuerſo Aquas itinere, oratis Aquenſibus, vt rerum neceſſariarum forum exhiberẽt, cùm nihil efficerent, verùm etiam miſſo vnico plauſtro panis deriſui haberẽtur; exuſto opidi ſuburbano, atque villis finitimis vſque ad Saluatoris montẽ, XVIII. Iulij ad Gulpam caſtra locârunt. Alterâ verò die Traiectum omnes rediêre. Eiſdem temporibus inter varios Brabantinos nobiles diſſenſiones oriri cœperunt, vnde pòſt aliquot prouenêre excurſiones mutuæ, ad ciuilia bella progreſſuræ: niſi ſano quorumdam conſilio; interuentum fuiſſet. Boſcenſes tum in opido ſuo diſſidebant inter ſeſe; Bergenſes in principẽ moti erant, Ioannes à Caſtris Louanienſium Ductor eques Arnoldum à Peda virum Bruxellæ nobilem in certamen prouocârat. At de his alijſque paullò pòſt. Menſe Octobri Gelrus Campaniã vaſtabundè ingreſſus, cùm noſtros contrà tendere nuntiaretur, Hezeuicâ, Dinteraq; vſtis, retroceſſit. De inducijs legatos mittens, quas vſque ad ſequentis veris initium noſtri conceſſêre. Quibus finientibus Brabantiæ vrbes, legationes ad Philippum Burgundiæ Ducem miſêre, petituros, vt tanta auxilia Ioannæ præſtaret, quò Brabantiâ tandem aliquando Gelrorum metus diſpelleretur. E Louanio legationem iniêre Gothfredus à Monte, Valterus Saxo, Coſſ. Ludouicus Pinnoccus. Apparante tantas copias Duce, vt finem huic bello facturus videretur, legati à Gelro in Brabantiam venêre æquas pacis condiciones offerentes. Menſe Iunio Rauaſteni Moſæ opido pax concluſa eſt, non ſinè offenſione Philippi, quòd multa in belli apparatum expendiſſet. Boſcum eo anno grauiſſimâ ſeditione cõcuſſum eſt. Exſul eius vrbis Hoochſtrati captus, tortuſque ſontes complures in vrbe nominabat: quos pars populi puniri, pars dimitti volebat. Quibus inter ſeſe contendentibus, commotâ vrbe, in eo tumultu, Dominus Veræ Zelandus in vincla coniectus eſt. Quo in Hollandiam relato, Albertus Comes, Baronis ſui captiuitatem immodicè ferens, cùm nullis litteris Boſco eripere quiret, Louanienſium, Bruxellẽſium, ac Diſtenſium, lanas in Zelandia detineri iuſſit. Excuſabãt illi, ſolum id Boſcenſium facinus, non omnium Brabantinorum

com-

Aquenſes Brabantinis annonæ copiam negant.

Diſſenſiones Brabãtinorũ priuatæ.

Gelrus Campaniam incurſat.

Legati à Burgundiæ Duce ſuppetias Brabantiæ petunt.

Anno 1399. *Rauaſteni pax concluditur.*

Seditio Boſcenſis.

Digitized by Google

commune eſſe: non tamē ob id merces Zelandiâ euehi potuêre. Quare ſummopere eo anno laboratum eſt, vt ſopito motu Boſcenſiū, Veræ Dominus dimitteretur. Miſcuit ſe Dux Burgundiæ conſiliarijs ſuis Louaniū miſſis: nec minore diligentiâ res Bergenſium cum Principe ſuo agitata, verùm ob pertinaciam partium nihil pacificari potuit. Nouus mox turbo exortus inter Henricum Diſthæ Dominum, & Reinaldum Schoonuorſtæ ac Sichenarum Dominum, quorum vterque potentiſſimos in Brabantiâ fautores erat habiturus: Reinaldus Henricum è magna auri ſumma debitorem ſuum, ad dandos vades compulerat. Indignū id Henrico viſum, à ſe peti, quod ab ijs, qui ſoluendo non ſunt, exigi ſolet: hæc diſſidiorum cauſſa. Initio anni inſequentis cùm Seneſcallus Brabantiæ Venloniam arcem Paulli ab Haſtricht equitis Boſcenſis obſideret, grauiùs vrgeri cauſſa Boſcenſium cœpit, qui in ſeditione pertinaces, nec Herendalſli, nec Lyræ, ab Ordinibus acta, vt pax ijs cum Ioanna Duce foret, admittere voluêre. Eiecti tum vrbe Patricij viri boni, Henricus Diebier, Gerardus à Bercla, & alij complures. Eodem anno Domini Houfalizæ & Bolantliæ, cum Valtero à Prelez è Namurcenſibus ac Leodienſi terra Brabantiā infeſtârunt. Legati, Namurcum ac Leodium miſſi qui fœdus confractum quererentur. Namurcenſis Comes menſe Octobri Bruxellā veniens ſe de Bolandio purgauit, quòd (quamquam ſubiectum ſuum) cohibere non poſſet. Impoſitum à Brabantinis Hanuto præſidium. Et creſcentibus in Branbantiam malis inteſtinis Guilielmus à Meldert, & Oliuerius à Binchemo equites territorij Thenenſis arma vterque in alterum mouebāt: & Guilielmo multos auxiliares è Bruxella per Louaniū aduenisſe lego. Ioānes à Glymis eques, & Razo à Grauio Dñs Maleuiæ, in Gallo Brabātia conflictabatur. Bruxellę verò, Theodericus ab Heetvelda eques dolo quorumdā trucidatus eſt, vir per omnia fortiſſimus. Pari ſorte Arnoldus Bauius Mechlinię perijt. Menſe Maijo Dñs Henſbergę Boſcenſium agrum infeſtauit, quo metu depulſo, Boſcenſes conuocatis Oſtreuicā ceteris vrbibus, expoſitâ cauſſâ diſſidij, eaque in exſulum perfidiam reiectâ, orabant vt paci inter eos

Hērici Diſthæ, & Reinaldi Schoonvorſtæ Dominorum controuerſia.

Anno 1400.

Boſcenſium ſeditio in peius gliſcit.

Nobiliū Brabantinorum inteſtina diſſidia.

Anno 1401.

Boſcenſes pacē à Duce petunt; ſed præ ſuperbia non impetrant.

ac Principem conciliandæ ſtuderent. Reuerſi vrbium legati ab Oſtreuica Bruxellam, Ioannam ad pacem Boſcenſibus dandam inclinârunt. Boſcenſes tamen nullâ ratione induci potuerunt, vt veniam antè actorum peterent. Miſerát eò Louanienſes præſtantiſſimos Senatus, Ioannē à Schoonhouia, Valterū à Quaderibba equites. Ludouicum Pinnoccum Conſ. Ioannem Album, Henricum à Borchouijs: Menſe Septembri Dux Burgundiæ adducto Bruxellam Antonio filio, vt eum Ducem Ordines cooptarent, idem ac olim reſponſum retulit. Laboratum interim, Diſtæ ac Sichenarum principibus pacificandis: Diſtenſis controuerſiam Ordinum arbitrio committere noluit. Itaque varij conuentus ea de re fruſtra habiti. Sequenti anno Atrebati celebratæ nuptiæ Antonij futuri Ducis noſtri, & Ioannæ filiæ Valerani Comitis S. Paulli. Reformata Reſpublica Thenenſium, à Louanienſibus ac Bruxellenſibus, ejectíque qui repetundarum accuſabantur Ioannes ab Halla, Henricus ab Oudevorda, Franco Oliuerij. Redditus vitales, quibus ærarium pæne oppreſſum erat, in hereditarios mutari fuit neceſſarium, vt annuis redditus ſolutionibus minùs grauaretur. non ſanè ſinè graui incommodo: ijs etenim redditibus etiamnum ciuitas obnoxia eſt, qui ſinè hac mutatione morte eorū, qui eas percipiebant pauco pòſt tempore perituri fuerant, ſed tum rebus afflictis non aliud remedium dabatur. Reinaldus Dominus Schoonuorſtæ varijs conuentibus nihil inter ſe ac Diſtenſem agi perpendens, ex arce Louanienſi (cuius ipſe cuſtos erat) trans Moſam conceſſit, amicorum ſuorum viribus iniuriam ſibi factam vindicaturus: nam paullò antè Gelriæ Dux, Comes Blanckenhemi, Abbas Prumiæ, Louanienſibus reſcripſerant, vt Schoonuorſtio ſatisfieret: nam Diſtenſem ab ijs facilè cogi poſſe, qui ciuis eorum eſſet. Eodem pæne tempore Dominus Calidi-montis, auxilio Domini Huſalizæ, armatâ manu ingreſſus Gallobrabantiam, Boſſutum exuſſit, priuatam ob cauſſam Ioanni Domino Boſſuti diſcors. Menſe Octobri Henricus à Lecca Eques, Dominus Hezenicæ Boſcēſium exſulum fotor maximus, Boſci, complurimis ſuorū cæſis, captus eſt; licèt incolumitate pactâ eò vocatus eſſet: cui liberan-

Anno 1402. Nuptiæ Antonij Burgundi futuri Ducis.

Thenēſium reſpublica reformatur.

Schoonuorſtius in Diſtenſem amicos conuocat.

Boſcenſium noui contra Nobiles tumultus.

berando quamquam nobilitas omnis inſudaret, non tamē niſi ſacramentis viro nobili indignis obſtrictum Boſcenſes dimiſêre. Vnde nobilitas indicto ei opido bello, ciues vbicumque inuentos vinclis compingebāt, occidebantque. Maximus ob eam rem hoſtis Boſcenſium erat Dominus à Meghem. Controuerſia menſe Ianuario Bruxellæ ſopita eſt. Fine eius anni Henricus Eueloga, Valterus Eueloga cum Henrico filio, Hēricus & Valterus Vuittemanni, Cunradum Dominum Elſloæ fratrem Reynaldi Domini Schoonuorſtę & Sichenarū Louanij interemerunt in ædibus Ioannis ab Huffla Senatoris, cubātem noctu inſidijs aggreſſi, VII. Martij. Inquiſitum in auctores facinoris, & Henricus Eueloga captus capite luit. Porrò Cunradus filius, & Reinardus frater Cunradi. Hēricus Comes Salinæ ex ſorore Nepos, confeſtim miſſis Louaniū fecialibus, aquâ & igni opido interdixêre: Moxq́, coacto armatorum numero Moſam tranſgreſſi per Loſſenſem Comitatum Sichenas verſùs proceſſêre. Miſêre legatos obuiam Louanienſes, bellum deprecantes, deque facinore vrbem excuſantes, quòd à peruerſiſſimis quibuſdam patratum, ſibi non minùs quàm conſanguineis diſpliceret: nam ſe & de quibuſdam auctoribus ſupplicium ſumſiſſe: & ſedulò curare, vt in ceteros pariter animaduerteretur. Placati ijs excuſationibus, vt rationi conſonis, Scoonuorſtij omnē in Louanienſes iram depoſuêre. Initio anni proximi, Bruxellæ ob cædem Theoderici Heetvelda equitis, tumultuari cœptum. Filij etenim eius, Ioannis Guilielmus, & Valterus equites Aſchæ, Dominum Nicolaum Sueuum equitem, & Venceſlaum cognomento Ducem eius facti inſimulantes, ab ijs ad ſingulare certamen prouocabantur, quod nè fieret, maximè reipub. Bruxellenſium intererat, cùm vtrimque maximum conſanguineorum numerū in partes attracturi forent, ſi res certamini committeretur. Louaniēſes plurimū his conciliandis ſtuduêre, ſuo malo edocti, quantum ex huiuſmodi ciuilibus diſcordijs incēdium ſæpius oriatur. Compoſita eodem anno Niuellenſium cauſſa, qui quòd Henricum à Lecca Seneſcallum ciuem ſuum vrbe educētem, vi armatâ prohibuerant, in offenſam IoannæDucis reciderant.

Schoonuorſtij frater Louanij trucidatur

Schoonuorſtij aſſecla Louanij bellum indicunt.

Louanienſes ſe purgant.

Anno 1403. *Bruxellæ noui tumultus.*

Niuellenſes offenſam Ioannæ placant.

Engelberti Naſſauiæ nuptiæ.

rant. Engelbertus Comes Naſſauiæ, filiã Ioannis Domini Leccæ & Bredæ vxorem duxit. Erat illi genus ab Adolpho Imp. deductum, Adolfus Ottonem, Otto Henricum, Hẽricus Ottonẽ alterum, hic Ioannẽ, Ioannes Engelbertum hunc genuerat. Porrò Philippus Dux Burgundiæ, quamquam Antonium

Burgundiæ Dux Antonio filio ſucceſſionẽ in Lotharingiæ Ducatu viua Ioãna fruſtra molitur.

filium eius ſecundùm Dux noſtra, diù antè adoptaſſet, veritus tamen, nè eâ mortuâ illi obſtaculum aliquod in adipiſcendo Lotharingiæ Brabantiæ ac Limburgi Ducatu oriretur, plurimùm nitebatur Antonio, viuâ adhuc Ioannâ, Principatũ confirmari: pollicitus Ordinibus Brabantiæ, ſi id fieret Antuerpiam, Mechliniamque perpetuo Brabantiæ connexurum. Teneramundam verò eatenus Brabantinorum poteſtati cõceſſurum, donec terram de Cuyck & Grauiam ſuis ſumtibus recuperaſſet. Ceterùm fruſtra hæc, cùm Brabantini nihil de ducatus ſucceſſione, viuâ Principe agere velle reſponderent. Venerant non multò pòſt à Venceſlao eximperatore ac Rege Boëmorum legati, ducatum ſuo Regi, ſecundùm conuenta anni 1356, poſtulantes: quibus idem quod Burgundo reſpõſum datum eſt: nec ob id propoſito Dux deſiſtebat, verùm nobiles

Mox nobilibus Brabãtiæ ſibi deuinctis.

Brabantię aggreſſus, paullatim cõplures eorum, partim pollicitationibus humanioribus, partim donis in ſuam voluntatem pertraxit. Quorum operâ conciliatis ſibi vrbium Senatoribus, fine huius anni Bruxellam venit, vbi in celeberrimo Ordinum cœtu Antonio filio eius in præſens gubernacula Ducatus tradita; ita tamen vt Ducis nomine abſtineret. His peractis, initio anni ſequentis, Dux Philippus Bruxellâ digreſſus, Hallis Hannoniæ interijt VI. Kal. Maij. Mox Ioannâ Duce ducatu ſe abdicante, eumq; Antonio, pacto certæ aureorum ſummæ intercedente, tradente; Ordines eâ deſertâ, Antonium rectorem Brabantiæ creârunt. Iurauit is omnia Brabantiæ iura ſe rata habiturũ, menſe Iunio in celeberrimo Ordinum cõuentu: quo Louanienſes miſiſſe lego, Ludouicum Pinnoccũ, Henricum Nanum Coſſ. Ioannem à Schoonhouia, Valterum à Quaderibba equites, Ioannem Album, Ioannem ab Huffla. Exinde Ducis Limburgi nomine aſſumto, edixit nèquis nobilis aliquem (niſi domeſticus eſſet) inſignibus ſuis veſtiret. Inſequenti

Antonio Ducatus gubernacula tradi procurat.

Anno 1404. Philippi Burgundiæ Ducis mors.

Ioanna vidua Ducatũ Antonio reſignat.

Antonius Limburgi Dux.

ſequenti anno Dux Limburgi Bouchoudã obſedit. Bruxellenſibus ac Louanienſibus caſtra ſequi detrectantibus. Erat tum Amtmannus Bruxellenſis Ioannes à Grimberga, Dñs Aſchæ; qui quòd Ioannem Diſthenum Prætorẽ Boſcenſem, ob ſupplicium de ciue Bruxellenſe, quamquam interdicẽte Senatu Bruxellenſi, ſumtũ, perpetuo exſulio multaſſet: quaſi vltra modum poteſtatis excurrens, à Duce captus, ac Genappam miſſus erat: hæc obſequia detrectãdi cauſſa. Eodẽ anno, Ioannes Dux nouus Burgundiæ cum Antonio ac Philippo fratribus, Ioãnes epiſcopus Leodienſis, Ioannes Comes Cliuiæ, Lutetiã moueerunt, vt Ludouicũ Aureliani Ducem Pariſijs pellerent. Cœperat iam inter Burgundos ac Aurelianos bellum inteſtinũ, Philippo Duce etiamnum viuo: vt in Francorum hiſtorijs latiùs proditur. Porrò hac vice certatum non eſt, pace, quorumdam enixo ſtudio, intercedente, cuius ſimulatio, maximo Franciæ malo, in acerbas diſſenſiones tandem erupit. Ita Burgundus Picardiam, Aurelianus Aquitaniam ab Anglis tutaturi petũt. Ineunte anno proximo Dux in Brabantiam reuerſus, Ioannem à noua Platea equitem, Razoni à Grauio Prætorem Louanienſem ſubſtituit. At Bruxellenſes Ioannem Duſchenum libere præturâ Boſcenſi fungi, Aſcanum verò Genappæ cuſtodiri indignè ferentes, Simonem Tremillium familiarem Ducis in vincula coniecerunt. Quo Dux intellecto, Viluordiam profectus, copias colligere cœpit, vt agrum Bruxellẽſem inuaderet. Porrò Louanienſes veriti Bruxellenſibus, multis precibus à Duce obtinuêre, vt Louanij de condicionibus, quibus in gratiã reciperentur, deliberaretur. Statutum ibi, vt perſolutis 8000. aureorum Scarebecam vſque Duci ſupplices occurrerent. Kalendis Decembris Ioanna princeps noſtra viuis exceſſit, cùm Ducatum Lotharingiæ, Brabantiæ, ac Limburgi quinquaginta & vno annis, minus diebus triginta tribus, poſſediſſet. Cuius corpus Bruxellæ in Carmelitarum choro conditum eſt: ac penes eam iacet filius Guilielmus, quem ex Guilielmo Comite Hannoniæ ac Hollandiæ ſublatum infantem amiſerat.

Anno 1405.
Antonij Dux Bouchoudam obſidet.
Ioannes Dux Burgundiæ.
In Aurelianos mouet.
Inter Burgundum & Aurelianum pax coit.
Anno 1406.
Simõ Tremillius familiaris Ducis à Bruxellẽſibus captus.
Bruxellenſes Duci reconciliantur.
Ioanna Dux vidua moritur.
Bruxellæ ſepulta.

Digitized by Google

RERVM BRABANTICARVM PETRI DIVÆI LIBER XVII,

Geſta Antonij Lotharingiæ, Brabantiæ, & Limburgi Ducis continens.

Antonius Dux Louanij inauguratur.

CVRATO Ioannæ Ducis funere, Antonius cum ampliſſimo Nobilium comitatu Louaniũ profectus, principatum gẽtis ibidem de more ſuſcepit XVIII. die Decembris. Florebat tum nobilitate Brabantia, niſi quòd dominiorum maxima pars ad exterorum poteſtatem peruenerat. Eminebant inter ceteros Engelbertus Comes Naſſauiæ Dominus Bredæ, Henricus Dominus Bergarum, Ioannes Dominus Rotſelariæ, Ioannes Dominus Weſemaliæ, Thomas Dominus Diſthæ, Henricus Dominus Heuerlæ, Henricus à Bergis Dominus Grimbergæ, Iacobus ab Apcouda Dominus Gaſebecæ, Henricus ab Horna Dominus Paruwiſij, Ioannes à Cuyck Dominus Hoochſtrati, Guilielmus Comes à Seyna Dominus Rodij S. Agathæ, Ioannes à Withemo Dominus Boutreſhemi, Ioannes Dominus Glymarum, Razo à Riuerijs, Dominus Lintræ inferioris, Ioannes à Berlaria Dominus Helmontis, Guilielmus Dominus Aſchæ, Arnoldus à Craienhemo Dominus Grobbedungę, Ioannes Dominus Bochoudę. Alardus Dominus Rauiſij, Guilielmus à Spontina Dominus Wauriæ, Ioannes Dominus Huldebergæ, Rolandus Dominus Borneuallis, alijque equeſtris ordinis complures. Ioannes à Schoonhouia, Iacobus ex Limingis, Henricus Pinnoccus, Valte-

Flos nobilitatis Brabantinæ

Valterus à Quaderibba, Nicolaus à S. Gaugerico, Ioannes & Henricus à Diſta, Libertus à Meldert, Iannes Leo, Ioannes ab Elſta, Ioannes, Guilielmus, & Valterus ab Heetvelda fratres, Ioannes à Redelghemo, Ægidius à Bochouda, Arnoldus & Ioannes ab Immerzella, Guilielmus à Tumbis, Philippus à Tudechemo, Valterus à Lyra, Philippus à Franquignijs, Geldulfus à Lynda, Ioannes ab Hoienbeca, Valterus à Radingis, Nicolaus Sueuus, Valterus & Ioannes à Carſbeca, Valterus à Maloponte, Martinus à Vuilra, Gerardus à Lintra, Valterus à Vuinga, Henricus à Walhayno, Euerardus & Venceſlaus Shernclaes, Ioannes Boxhorn, Antonius Tonis, Venceſlaus Dux, Ioannes Dominus Boſſuti, Ioannes Dominus Dungelbergæ, Ioannes ab Halis Dominus Lilloę, Petrus *Boda*, Theodericus Rouerus, Oliuerius & Guilielmus à Binchemo, Euerardus ab Haga, Valterus à Biſdomma, Ioannes Burggrauius Montenace, Oliuerius Beyſius, Gerardus à Wanroda, &c.

Louanio profectus Antonius Dux Bruxellæ XXI. Decembris, Antuerpiæ verò II. Ianuarij exceptus eſt. Menſe Iunio anni ſequentis, Dux Razonem à Grauio, Dominum Maleuiæ Louanienſibus prætorem dedit. Interijt eo anno XII. Auguſti Ioanna coniunx Ducis, filia Valerani Comitis S. Paulli, quam Furæ condi iuſſit. Eodem anno Ioannes Dux Burgundiæ, frater Antonij, Ludouicum Aureliani Comitem interfici iuſſit Lutetiæ, conductâ ad id ſicariorum manu haut magnâ: vt Francorum Hiſtorijs latiùs proditur. Interim Dux noſter apparabat bello Tranſ-moſano neceſſaria, vt Reinaldum Gelriæ Ducem clientelam, cauſſâ Grauiæ opiduli, profiteri armis cogeret, vtque Traiectenſes ſubigeret, Leodienſium inſtinctu obſequia denegantes. Leodienſes Ioanni Bauaro epiſcopo tum diſcordes, eo pulſo, Theodericū ab Horna filium Henrici Domini Paruwiſij Epiſcopum elegerant. Quare Bauarus ad fratrem Guilielmum Hannoniæ Comitem profugus, eius ope Leodienſem incurſionibus paullò antè laceſſierat. Porrò Traiectenſes, nuntijs in Brabantiam miſſis, differri aduentum Ducis poſtulabant: donec inter ſeſe deliberarent, num tutò Duci ſacramenta præſtituri forent, cùm Bauaro vt epiſcopo

Anno 1407. Ioanna Ducis mors.

Ioannes Dux Burgundiæ Aureliani Comitem per ſicarios confodit.

Leodienſes Ioannē Epiſcopū eiiciunt.

Dux in Traiectenſes tendit.

 Leo-

Leodienſi paullò antè fidem dediſſent. Quâ excuſatione ſpretâ, vt friuolâ, nihilominus profectus eſt, comitantibus Philippo fratre Comite Niuerni, Valerano ſocero, Comite Namurci, Dominis S. Georgij, & Croiaci, ac Brabantiæ nobilibus (Louanienſes ac Bruxellenſes palàm auxilia denegârant) ad quos à Leodienſibus litteras ac nuncios clandeſtinos miſſos lego, qui eos à præſtanda Duci ope auerterent. Dum iter ingrederetur, Ducem vexillum vrbis ſuæ efferri volentem Louanienſes prohibuêre, apudque ceteras vrbes idem fieri effecêre. Vnde iratum ille plenus, tamen nè exteri auxiliares diffluerent, per terras Leodienſiũ proceſſit. Quo comperto, Leodienſes ad 20000 hominum Traiectum mouerunt, volentes, Theodericum epiſcopum ſuum vnà cum Duce ibi inaugurari. Potentia tamen eorum, qui cum Duce venerant, nè quid acerbiùs tentarent, obſtitit. At Traiectenſes ſummo honore excepto Duci ſacramenta fecêre Leodienſibus pactis cum Duce inducijs iam dilapſis. Quibus peractis Dux tranſito Moſâ, Gelrum ab obſequium redegit. Hic etenim ferox initio, ac Roberti noui Imperatoris fœdere tumidus, Ducis copias nihilifecerat. Nam Robertus Imperator, miſſis ad Antonium litteris minacibus, Brabantiâ cederet, aut ſibi beneficiarij fide adſtringeretur, edicebat. Porrò Duce iam falcoburgum progreſſo, & Imperator cum ijs quas Gelri ſubſidio parabat copijs retroceſſit, & Gelrus in caſtra Brabantica veniens, fidem Duci iurauit. His peractis Dux Oiſcotum dimiſſo exercitu venit, irâ in vrbes Brabantiæ, ob negata auxilia, exæſtuans. Itaque nullam earum ingreſſus, præter Antuerpiam, in Franciam ea Hyeme diſceſſit, demandatâ curâ Reip. Seneſcallo Brabantiæ, & Petro à Cranedonga Cancellario. Anno 1408. Initio anni ſequentis Traiectenſes, qui recepto Duce noſtro ac Theoderico, nouo Leodienſium electo, repulſo, non parùm Leodienſes commouerãt. Bauarum opido ſuo recepêre. Quod factum præter veterem iniuriam, ita inſanam gentem concitauit, vt ſinè mora ſumtis armis ad opidi obſidionem accurrerent. Non latebant hæc Ioannem Ducem Burgundiæ, Bauari ſororium, Lutetiæ negotijs implicitum arduis, vt pote accu-

Brabãtiæ vrbes Duci auxilia negant.

Leodienſes Duci obſiſtere moliuntur.

Traiectum Duci obedientiam iurat.

Dux Gelrum obſequi ſibi compellit.

Dux Brabãtiæ vrbibus iratus in Frãciam abit.

Leodienſes ad obſidendum Traiectum accurrunt.

Digitized by Google

accuſatione in Aurelianum propoſitâ, quâ iuſtè eum interfe-ctum commonſtrare nitebatur. Quam procul dubio non pa-rùm, eò diſcedente, æſtimationis perdituram conſtabat, Prin-cipibus omnibus pæne Francici regni, aut hoſtibus ſuis, aut ſimulatè amicis. Poſt poſitâ tamen eâ manendi neceſſitate, vt conſanguineo ſubueniret, è Francia in Flandriam conceſ-ſit, vbi Guilielmo Bauaro Comiti Hannoniæ & Hollandiæ, collocutus, in Leodienſes, eodem Philippo Ducis fratre ac Guilielmo Namurcenſi, Petro Luceburgenſi Couuerſanæ Comiti, ac Angiæ Domino, Engelberto Angiano comitanti-bus mouet. Cui Leodiẽſes, relictâ Traiecti obſidione ad 50000 hominum haut procul Leodio occurrerunt, Duce nouo Epi-ſcopo ac patre eius Henrico: collatis ſignis victi ad interne-cionem cæſis. Theoderico electo cum Henrico patre & alio fratre, redactis mox in poteſtatem Bauari omnibus Dioceſeos ciuitatibus. Ioannes Dux in Franciam redit. Abſtinuerant ſe hoc bello Antonius Dux ac Valeranus Comes S. Paulli pacto-rum gnari, vt ferebatur, quibus Bauarus Theoderico Horna-no epiſcopatum ceſſurum ſe promiſerat. Quęrebatur tum no-ua Duci noſtro coniux Eliſabeth, filia Ioannis Luceburgenſis, Ducis Gorlitij in Auſtria; qui frater erat Venceſlai eximpe-ratoris, Regis Boemiæ, & Sigiſmundi tunc Hungariæ Regis, poſtea Imperatoris, filius verò Caroli IV. Imperatoris. Doti dixit huic puellæ Venceſlaus patruus ducatum Luceburgi, co-mitatum Ciniaci, & Aduocatiam Alſatiæ, quæ Venceſlaus olim Dux noſter ex patrimonio poſſederat, ac ſimul inducta pacta anni 1356. cum Carolo Imperatore à Brabantinis inita, Antonium iuſtè Brabantiam poſſidere declarato. Obſtare ni-tebatur huic connubio Robertus Imperator, nè Venceſlao de-ceſſori ſuo vires accreſcerent; ſed fruſtra. Porro maturanti in Brabantiam ſponſæ, Dux Enghelbertum Naſſouium Domi-num Brædæ & epiſcopum Catalauni obuiàm miſit. Anni pro-ximi menſe Iunio, ſponſa Louanium venit, donata ab Senatu vrbis argenteis aliquot amphoris, tribus vini vaſis, ac pannis aliquot Louanienſibus. Indè Bruxellam profecta XVII. Kal. Auguſti, Duci coniuncta eſt. Aderant huic ſolemnitati, fra-

Ioannes Dux Burgundiæ è Frãcia redit.

In Leodienſes mouet.

Leodienſes ad internecionem dedit.

Eliſabeth noua ſponſa Ducis.

Catalauni Epiſcopus, & Engelbertus Naſſauius ſponſam Ducis deducunt.

Anno 1409.

Dux Bruxellæ nuptias celebrat.

tres Ducis, Comites Hollandiæ, Namurci, alijque complures. Compoſitâ paullò pòſt à Burgundo inter Ducem noſtrum, ac Guilielmum Hollandiæ & Hannoniæ Comitem controuerſiâ, ex dote, quæ Ioannæ Duci olim noſtræ ex priori connubio debebatur: ſoluitque Guilielmus ex arbitrio Burgundi Duci noſtro 70000 ſcutatorum veterum. Quibus peractis, circa finem anni; Burgundus Ducem noſtrum ſecum in Franciam abduxit. Menſis Iunij die XI. anni proximi coniux Antonij Ducis filium peperit, maximo cum omnium gaudio. Miſère eò vrbes legationes frequentiſſimas, quæ baptiſmo infantis intereſſent. Lego Louanio miſſos Valterum Pinnoccum Coſſ. Ioannem à Schoonhouia equitem, Ludouicũ Pinnoccum, Gothfredum Kerſmaker, Ægidium diuitem, Ioannẽ Roggam, Henricum & Ioannem à Borchouijs, Iudocum Abſalonis, Ioannem Boxhorn, Henricum Pinnoccum, Henricũ à Calſtris alioſque ad ſexaginta. Ioannes Epiſcopus Leodienſis & Dominus Henſbergæ infantem à fonte ſuſceperunt. Creſcentibus tum in Francia Aurelianæ factionis fœderatis, Dux Burgundiæ, verſo in ſuam factionem Rege Carolo, imméſum exercitum in Franciam cõuocat, quaſi Regi à coniuratis tutando. Reuerſus in Brabantiam Dux noſter, menſe Auguſto, maximo delectu habito, pulcerrimas copias fratri Pariſios adduxit. Nam ſagittariorum cohortes ab vrbibus miſſas lego, eaſq; è Louanio ductore Henrico à Calſtris. Bruxellenſes ac Louanienſes in agro Pariſiorum cum Valerano Comite S. Paulli conflictati, vix aduentu Ducis ſedari potuêre. Nam procul Lutetiâ aberant Aurelianæ factionis Principes. Ita dum certamẽ ab omnibus exſpectatur, illinc Duce noſtro, hinc Duci Biturigum annitentibus, Vinceſtriæ pax ſecũda huius inteſtinæ diſcordiæ parùm duratura coijt. Burgundiæ ac Biturigum Duces eâ pace gubernaculis reip. amoti; dum quiſque ea repetit, pacem turbauêre. Obijt eo anno Louanij Valterus à Quaderibba eques Senator Louanienſis, conditus in choro baſilicæ Diui Iacobi Eodem anno inter Antuerpienſes ac Mechlinienſes vetus Stapularum renata controuerſia. His Ioannes Dux, illis Antonius fratres fauebant: eo ardore, vt aliquanto tempore inimi-

Controuerſia Ducis cum Hollandiæ Comite cõpoſita.

Dux in Frãciam abit.

Anno 1410.

Naſcitur Duci filius.

Dux Burgundiæ cum fratre Duce Brabãtiæ copias in Franciã cõtra Aurelianam factionem ducunt.

Vinceſtriæ pax Francica cõponitur.

Stapulæ controuerſia renaſcitur.

inimicitias inter ſeſe gererent. Antuerpienſes ſtructo ad Rumſtam caſtello, Mechlinienſes non paruis damnis afficiebant. Initio anni ſequentis turbatâ pace Vinceſtriæ, cùm Armeniaci (ita Aurelianæ factioni nomen) indicto Duci bello Lutetiam tentaſſent. Ioãnes Dux collectis totius Flandriæ viribus, adſcitoque Antonio fratre, Ioanne Epiſcopo Leodiẽſi, ac Guilielmo Comite fratribus, in Veromanduos iter fecit: vbi captis Hanâ, Nigellâ, Royâ, Chaumaco, cùm Mondiderio aſſideret, factâ à Flandris fœdâ diſceſſione, domum reuerti cõpellitur. Indè Armeniacis, quaſi, eo fugiente, cornua efferẽtibus, rurſus Pariſios profectus, effecit; vt Armeniaci proſcripti à regio Senatu ſacris ab Vrbano Pontifice mouerentur; dein varijs ciuitatibus eos expulit. Porrò Dux noſter menſe Octobri in Brabantiam reuerſus, ſubſidia à ſuis petijt; vt nobiles quoſdam Leucorum rebelles domaret: moxq́ue in Leucos mouẽs, Luceburgi alijſq́ue eius regionis opidis ſummâ gratulatione exceptus eſt. Reſiſtebat Huardus Elternæ Dominus, quẽ Ludouicus Aurelianus Dux, demandatâ ſibi olim à Venceſlao Rege Boëmiæ Leucorum curâ præfectum ibi conſtituerat. Itaque ille (licèt mortuo Aureliano) vt perpetuam præfecturã prætendens, cùm à Duce obſideri vereretur, Clunetum cognomento Brabantum, Armeniacorum fortiſſimum ductorẽ auxilio exciuerat. Venit Clunetus Mommediam cum validis copijs: in quem facto impetu Brabãtini, non paruâ clade afficiunt: elapſus ille, Leucis profugit. Huardus verò deſperatâ ope, Elternis Ducem recepit: Moxq́ue Mommedia, Danuillerium Orchi-mons, Duci ceſſêre. Quibus peractis Dux in Brabantiam redijt. Sequenti anno, Duce in Bateburgi obſidionem copias colligente, vrbes delectum ciuium fieri admittere nolebant, agitabantq; ſecreta inter ſeſe conſilia, de vi prohibenda, ſi quid ob hoc Dux moliretur. Proinde legatos Leuienſium ac Thenenſium Louanium euntes, Dux intercepit, paria in Bruxellenſes meditatus, niſi miſſa Louanio ſagittariorum manus Bruxellam ſaluos deduxiſſet. Euocati mox Ordines Viluordiam, vbi Dux in frequenti Principum conuentu, de vrbium proteruia multa conquerebatur. Aderant è ſingu-

Anno 1411. Bellum Frãcicum repullulat.

Armeniaca Aurelianenſium factio à Senatu proſcripta, à Pontifice ſacris interdicta.

Dux in Leucos mouet.

Huardus Elternæ Dominus ſe opponit.

Poſt fractam Ducem recipit

Anno 1412.

Vrbes Duci delectum negant.

Digitized by Google

ſingulis vrbibus Senatores aliquot: qui bene defenſâ Reip. ſuæ cauſſâ, nihil à ſe proteruè actum excuſabant: verùm ſingularum vrbium iura malè à Duce defendi, aſſiduis Francorum bellis implicito: vt ſe abunde commonſtrare poſſe, ſi è Ducis conſilio aliqui delegantur, qui per ſingulas vrbes profecti, omnium querelas perciperent. Datum mox id negotij, Henrico à Bergis Seneſcallo, Grimbergæ Domino, Enghelberto à Marca, Arnoldo à Craienhemo, Guilielmo Bontio equitibus, Ægidio à Viue-monte; Duce interim Turnohoudæ commorante. Profecti ergo Louanium, Bruxellam, Thenas, Niuellam, Leuiam, auditis ſingulorum querelis, Turnohoudam detulerunt. Querebantur ſanè non iniuriâ Louanienſes ac Bruxellenſes, iudicia Scabinorum ſuorum à Lyranis ſperni, ceteriſque qui iuriſdictioni Antuerpienſium ſubiacent. Louanienſes item ſuorum Scabinorum iudicia à Leuienſibus in eorum territorio prohiberi; legatorum ſuorum captiuitatem Thenenſes ac Leuienſes: omnes verò hæc, pariter terram à Cuyck, Grauiamque adhuc in manibus Gelrorum conſiſtere; arces Tranſmoſanas oppignoratas non redimi; Boſcenſes non vindicari, quibus paullò antè Guilielmus Gentius, eques, occupatâ ſubitâ inuaſione, vrbe ingens damnum intulerat: his viſis auditiſque, Dux, dimiſſis Leuienſium ac Thenenſium captiuis, iura cuiuſque vrbis ſe in poſterum defenſurum ſpopondit. Moxque redintegratâ amicitiâ menſe Aprili Bruxellam redijt. Obijt Henricus à Bautreſhemo Dominus Bergarum, relictis Ioannâ ac Odâ filiabus, quarum illa Ioanni Domino Glymarũ; Oda verò Florentio à Borſela nupſerant. Inſequenti anno, Ioannes à Schoonuorſta Dominus Monioyæ ac Cranedungæ, cum Hornæ Domino conflixit in finibus Campaniæ Brabanticæ. Bruxellenſes Guilielmum ab Aſca Prætorem ſuum exſulio multarũt, ſumma cum indignatione Ducis. Cuius exſulium Viluordiæ à ceteris vrbibus confirmatũ eſt. Ioannes à Glymis & Florentius à Borſela, generi Henrici Domini Bergarum, de ſoceri hereditate contendentes ita pacati: Vt Florentius perceptis aliquot aureorũ millibus, Ioanni Bergas cederet. Ineunte anno 1414. cùm Dux ingens tributum à Braban-

Vrbium deputati Bruxellæ ſe purgant.

Deputati ad querelas ciuitatum audiẽdas.

Querelæ contra Ducem.

Dux cum Vrbibus Brabãtiæ in gratiã redit.

Anno 1413.

Guilielmus ab Aſca Prætor Bruxellenſis in exſulium pulſus.

Anno 1414.

bantinis poſtularet, decretum ab Ordinibus Louanij congregatis, nè Duci acquieſcerent, niſi ſingularum vrbium defectus, vt Turnohoudæ nuper promiſerat, reſtauraret. Conueniſſe tum lego Louanij Engelbertum Naſſauium Dominum Bredæ, & Leccę; Ioannem à Schoonuorſta Dominũ Monioij, Ioannem Dominum Rotſelariæ, Ioannem Dominum Weſemaliæ, Ioannẽ à Withemo Dominum Boutreſhemi, Ioãnem Dominum Schoonhouiæ, Henricum Dominũ Heuerlæ, Dominum Lidekerckę, Ioannẽ à Cuyck Dominũ Hoochſtrati, Ioannẽ à Berlario Dominum Helmondæ, Theodericum à Merhemo Dominum Boxtellæ, Raſonem à Riuerijs Dominum Lintriæ, Ioannem Dominum Glymarum, Thomam Dominum Diſthæ, Guilielmum Comitem Seynæ Dominum Rodij S. Agathæ, Alardum Dominum Rauiſij, N. Dominum Aſchæ, Guilielmũ Spontinum Dominũ Vuauriæ, Henricum à Lecca Dominum Hezeuicæ, Ioannẽ à Withemo, Valterum & Ioannem à Carſbeca, Henricum à Rotſelaria, Henricũ à Vuahaijna, Ioannem Valterum & Guilielmum ab Heetvelda fratres; Arnoldum à Crainhemo, Ioannẽ Bocxhorn, Libertum à Meldert, Ioannem fratrẽ Domini Diſthæ, Henricum à Vuithemo, Henricũ à Diſtha Dominũ Riueriarum, Valterum à Vuinga, Rolandum à Borneualle, Nicolaũ à S. Gaugerico, Guilielmũ à Delbrouca, Euerardũ Boetam, Euerardum ab Haga, Engelbertum ab Angia, Ioannẽ à Ranſto, Ioannẽ à Schoonhouia, Gerardum à Lintra equites, Ioannẽ à Glymis Dominum Bergarum, Razonem à Grauio Dominum Maleuiæ, Balduinum eius fratrẽ Dominum Torbizullij, ac vrbiũ legatos. Agebatur eo anno ſummo labore de Thoma Diſthæ Domino, Duci recõciliando. Erat cauſſa eius huiuſcemodi: Diſthenſes ſe ab eo iniuſtis vectigalibus onerari, Duci queſti fuerant, edictoq; itaque Ducis iuſſus, nihil vltra debita, onera ciuibus ſuis extorquere, Henricum Papam opidi Scabinũ ad palatium ſuum euocatum occidi curârat, acerrimum ciuiũ propugnatorẽ. Tulit hoc Antonius grauiſſimè, vt & quòd Sichenas à Schoõvorſtæ Domino emiſſet, in Ioannis à Schoonvoorſtæ Domini Monioijæ præiudicium, ad quem, mortuo

Duci tributũ ingens poſtulanti Ordines negant.

Nobiles Brabantiæ in cõuentu Ordinum.

Thomæ Diſthæ Domini cum Duce cõtrouerſia.

Schoonuorſtio eæ rediturę erant: Thomâ itaque Diſtâ pulſo, Ioannem Sueuum Patricium Bruxellæ, opido præfecit, Ægidio à Monte quæſtore addito; mutatiſq́; eius opidi Magiſtratibus: Thomâ verò Louanium profugiente, ac iure ciuiũ eius vrbis, quo neminem inauditum bonis pelli licebat, ſeſe tuente, ab Ordinibus ac præcipuè Louanienſibus de reconciliatione eius agitabatur ſedulò. Verùm obduratus aduerſum hæc Dux numquam tot hominum precibus molliri potuit. Erat Thomæ frater epiſcopus Argentinæ, qui iuſſu Sigiſmundi Imperatoris in Brabantiam veniens in mandatis habebat, ſollicitato Duce, vt Thomã in gratiam reciperet, ſi is refragaretur: opem ab Imperatore polliceri. At Thomas, vt erat homo naturâ perduellionis omnis ac perfidiæ hoſtis maximus, fratri reſpondit, malle ſe patriâ laribuſq́, exactum, quoad viueret, exſulem agere; quàm receptis in Principem ſuum externijs auxilijs, perfidiæ crimine conſpurcari. Relatâ hæc eius reſponſione ad palatium, Dux patefactis poſtulationi Ordinum auribus, Thomæ ignouit: coronatorum tamen 7000 multatum, antequam patrimonium reſtitueretur. Simul etiã pax inter eum ac ciues ſuos reformata, eiectis in exſuliũ Popæ interfectoribus. Paullò antequam hæc fierent, Carolo Rege Francorum in Armeniacam factionem nomen dare compulſo (erat enim is iam multis annis maximâ anni parte inſaniâ oppreſſus) bellum in Burgundiæ Ducem proclamatum fuerat, frequentiſſimâ pæne omnium Franciæ procerum cõſpiratione. Suaſu itaque Armeniacorum Rex Lutetiâ exercitu perducto; Compendium, Sueſſiones, Landunum, omnique vſque Atrebatum deuincit. Obſeſſi Atrebates arctiſſimè. Tum Antonius Dux noſter cum Margareta ſorore, vxore Comitis Hannoniæ in caſtra regia profectus, ſummo labore perſuaſo Rege, pacis Atrebatenſis auctor fuit. Quæ menſe Februario Lutetiæ in magna feſtiuitate omnium Principum ſacramentis fuit confirmata. Decurrit ibi Dux noſter cum Carolo Duce Aureliani. Eodem anno Valeranus Comes S. Paulli, quem Antonius Dux vniuerſo Leucorum ducatui præfecerat, Nouam-villam Moſæ opidum à Ioannis Domini Orchimontis præſi-

Epiſcopus Argentinæ Thomæ frater opẽ ab Imperatore fratri defert.

Cordatũ Thomæ reſponſum Ducem placat.

Diſtenſes cum Thoma reconciliantur.

Rex Francus Armeniaca factione fauẽs in Burgundiæ Ducem mouet

Dux perſuaſo rege Franco Atrebatẽſem, pacẽ procurat

præſidio inſeſſum expugnauit. Eodem anno variæ legationes miſſę, ad controuerſiam inter Ducem noſtrum ac Sigiſmundũ Imperatorem, quæ de Leucorum ducatu interceſſerat, dirimendam. Placuit tandem vt mutuo colloquio rem diſceptarent, quod aliam ob cauſſam irritum fuit. Pridie Idus Aprilis anni inſequentis, Valeranus Comes ſancti Paulli Iuodij Leucorum opido deceſſit, ex cuius filia Ioanna Dux noſter Ioannem ac Philippum filios habebat, qui auo in comitatu S. Paulli, ac ceteris opibus ſucceſſêre. Finitis tum inducijs inter Anglum ac Francos, cùm Franciam ſuum malum abunde grauaret, Angli cruentiſſimum bellum excitauêre. Non contentus etenim Henricus Rex Catharinâ filiâ Regis Caroli, quæ ſponte offerebatur, Aquitaniam omnem Normaniamq́; doti conſtitui volebat. Ita legatis vtrorumque ſinè vlla ſpe pacis diſcedentibus, Henricus Rex omnem in continentem tranſmittendi apparatum adornabat. Porrò Dux noſter ſub ipſo belli rumore Brabantiã repetens Menſe Aprili varia cum ſuis conſilia habuit. Quibus bello abſtinere eum vt ſuper vacaneo, nec è re Brabantica, ſuadentibus, cùm obſtinatum eum ad iter comperiſſent, ſagittariorum opem denegârunt. Menſe Octobri, Dux Louanium venit, vbi filijs ſuis Ordinum curæ commendatis, clam noctu Franciam verſùs perrexit, paucis nobilium Brabantiæ eum comitantibus, idque celeritate quantâ poterat maximâ: Angli etenim captis fortiſſimis Normaniæ ciuitatibus, in Morinorum fines peruenerant: quos pænè conſecuti Franci nè interiora Galliæ peruaderent, arcebant. Neceſſitate itaque vrgente, Angli, quamquam decuplo inferiores, Francos ſummâ virtute attriuerunt, cæſis eorum nobiliſſimis, Antonio Duce noſtro, Philippo Comite Niuerni fratribus, Eduardo Duce Bari, Comite Alençonij, Carolo Alibreto Comite ſtabuli, alijſq́ue compluribus. Et Brabantinorum, qui Antonium ſecuti Fuerant, Philippus & Henricus à Lidekerca, Ingelbertus à Caſtregata, Theodericus ab Heetvelda, Ioannes à Fontanis; captis verò Carolo Duce Aureliani, Ioanne Duce Burbonij, alijſq́ue infinitis, & è noſtris Ioanne Domino Rotſclariæ; Cornelio à Li-

Controuerſia inter Imperatorē ac Ducē, de Leucorum Ducatu.

Anno 1415.

Bellum inter Anglos & Francos renatum.

Diſſuaſa fruſtra in Anglos Ducis expeditio.

Dux noſter in Franciam pergit.

Anglorum de Francis victoria.

Antonius Dux cæſus.

Cæſorum & captorum illuſtrium ſeries.

Digitized by Google

dekerca Domino Lenſij, Ioanne à Glymis, Nicolao à ſancto Gaugerico: Inuentum tertiâ poſt die Ducis noſtri corpus: per opidum S. Paulli, Tornacum, & Hallas, Bruxellam delatum eſt, vbi exequiæ magnâ pompâ perfectæ ſunt, quibus interfuêre, Thomas Dominus Diſthæ, Ioannes Dominus Vueſemaliç, Guilielmus Comes Leynæ, Dominus Rodij S. Agathç, Ioannes à Vuithemo, Dominus Boutreſhemi, Ioannes à Berlaria Dominus Helmondæ, Dominus Lintræ, Dominus Lincemellç, Edmundus ab Emichouia Commendator Zantreni, Dominus Boxtellæ, Ioannes à Diſta, Henricus à Rotſelaria, Ioannes à Turre, Libertus à Meldert, Oliuerius à Binchemo. Ludouicus Pinnoccus equites: Legati Louanienſium, Ægidius Diues Coſ. Razo à Grauio, Ioannes Albus, Ioannes ab Huffla, Henricus & Ioannes à Borchouijs, Valterus & Ludouicus Pinnocci, Ludouicus Rolandus, Ioannes Rogga, Henricus à Vuinxella, Gothfredus Kerſmaker: legati item vrbium ceterarum. Mox corpore Ducis Furæ condito, conſultatum, quibus condicionibus nouus Dux reciperetur. Deducta Turnoudâ Filuordiam vidua Ducis Eliſabeth, vbi graui morbo laborauerat. Actum de arcibus Tranſmoſanis ab Henſbergæ Domini ceterorumque confinium oppignoratione eximendis: legatis eorum Traiectum vocatis, cum quibus tum nihil conueniri potuit. Reuerſi tum ex Anglorum captiuitate Ioannes Rotſelariæ Dominus, Ioannes à Glymis eques, ceterique Brabantiæ nobiles. Statum ab Ordinibus, Ioannem filium Antonij, Ducem fieri eâ lege; vt cùm 18. ætatis annum exceſſerit, noua ſacramenta præſtet.

Exequiæ Ducis Bruxellæ celebrantur.

Nobiles Brabantiæ.

Ordines de Statu reipub. conſultant.

Ioannes Dux Brabantiæ.

RERVM

Digitized by Google

RERVM BRABANTICARVM PETRI DIVÆI LIBER XVIII,

Res geſtas Ioannis Lotharingiæ, Brabantiæ, & Limburgi Ducis continens.

DECIMVM tertium ætatis annum Ioannes, Antonij filius agebat, cùm menſe Ianuario, Louanij in Ducem reciperetur; vbi datis acceptiſque ſacramentis, promiſit de renouando, cùm decimum octauum ætatis annum exijſſet, iureiurando, vt inter Ordines nuper ſtatutum fuerat. Creati tum è ſingulis vrbium viri prudentiſſimi rectores nouo Duci, Razo à Grauio Louanienſis, Reinerus Morſius Bruxellenſis, Nicolaus à Stelandia Antuerpienſis, Theodericus Rouerus eques à Boſco, datus Prætor Louanienſibus Ludouicus Pinnoccus eques: miſerat Ioannes Burgundiæ Dux, qui inaugurationi noui Ducis adeſſent, Epiſcopum Tornacenſem, & Iacobum Curtoiambo equitem: Louanio, Bruxellam, Antuerpiam, ac Boſcum profectus ſacramenta à ciuibus excepit. Inter hæc Ioannes ab Arcla Hollandus eques, qui Furæ exequijs Antonij Ducis adfuerat, cùm domũ proficiſceretur, dolo quorumdam Hollandiæ nobilium, captus ac in Hollandiam ductus eſt: Inſimulatus, quòd cum Reynaldo Gelro Duce ſecretò quædam contra Guilielmum Comitem Hollandiæ molitus eſſet Erat hic ciuis Bruxellenſis: quare Bruxellenſes grauiùs indignati, ciuem ſuum Brabantiâ auectum, conuocatis reliquis vrbibus, vt de eo liberando ſimul operam impenderent, exorabant.

Ioannis Ducis inauguratio.

Rectores noui Ducis imperiis.

Ioannes ab Arcla dolo capitur, & in Hollandiam ducitur.

Bruxellenſes de eo liberando fruſtra ſatagunt.

Digitized by Google

RERVM BRABANTICARVM PETRI DIVÆI LIBER XVII,

Geſta Antonij Lotharingiæ, Brabantiæ, & Limburgi Ducis continens.

Antonius Dux Louanij inauguratur.

CVRATO Ioannæ Ducis funere, Antonius cum ampliſſimo Nobilium comitatu Louaniũ profectus, principatum gẽtis ibidem de more ſuſcepit XVIII. die Decembris. Florebat tum nobilitate Brabantia, niſi quòd dominiorum maxima pars ad exterorum poteſtatem peruenerat. Eminebant inter ceteros Engelbertus Comes Naſſauiæ Dominus Bredæ, Henricus Dominus Bergarum, Ioannes Dominus Rotſelariæ, Ioannes Dominus Weſemaliæ, Thomas Dominus Diſthæ, Henricus Dominus Heuerlæ, Henricus à Bergis Dominus Grimbergæ, Iacobus ab Apcouda Dominus Gaſebecæ, Henricus ab Horna Dominus Paruwiſij, Ioannes à Cuyck Dominus Hoochſtrati, Guilielmus Comes à Seyna Dominus Rodij S. Agathæ, Ioannes à Withemo Dominus Boutreſhemi, Ioannes Dominus Glymarum, Razo à Riuerijs, Dominus Lintræ inferioris, Ioannes à Berlaria Dominus Helmontis, Guilielmus Dominus Aſchæ, Arnoldus à Craienhemo Dominus Grobbedungę, Ioannes Dominus Bochoudę. Alardus Dominus Rauiſij, Guilielmus à Spontina Dominus Wauriæ, Ioannes Dominus Huldebergæ, Rolandus Dominus Borneuallis, alijque equeſtris ordinis complures. Ioannes à Schoonhouia, Iacobus ex Limingis, Henricus Pinnoccus,

Flos nobilitatis Brabantinæ

Valte-

Digitized by Google

Valterus à Quaderibba, Nicolaus à S.Gaugerico, Ioannes & Henricus à Diſta, Libertus à Meldert, Iannes Leo, Ioannes ab Elſta, Ioannes, Guilielmus, & Valterus ab Heetvelda fratres, Ioannes à Redelghemo, Ægidius à Bochouda, Arnoldus & Ioannes ab Immerzella, Guilielmus à Tumbis, Philippus à Tudechemo, Valterus à Lyra, Philippus à Franquignijs, Geldulfus à Lynda, Ioannes ab Hoienbeca, Valterus à Radingis, Nicolaus Sueuus, Valterus & Ioannes à Carſbeca, Valterus à Maloponte, Martinus à Vuilra, Gerardus à Lintra, Valterus à Vuinga, Henricus à Walhayno, Euerardus & Venceſlaus Shernclaes, Ioannes Boxhorn, Antonius Tonis, Venceſlaus Dux, Ioannes Dominus Boſſuti, Ioannes Dominus Dengelbergæ, Ioannes ab Halis Dominus Lilloę, Petrus *Boda*, Theodericus Rouerus, Oliuerius & Guilielmus à Binchemo, Euerardus ab Haga, Valterus à Biſdomma, Ioannes Burggrauius Montenace, Oliuerius Beyſius, Gerardus à Wanroda, &c.

Anno 1407. Ioanna Ducis mors.

Louanio profectus Antonius Dux Bruxellæ XXI. Decembris, Antuerpiæ verò II. Ianuarij exceptus eſt. Menſe Iunio anni ſequentis, Dux Razonem à Grauio, Dominum Maleuiæ Louanienſibus prætorem dedit. Interijt eo anno XII. Auguſti Ioanna coniunx Ducis, filia Valerani Comitis S.Paulli, quam Furæ condi iuſſit. Eodem anno Ioannes Dux Burgundiæ, frater Antonij, Ludouicum Aureliani Comitem interfici iuſſit Lutetiæ, conductâ ad id ſicariorum manu haut magnâ: vt Francorum Hiſtorijs latiùs proditur. Interim Dux noſter apparabat bello Tranſ-moſano neceſſaria, vt Reinaldum Gelriæ Ducem clientelam, cauſſâ Grauiæ opiduli, profiteri armis cogeret, vtque Traiectenſes ſubigeret, Leodienſium inſtinctu obſequia denegantes. Leodienſes Ioanni Bauaro epiſcopo tum diſcordes, eo pulſo, Theodericũ ab Horna filium Henrici Domini Paruwiſij Epiſcopum elegerant. Quare Bauarus ad fratrem Guilielmum Hannoniæ Comitem profugus, eius ope Leodienſem incurſionibus paullò antè laceſſierat. Porrò Traiectenſes, nuntijs in Brabantiam miſſis, differri aduentum Ducis poſtulabant: donec inter ſeſe deliberarent, num tutò Duci ſacramenta præſtituri forent, cùm Bauaro vt epiſcopo

Ioannes Dux Burgundiæ Aureliani Comitem per ſicarios confodit.

Leodienſes Ioannē Epiſcopū eiiciunt.

Dux in Traiectenſes tendit.

Leodienſi paullò antè fidem dediſſent. Quâ excuſatione ſpretâ, vt friuolâ, nihilominus profectus eſt, comitantibus Philippo fratre Comite Niuerni, Valcrano ſocero, Comite Namurci, Dominis S. Georgij, & Croiaci, ac Brabantiæ nobilibus (Louanienſes ac Bruxellenſes palàm auxilia denegârant) ad quos à Leodienſibus litteras ac nuncios clandeſtinos miſſos lego, qui eos à præſtanda Duci ope auerterent. Dum iter ingrederetur, Ducem vexillum vrbis ſuæ efferri volentem Louanienſes prohibuêre, apudq́ue ceteras vrbes idem fieri effecêre. Vnde iratum ille plenus, tamen nè exteri auxiliares diffluerent, per terras Leodienſiû proceſſit. Quo comperto, Leodienſes ad 20000 hominum Traiectum mouerunt, volentes, Theodericum epiſcopum ſuum vnà cum Duce ibi inaugurari. Potentia tamen eorum, qui cum Duce venerant, nè quid acerbiùs tentarent, obſtitit. At Traiectenſes ſummo honore excepto Duci ſacramenta fecêre Leodienſibus pactis cum Duce inducijs iam dilapſis. Quibus peractis Dux tranſito Moſâ, Gelrum ab obſequium redegit. Hic etenim ferox initio, ac Roberti noui Imperatoris fœdere tumidus, Ducis copias nihili fecerat. Nam Robertus Imperator, miſsis ad Antonium litteris minacibus, Brabantiâ cederet, aut ſibi beneficiarij fide adſtringeretur, edicebat. Porrò Duce iam falcoburgum progreſſo, & Imperator cum ijs quas Gelri ſubſidio parabat copijs retroceſſit, & Gelrus in caſtra Brabantica veniens, fidem Duci iurauit. His peractis Dux Oiſcotum dimiſſo exercitu venit, irâ in vrbes Brabantiæ, ob negata auxilia, exæſtuans. Itaque nullam earum ingreſſus, præter Antuerpiam, in Franciam ea Hyeme diſceſſit, demandatâ curâ Reip. Seneſcallo Brabantiæ, & Petro à Cranedonga Cancellario.

Brabãtiæ vrbes Duci auxilia negant.

Leodienſes Duci obſiſtere moliuntur.

Traiectum Duci obedientiam iurat.

Dux Gelrum obſequi ſibi compellit.

Dux Brabãtiæ vrbibus iratus in Frãciam abit.

Anno 1408. Initio anni ſequentis Traiectenſes, qui recepto Duce noſtro ac Theoderico, nouo Leodienſium electo, repulſo, non parùm Leodienſes commouerãt. Bauarum opido ſuo recepêre. Quod factum præter veterem iniuriam, ita inſanam gentem concitauit, vt ſinè mora ſumtis armis ad opidi obſidionem accurrerent. Non latebant hæc Ioannem Ducem Burgundiæ, Bauari ſororium, Lutetiæ negotijs implicitum arduis, vt pote accu-

Leodienſes ad obſidendum Traiectum accurrunt.

accuſatione in Aurelianum propoſitâ, quâ iuſtè eum interfe-
ctum commonſtrare nitebatur. Quam procul dubio non pa-
rùm, eò diſcedente, æſtimationis perdituram conſtabat, Prin-
cipibus omnibus pæne Francici regni, aut hoſtibus ſuis, aut
ſimulatè amicis. Poſt poſitâ tamen eâ manendi neceſſitate,
vt conſanguineo ſubueniret, è Francia in Flandriam conceſ-
ſit, vb Guilielmo Bauaro Comiti Hannoniæ & Hollandiæ,
collocutus, in Leodienſes, eodem Philippo Ducis fratre ac
Guilielmo Namurcenſi, Petro Luceburgenſi Couuerſanæ
Comiti, ac Angiæ Domino, Engelberto Angiano comitanti-
bus mouet. Cui Leodiēſes, relictâ Traiecti obſidione ad 50000
hominum haut procul Leodio occurrerunt, Duce nouo Epi-
ſcopo ac patre eius Henrico: collatis ſignis victi ad interne-
cionem cæſis. Theoderico electo cum Henrico patre & alio
fratre, redactis mox in poteſtatem Bauari omnibus Dioceſeos
ciuitatibus. Ioannes Dux in Franciam redit. Abſtinuerant ſe
hoc bello Antonius Dux ac Valeranus Comes S. Paulli pacto-
rum gnari, vt ferebatur, quibus Bauarus Theoderico Horna-
no epiſcopatum ceſſurum ſe promiſerat. Querebatur tum no-
ua Duci noſtro coniux Eliſabeth, filia Ioannis Luceburgenſis,
Ducis Gorlitij in Auſtria; qui frater erat Venceſlai eximpe-
ratoris, Regis Boemiæ, & Sigiſmundi tunc Hungariæ Regis,
poſtea Imperatoris, filius verò Caroli IV. Imperatoris. Doti
dixit huic puellæ Venceſlaus patruus ducatum Luceburgi, co-
mitatum Ciniaci, & Aduocatiam Alſatiæ, quæ Venceſlaus
olim Dux noſter ex patrimonio poſſederat, ac ſimul inducta
pacta anni 1356. cum Carolo Imperatore à Brabantinis inita,
Antonium iuſtè Brabantiam poſſidere declarato. Obſtare ni-
tebatur huic connubio Robertus Imperator, nè Venceſlao de-
ceſſori ſuo vires accreſcerent; ſed fruſtra. Porro maturanti in
Brabantiam ſponſæ, Dux Enghelbertum Naſſouium Domi-
num Brædæ & epiſcopum Catalauni obuiàm miſit. Anni pro-
ximi menſe Iunio, ſponſa Louanium venit, donata ab Senatu
vrbis argenteis aliquot amphoris, tribus vini vaſis, ac pannis
aliquot Louanienſibus. Indè Bruxellam profecta XVII. Kal.
Augusti, Duci coniuncta eſt. Aderant huic ſolemnitati, fra-

Ioannes Dux Burgundiæ è Frãcia redit.

In Leodienſes mouet.

Leodienſes ad internecionem dedit.

Eliſabeth noua ſponſa Ducis.

Catalauni Epiſcopus, & Engelbertus Naſſouius ſponſam Ducis deducunt.

Anno 1409.

Dux Bruxellæ nuptias celebrat.

tres Ducis, Comites Hollandiæ, Namurci, alijq́ue com-
plures. Compoſitâ paullò pôſt à Burgundo inter Ducem no-

Controuerſia Ducis cum Hollandiæ Comite cõpoſita.

ſtrum, ac Guilielmum Hollandiæ & Hannoniæ Comitem
controuerſiâ, ex dote, quæ Ioannæ Duci olim noſtræ ex prio-
ri connubio debebatur: ſoluitq́ue Guilielmus ex arbitrio Bur-
gundi Duci noſtro 70000 ſcutatorum veterum. Quibus per-

Dux in Frãciam abit.

Anno 1410.

actis, circa finem anni; Burgundus Ducem noſtrum ſecum in
Franciam abduxit. Menſis Iunij die XI. anni proximi coniux
Antonij Ducis filium peperit, maximo cum omnium gaudio.
Miſêre eò vrbes legationes frequentiſſimas, quæ baptiſmo in-
fantis intereſſent. Lego Louanio miſſos Valterum Pinnoc-
cum Coſſ. Ioannem à Schoonhouia equitem, Ludouicũ Pin-
noccum, Gothfredum Kerſmaker, Ægidium diuitem, Ioannẽ
Roggam, Henricum & Ioannem à Borchouijs, Iudocum Ab-

Naſcitur Duci filius.

ſalonis, Ioannem Boxhorn, Henricum Pinnoccum, Henricũ
à Calſtris alioſq́ue ad ſexaginta. Ioannes Epiſcopus Leodienſis
& Dominus Henſbergæ infantem à fonte ſuſceperunt. Creſ-
centibus tum in Francia Aurelianæ factionis fœderatis, Dux

Dux Burgundiæ cum fratre Duce Brabãtiæ copias in Franciã cõtra Aurelianam factionem ducunt.

Burgundiæ, verſo in ſuam factionem Rege Carolo, immẽſum
exercitum in Franciam cõuocat, quaſi Regi à coniuratis tutan-
do. Reuerſus in Brabantiam Dux noſter, menſe Auguſto, ma-
ximo delectu habito, pulcerrimas copias fratri Pariſios addu-
xit. Nam ſagittariorum cohortes ab vrbibus miſſas lego, eaſq́;
è Louanio ductore Henrico à Calſtris. Bruxellenſes ac Loua-
nienſes in agro Pariſiorum cum Valerano Comite S. Paulli
conflictati, vix aduentu Ducis ſedari potuêre. Nam procul Lu-
tetiâ aberant Aurelianæ factionis Principes. Ita dum certamẽ
ab omnibus exſpectatur, illinc Duce noſtro, hinc Duci Bituri-

Vinceſtriæ pax Francica cõponitur.

gum annitentibus, Vinceſtriæ pax ſecũda huius inteſtinæ diſ-
cordiæ parùm duratura coijt. Burgundiæ ac Biturigum Duces
eâ pace gubernaculis reip. amoti; dum quiſque ea repetit, pa-
cem turbauêre. Obijt eo anno Louanij Valterus à Quaderib-
ba eques Senator Louanienſis, conditus in choro baſilicæ Di-

Stapulæ controuerſia renaſcitur.

ui Iacobi Eodem anno inter Antuerpienſes ac Mechlinienſes
vetus Stapularum renata controuerſia. His Ioannes Dux, illis
Antonius fratres fauebant: eo ardore, vt aliquanto tempore
inimi-

Digitized by Google

inimicitias inter ſeſe gererent. Antuerpienſes ſtructo ad Rumſtam caſtello, Mechlinienſes non paruis damnis afficiebant. Initio anni ſequentis turbatâ pace Vinceſtriæ, cùm Armeniaci (ita Aurelianæ factioni nomen) indicto Duci bello Lutetiam tentaſſent. Ioãnes Dux collectis totius Flandriæ viribus, adſcitoque Antonio fratre, Ioanne Epiſcopo Leodiẽſi, ac Guilielmo Comite fratribus, in Veromanduos iter fecit: vbi captis Hanâ, Nigellâ, Royâ, Chaumaco, cùm Mondiderio aſſideret, factâ à Flandris fœdâ diſceſſione, domum reuerti cõpellitur. Indè Armeniacis, quaſi, eo fugiente, cornua efferẽtibus, rurſus Pariſios profectus, effecit, vt Armeniaci proſcripti à regio Senatu ſacris ab Vrbano Pontifice mouerentur; dein varijs ciuitatibus eos expulit. Porrò Dux noſter menſe Octobri in Brabantiam reuerſus, ſubſidia à ſuis petijt; vt nobiles quoſdam Leucorum rebelles domaret: moxque in Leucos mouẽs, Luceburgi alijſque eius regionis opidis ſummâ gratulatione exceptus eſt. Reſiſtebat Huardus Elternæ Dominus, quẽ Ludouicus Aurelianus Dux, demandatâ ſibi olim à Venceſlao Rege Boëmiæ Leucorum curâ præfectum ibi conſtituerat. Itaque ille (licèt mortuo Aureliano) vt perpetuam præfecturã prætendens, cùm à Duce obſideri vereretur, Clunetum cognomento Brabantum, Armeniacorum fortiſſimum ductorẽ auxilio exciuerat. Venit Clunetus Mommediam cum validis copijs: in quem facto impetu Brabãtini, non paruâ clade afficiunt: elapſus ille, Leucis profugit. Huardus verò deſperatâ ope, Elternis Ducem recepit: Moxque Mommedia, Danvillerium Orchi-mons, Duci ceſſêre. Quibus peractis Dux in Brabantiam redijt. Sequenti anno, Duce in Bateburgi obſidionem copias colligente, vrbes delectum ciuium fieri admittere nolebant, agitabantq; ſecreta inter ſeſe conſilia, de vi prohibenda, ſi quid ob hoc Dux moliretur. Proinde legatos Leuienſium ac Thenenſium Louanium euntes, Dux intercepit, paria in Bruxellenſes meditatus, niſi miſſa Louanio ſagittariorum manus Bruxellam ſaluos deduxiſſet. Euocati mox Ordines Viluordiam, vbi Dux in frequenti Principum conuentu, de vrbium proteruia multa conquerebatur. Aderant è ſingu-

Anno 1411. Bellum Frãcicum repullulat.

Armeniaca Aurelianenſium factio à Senatu proſcripta, à Pontifice ſacris interdicta.

Dux in Leucos mouet.

Huardus Elternæ Dominus ſe opponit.

Poſt fractam Ducem recipit

Anno 1412.

Vrbes Duci delectum negant.

Digitized by Google

ſingulis vrbibus Senatores aliquot: qui bene defenſâ Reip. ſuæ cauſſâ, nihil à ſe proteruè actum excuſabant: verùm ſingularum vrbium iura malè à Duce defendi, aſſiduis Francorum bellis implicito· vt ſe abunde commonſtrare poſſe, ſi è Ducis conſilio aliqui delegantur, qui per ſingulas vrbes profecti, omnium querelas perciperent. Datum mox id negotij, Henrico à Bergis Seneſcallo, Grimbergæ Domino, Enghelberto à Marca, Arnoldo à Craienhemo, Guilielmo Bontio equitibus, Ægidio à Viue-monte; Duce interim Turnohoudæ commorante. Profecti ergo Louanium, Bruxellam, Thenas, Niuellam, Leuiam, auditis ſingulorum querelis, Turnohoudam detulerunt. Querebantur ſanè non iniuriâ Louanienſes ac Bruxellenſes, iudicia Scabinorum ſuorum à Lyranis ſperni, ceteriſque qui iuriſdictioni Antuerpienſium ſubiacent. Louanienſes item ſuorum Scabinorum iudicia à Leuienſibus in eorum territorio prohiberi; legatorum ſuorum captiuitatem Thenenſes ac Leuienſes: omnes verò hæc, pariter terram à Cuyck, Grauiamque adhuc in manibus Gelrorum conſiſtere; arces Tranſmoſanas oppignoratas non redimi; Boſcenſes non vindicari, quibus paullò antè Guilielmus Gentius, eques, occupatâ ſubitâ inuaſione, vrbe ingens damnum intulerat: his viſis auditiſque, Dux, dimiſſis Leuienſium ac Thenenſium captiuis, iura cuiuſque vrbis ſe in poſterum defenſurum ſpopondit. Moxque redintegratâ amicitiâ menſe Aprili Bruxellam redijt. Obijt Henricus à Bautreſhemo Dominus Bergarum, relictis Ioannâ ac Odâ filiabus, quarum illa Ioanni Domino Glymarũ; Oda verò Florentio à Borſela nupſerant. Inſequenti anno, Ioannes à Schoonuorſta Dominus Monioyæ ac Cranedungæ, cum Hornæ Domino conflixit in finibus Campaniæ Brabanticæ. Bruxellenſes Guilielmum ab Aſca Prætorem ſuum exſulio multarũt, ſumma cum indignatione Ducis. Cuius exſulium Viluordiæ à ceteris vrbibus confirmatũ eſt. Ioannes à Glymis & Florentius à Borſela, generi Henrici Domini Bergarum, de ſoceri hereditate contendentes ita pacati: Vt Florentius perceptis aliquot aureorũ millibus, Ioanni Bergas cederet. Ineunte anno 1414. cùm Dux ingens tributum à Braban-

Vrbium deputati Bruxellæ ſe purgant.

Deputati ad querelas ciuitatum audiendas.

Querelæ contra Ducem.

Dux cum Vrbibus Brabantiæ in gratiam redit.

Anno 1413.

Guilielmus ab Aſca Prætor Bruxellenſis in exſulium pulſus.

Anno 1414.

Digitized by Google

bantinis poſtularet, decretum ab Ordinibus Louanij congregatis, nè Duci acquieſcerent, niſi ſingularum vrbium defectus, vt Turnohoudæ nuper promiſerat, reſtauraret. Conueniſſe tum lego Louanij Engelbertum Naſſauium Dominum Bredæ, & Leccę; Ioannem à Schoonuorſta Dominũ Monioij, Ioannem Dominum Rotſelariæ, Ioannem Dominum Weſemaliæ, Ioannẽ à Withemo Dominum Boutreſhemi, Ioãnem Dominum Schoonhouiæ, Henricum Dominũ Heuerlæ, Dominum Lidekerckę, Ioannẽ à Cuyck Dominũ Hoochſtrati, Ioannẽ à Berlario Dominum Helmondæ, Theodericum à Merhemo Dominum Boxtellæ, Raſonem à Riuerijs Dominum Lintriæ, Ioannem Dominum Glymarum, Thomam Dominum Diſthæ, Guilielmum Comitem Seynæ Dominum Rodij S. Agathæ, Alardum Dominum Rauiſij, N. Dominum Aſchæ, Guilielmũ Spontinum Dominũ Vuauriæ, Henricum à Lecca Dominum Hezeuicæ, Ioannẽ à Withemo, Valterum & Ioannem à Carſbeca, Henricum à Rotſelaria, Henricũ à Vuahaijna, Ioannem Valterum & Guilielmum ab Heetvelda fratres; Arnoldum à Crainhemo, Ioannẽ Bocxhorn, Libertum à Meldert, Ioannem fratrẽ Domini Diſthæ, Henricum à Vuithemo, Henricũ à Diſtha Dominũ Riueriarum, Valterum à Vuinga, Rolandum à Borneualle, Nicolaũ à S. Gaugerico, Guilielmũ à Delbrouca, Euerardũ Boetam, Euerardum ab Haga, Engelbertum ab Angia, Ioannẽ à Ranſto, Ioannẽ à Schoonhouia, Gerardum à Lintra equites, Ioannẽ à Glymis Dominum Bergarum, Razonem à Grauio Dominum Maleuiæ, Balduinum eius fratrẽ Dominum Torbizullij, ac vrbiũ legatos. Agebatur eo anno ſummo labore de Thoma Diſthæ Domino, Duci recõciliando. Erat cauſſa eius huiuſcemodi: Diſthenſes ſe ab eo iniuſtis vectigalibus onerari, Duci queſti fuerant, edictoq; itaque Ducis iuſſus, nihil vltra debita, onera ciuibus ſuis extorquere, Henricum Papam opidi Scabinũ ad palatium ſuum euocatum occidi curârat, acerrimum ciuiũ propugnatorẽ. Tulit hoc Antonius grauiſſimè, vt & quòd Sichenas à Schoõvorſtæ Domino emiſſet, in Ioannis à Schoonvoorſtæ Domini Monioijæ præiudicium, ad quem, mortuo

Duci tributũ ingens poſtulanti Ordines negant.

Nobiles Brabantiæ in cõuentu Ordinum.

Thomæ Diſthæ Domini cum Duce cõtrouerſia.

Schoonuorſtio eæ rediture erant: Thomâ itaque Diſtâ pulſo, Ioannem Sueuum Patricium Bruxellæ, opido præfecit, Ægidio à Monte quæſtore addito; mutatiſq; eius opidi Magiſtratibus: Thomâ verò Louanium profugiente, ac iure ciuiũ eius vrbis, quo neminem inauditum bonis pelli licebat, ſeſe tuente, ab Ordinibus ac præcipuè Louanienſibus de reconciliatione eius agitabatur ſedulò. Verùm obduratus aduerſum hæc Dux numquam tot hominum precibus molliri potuit. Erat Thomæ frater epiſcopus Argentinæ, qui iuſſu Sigiſmundi Imperatoris in Brabantiam veniens in mandatis habebat, ſollicitato Duce, vt Thomã in gratiam reciperet, ſi is refragaretur: opem ab Imperatore polliceri. At Thomas, vt erat homo naturâ perduellionis omnis ac perfidiæ hoſtis maximus, fratri reſpondit, malle ſe patriâ laribuſq; exactum, quoad viueret, exſulem agere; quàm receptis in Principem ſuum externijs auxilijs, perfidiæ crimine conſpurcari. Relatâ hæc eius reſponſione ad palatium, Dux patefactis poſtulationi Ordinum auribus, Thomæ ignouit: coronatorum tamen 7000 multatum, antequam patrimonium reſtitueretur. Simul etiã pax inter eum ac ciues ſuos reformata, eiectis in exſiliũ Popæ interfectoribus. Paullò antequam hæc fierent, Carolo Rege Francorum in Armeniacam factionem nomen dare compulſo (erat enim is iam multis annis maximâ anni parte inſaniâ oppreſſus) bellum in Burgundiæ Ducem proclamatum fuerat, frequentiſſimâ pæne omnium Franciæ procerum cõſpiratione. Suaſu itaque Armeniacorum Rex Lutetiâ exercitu perducto; Compendium, Sueſſiones, Landunum, omniqúe vſque Atrebatum deuincit. Obſeſſi Atrebates arctiſſimè. Tum Antonius Dux noſter cum Margareta ſorore, vxore Comitis Hanoniæ in caſtra regia profectus, ſummo labore perſuaſo Rege, pacis Atrebatenſis auctor fuit. Quæ menſe Februario Lutetiæ in magna feſtiuitate omnium Principum ſacramentis fuit confirmata. Decurrit ibi Dux noſter cum Carolo Duce Aureliani. Eodem anno Valeranus Comes S. Paulli, quem Antonius Dux vniuerſo Leucorum ducatui præfecerat, Nouam-villam Moſæ opidum à Ioannis Domini Orchimontis præſi-

Epiſcopus Argentinæ Thomæ frater opẽ ab Imperatore fratri defert.

Cordatũ Thomæ reſponſum Ducem placat.

Diſtenſes cum Thoma reconciliantur.

Rex Francus Armeniacæ factioni fauẽs in Burgundiæ Ducem mouet

Dux perſuaſo rege Franco Atrebatẽſem, pacẽ procurat

Digitized by Google

præſidio inſeſſum expugnauit. Eodem anno variæ legationes miſſę, ad controuerſiam inter Ducem noſtrum ac Sigiſmundũ Imperatorem, quæ de Leucorum ducatu interceſſerat, dirimendam. Placuit tandem vt mutuo colloquio rem diſceptarent, quod aliam ob cauſſam irritum fuit. Pridie Idus Aprilis anni inſequentis, Valeranus Comes ſancti Paulli Iuodij Leucorum opido deceſſit, ex cuius filia Ioanna Dux noſter Ioannem ac Philippum filios habebat, qui auo in comitatu S. Paulli, ac ceteris opibus ſucceſſêre. Finitis tum inducijs inter Anglum ac Francos, cùm Franciam ſuum malum abunde grauaret, Angli cruentiſſimum bellum excitauêre. Non contentus etenim Henricus Rex Catharinâ filiâ Regis Caroli, quæ ſponte offerebatur, Aquitaniam omnem Normaniamq; doti conſtitui volebat. Ita legatis vtrorumque ſinè vlla ſpe pacis diſcedentibus, Henricus Rex omnem in continentem tranſmittendi apparatum adornabat. Porrò Dux noſter ſub ipſo belli rumore Brabantiã repetens Menſe Aprili varia cum ſuis conſilia habuit. Quibus bello abſtinere eum vt ſuper vacaneo, nec è re Brabantica, ſuadentibus, cùm obſtinatum eum ad iter comperiſſent, ſagittariorum opem denegârunt. Menſe Octobri, Dux Louanium venit, vbi filijs ſuis Ordinum curæ commendatis, clam noctu Franciam verſùs perrexit, paucis nobilium Brabantiæ eum comitantibus, idque celeritate quantâ poterat maximâ: Angli etenim captis fortiſſimis Normaniæ ciuitatibus, in Morinorum fines peruenerant: quos pænè conſecuti Franci nè interiora Galliæ peruaderent, arcebant. Neceſſitate itaque vrgente, Angli, quamquam decuplo inferiores, Francos ſummâ virtute attriuerunt, cæſis eorum nobiliſſimis, Antonio Duce noſtro, Philippo Comite Niuerni fratribus, Eduardo Duce Bari, Comite Alençonij, Carolo Alibreto Comite ſtabuli, alijſque compluribus. Et Brabantinorum, qui Antonium ſecuti fuerant, Philippus & Henricus à Lidekerca, Ingelbertus à Caſtregata, Theodericus ab Heetvelda, Ioannes à Fontanis; captis verò Carolo Duce Aureliani, Ioanne Duce Burbonij, alijſque infinitis, & è noſtris Ioanne Domino Roſſelariæ; Cornelio à Lidekercka,

Controuerſia inter Imperatorē ac Ducē, de Leucorum Ducatu.

Anno 1415.

Bellum inter Anglos & Francos renatum.

Diſſuaſa fruſtra in Anglos Ducis expeditio.

Dux noſter in Franciam pergit.

Anglorum de Francis victoria.

Antonius Dux cæſus.

Cæſorum & captorum illuſtrium ſeries.

dekercka,

Digitized by Google

RERVM BRABANTICARVM PETRI DIVÆI LIBER XVIII,

Res geſtas Ioannis Lotharingiæ, Brabantiæ, & Limburgi Ducis continens.

Ioannis Ducis inauguratio.

DECIMVM tertium ætatis annum Ioannes, Antonij filius agebat, cùm menſe Ianuario, Louanij in Ducem reciperetur; vbi datis acceptiſque ſacramentis, promiſit de renouando, cùm decimum octauum ætatis annum exijſſet, iureiurando, vt inter Ordines nuper ſtatutum fuerat. Creati tum è ſingulis vrbium viri prudentiſſimi rectores nouo Duci, Razo à Grauio Louanienſis, Reinerus Morſius Bruxellenſis, Nicolaus à Stelandia Antuerpienſis, Theodericus Rouerus eques à Boſco, datus Prætor Louanienſibus Ludouicus Pinnoccus eques: miſerat Ioannes Burgundiæ Dux, qui inaugurationi noui Ducis adeſſent, Epiſcopum Tornacenſem, & Iacobum Curtoiambo equitem: Louanio, Bruxellam, Antuerpiam, ac Boſcum profectus ſacramenta à ciuibus excepit. Inter hæc Ioannes ab Arcla Hollandus eques, qui Furæ exequijs Antonij Ducis adfuerat, cùm domũ proficiſceretur, dolo quorumdam Hollandiæ nobilium, captus ac in Hollandiam ductus eſt: Inſimulatus, quòd cum Reynaldo Gelro Duce ſecretò quædam contra Guilielmum Comitem Hollandiæ molitus eſſet Erat hic ciuis Bruxellenſis: quare Bruxellenſes grauiùs indignati, ciuem ſuum Brabantiâ auectum, conuocatis reliquis vrbibus, vt de eo liberando ſimul operam impenderent, exorabant.

Rectores noui Ducis impuberis.

Ioannes ab Arcla dolo capitur, & in Hollandiam ducitur.

Bruxellenſes de eo liberando fruſtra ſatagunt.

At ij qui Ioannem Ducem noſtrum regebant, prohibebant, nè tuitione Arclenſis Hollandi excitarentur: aſſerentes non è vana ſuſpitione, ſed patefacto crimine reum effectum. Ita efferbeſcente Bruxellenſium ſtudio, decennio ferè in carcere permanſit. At reliquis, qui eiuſdem coniurationis arceſſebantur facinore eluto, ignotum eſt. Venit per eos dies Bruxellam Dux Burgundiæ Ioannes, tutelam Ducis noſtri expoſcens, quâ denegatâ iratus, abducto vna Philippo fratre Ducis, in Picardiam conceſſit, vbi S. Paulli Comitatus incolas in verba eius adegit. Is etenim & Ligniacenſis huic iuueni ex hereditate paterna obuenerant: quos Ioannes Burgundiæ Dux tutorio nomine pro nepote aliquamdiu gubernauit. Anno ſequenti Eliſabeth noui Ducis nouerca, cùm 5000 Coronatorum aureorum nomine dotis ab Ordinibus offerrentur, indignabunda Bruxellâ Luceburgũ conceſſit. Miſerat legatos nouus Dux, qui Sigiſmundo Imperatori nomine ſuo de Antuerpia ac Traiecto fidem darent, qui niſi nepti ſuæ Eliſabethæ, nouercæ Ducis, ſatisfactum foret, Ducem in clientelam recipere noluit. Rumor interim erat, Ioannem electum Leodienſem, arma mouere, vt Ducem Traiecto arceret, concitante Ioanne à Monioya ærarij epiſcopalis præfecto, ob Ioanni Burgundiæ Duci (ſub quo ipſe adminiſtrationem rerum Brabanticarum non modicam ſperabat) tutelam Ducis noſtri denegatam, Brabantinis irato. Moti eo anno Magiſtratu Henricus à Bergis Seneſcallus, Guilielmus Aſcanus, ac Ioannes ab Elſta Quæſtores, ac adminiſtrationis rationem Ordinibus dare coacti. Menſe Maijo anni ſequentis, Ioannes Dux cum magnis copijs Traiectum profectus, Leodienſi impedire non auſo, à ciuibus fidelitatis iuramenta exegit. Vltimâ eius menſis die, Guilielmus Comes Hollandiæ & Hannoniæ viuis exceſſit, primatibus vtriuſque comitatus primùm iureiurando deuinctis, vt Iacobam filiam ſuam Duci noſtro coniungerent. Porrò Dux noſter, cui id connubium maximè placebat (nam collimitanei erant Brabantiæ comitatus Iacobæ, vnus ab Occidente alter à Septemtrione) vbi animaduertit extremam voluntatem patris, ſe generum declaraſſe. Gandauum ad Ioannem

Dux Burgundiæ tutelam Ducis poſcit, nec obtinet.

Anno 1416. *Eliſabeth vidua de dotali ſumma cum Ordinibus nõ conueniens, ſecedit.*

Imperator ei ſatisfieri inſtat.

Anno 1417. *Traiectũ Duci fidelitatem iurat.*

Guilielmus Hollandiæ & Hannoniæ Comes moritur relicta Iacoba filia.

Digitized by Google

nem patruum Ducem profectus cum eo hac de re colloquiũ habuit. Aſſentiente eo, commeantibus inter vtroſque legatis Birfletum conueniri decretum, vbi inter Ioannem Ducem noſtrum ac Iacobam peracta ſponſalia: Ioanne Bauaro electo Leodienſi, ſuffragio ſuo roborare nolente, niſi ea, quæ pater Albertus ac Guilielmus frater olim ipſi legaſſent rata manerent. Verùm quia Dux & Iacoba in ſecundo conſanguinitatis gradu ſe mutuo pertingebant, miſſi Conſtantiam, qui ſanguinis veniam fieri à Synodo patrum ibi congregata expeterent. Sigiſmundo Imperatore ac Ioanne Bauaro electo Leodienſi refragantibus, diù fruſtra laborârunt. Bauarus etenim pertæſus iam rerum ſacrarum, cùm ſacerdotio initiari nolentem ſui etiam ſpernerent, paullò pòſt Leodio egreſſus, pertentatis ſecretò Dordracenſium primis, mox eo opido receptus eſt, miſitque procuratorem Conſtantiam, qui reſignarent Epiſcopatum Synodo ac ſimul Ducis noſtri ac Iacobæ nuptias impedirent. Porrò Dux noſter, ſoluto conuentu Birfletano, ad ſuos remeans: licèt ab initio decretum eſſet, vt omnia quattuor virorum conſilio ageret, ijs tamen inconſultis, Guilielmum ab Aſcha prætorem Bruxellenſibus dedit. At Iannes Bauarus cum Dordracenos in verba ſua, tamquam tutoris Iacobæ neptis, iurare coëgiſſet: litteris ad reliquas vrbes Hollandiæ miſſis, paria ab ijs fieri poſtulabat. Quibus non ad votum ſuccedentibus, cùm & Iacoba patrui tutelam aſpernaretur, Schoonhouiæ de conciliandis partibus actum eſt. Vbi palàm denegatis ſibi Hollandiæ gubernaculis, cùm & iam contentum eſſe debere ijs, quæ Birfletano conuentu ipſi promiſſa erant, Iacoba aſſereret, iratus diſceſſit; moxque conciliatis ſibi Guilielmo ab Arcla, Ioãne & Guilielmo ab Egmonda fratribus equitibus, Gorichemum occupauit. Quo comperto Iacoba cum Margareta matre ac Valerano à Brederoda equite, claſſe in arcem eius opidi venit: & indè egreſſa fortiter repulſo hoſte, opidum recuperauit: cæſis hoſtium primis Guilielmo ab Arcla, Domino Petriſhemi, alijſque, non tamẽ incruentè: nam Valeranum à Brederoda virum fortiſſimum amiſit: Gorichemo validis præſidijs munito, Hagam conceſ-

Dux cum Iacoba ſponſalia contrahit.

Diſpenſatio huius matrimonij petita impeditur.

Ioannes Bauarus epiſcopatu ſe abdicans Dordracum occupat.

Dux incõſultis rectoribus Pretorẽ Bruxellenſem creat.

Bauarus Hollandos fruſtra tentat.

Gorichemum occupat.

Iacoba Gorichemum vi recuperat.

ſit.

ſit. Interim legatis Conſtantiæ fide operam nauantibus, Martinus quintus nouus Pontifex, connubio Ducis ac Iacobæ conſenſit; quod metu Sigiſmundi Imperatoris poſtea reuocaſſe fertur. Perlatum Pontificis Diploma, Ioannes Dux per Enghelbertum Naſſauium Bredæ, & Henricum à Bergis Grimbergæ Dominos Hagam ad Iacobam deſtinauit, menſe Ianuario. At paullò pòſt VIII. videlicet menſis Martij, ſeptus nobiliſſimorum Principum comitatu Hollandiam petijt. Diſceptatum Hagæ aliquamdiu, ſuper Pontificio diplomate, eiuſque reuocatione, cuius exemplar Bauarus Duci tranſmiſerat: placuit tamen inhilominus in connubio procedi. Menſe Aprili anni proximi celebratæ nuptiæ Ioannis Ducis & Iacobæ, in frequentiſſimo nobilium ac vrbium vtriuſque Principatus conſilio, aderat Tornacenſis Epiſcopus, legationis à Ioanne Duce Burgundiæ caput. Superuenêre mox à Martino Pontifice litteræ, quæ reuocationem metu Imperatoris factam, reſciſſam eſſe, ac Ioannem Ducem cum Iacoba ſinè vllo ſcrupulo matrimonium agere poſſe edocebant. Receptus itaque omnibus pæne Hollandiæ opidis ac Zelandiæ domum reuertit: vbi non modica cum ſuis diſcordia interceſſit. Erat illi quæſtor Guilielmus à Monte, qui facili Principis ingenio abuſus, Engelbertum Bredæ, Henricum à Bergis Grimbergæ, Henricum à Lecca Hezeuiæ Dominos, ita ab eo alienârat; vt aliquem horum in conſpectum ſuum venire non pateretur, quaſi eius conſtitutionis auctores, quâ gubernatio Brabantiæ ipſi ob ætatem interdicta paullò antè fuerat. At illi gratiâ Principis excluſi, Louanium conuocatis Ordinibus, Guilielmum incentorem Principis, perpetuo exſulio damnatum totâ Brabantiâ edixerunt, & Bruxellenſes Prætorem ſuum damnationis edictum proponi nolentem, in carcerem miſerunt. Porrò Bauarus, Ducem noſtrum Hollandiâ ceteriſque vxoris opibus potiri fremens, ductâ Eliſabethâ Ducis nouercâ, & cum Sigiſmundo Imperatore fœdere inito, Hollandiam, Zelandiam ac Hannoniam beneficiario iure ab eo poſſidendas accepit: quaſi ad Imperium mortuo Guilielmo Comite ſinè maſcula prole deuolutas.

Diploma diſpenſationis à Martino V. conceditur & reuocatur.

Anno 1418. *Ioannis Ducis cum Iacoba nuptiæ.*

Martinus V. reuocationem irritam declarat.

Guilielmus à Monte quæſtor nobilium turbas ciet.

Bauarus Imperatore adiuuante in Iacobæ patrimonium inuolat.

Inter-

Interdicta Duci noſtro adminiſtratio harum regionum, datis litteris Conſtantiæ XXIX Martij. Earum litterarum munimini fiſus Bauarus, cùm Hollandiæ, Zelandiæ, ac Hannoniæ opida ſollicitaret, hoc reſponſum tulit: Regiones has neque feudum Imperij eſſe, nec ad mares ſolos deuolui, cùm certiſſimo experimento conſtet, Valtrudim Carolomanni Auſtraſiæ Principis neptem, Richildim quoque comitatum Hannoniæ; Adam, ac Margaretam comitatum Hollandiæ, maritis dotales attuliſſe: præter hęc iniquiſſimum fore ipſum, collaudato olim Birfleti Ducis ac Iacobę connubio, ac ſecundùm eius conuentus pacta feudis ſuis ab ea inuaſatus, nunc tam fœdè obniti. At ille verbis contendere ratus inutile; Dordraci ac Brielæ coactis naualibus copijs Hollandiam variè incurrit. Quo in Brabantiam nuntiato, decreta Iacobæ auxilia, Duce Ioanne Domino Vueſemaliæ; & Ioannes Dux Bergam S. Gertrudis profectus, præmiſſis ſuis, Dordracum obſedit: quod opidum cùm varijs exſtructis è terra propugnaculis noſtri fame vrgerent, egreſſi præſidiarij, facto in Antuerpienſes impetu, ſummâ virtute repelluntur: obſidio tamen hinc à Brabantinis, illinc ab Hollandinis ſoluta, in ſolis propugnaculis relicto præſidio: quibus digreſſis, reliquis potiti Dordraceni, præſidiarios omnes crudeliter occiderunt. Paullò pòſt Roterodamo à Bauaro intercepto, Philippus filius Ioannis Ducis Burgundiæ, Ludouicus à Lucceburgo epiſcopus Tarauanæ, Petrus à Lucceburgo frater eius, Comes Couuerſanæ, Dominus Angiæ, in Hollandiam venerunt: quibus agentibus Vorichemi Dux noſter & Bauarus pacem iniêre. Ceſſit Dux, Bauaro rectori Hollandiæ, Zelandiæ, ac Friſiæ conſtituto, Dordracum, Gorichemum, Arclam, Lederdamum, Roterodamum, Vordam, Vornanum, ac Brielam: viciſſim Bauarus omne ius ſuum in comitatus Hollandiæ ac Hannoniæ eiurauit. His peractis Ioannes Dux cum Iacoba in Hannoniam digreditur, vbi receptis ab eius terræ populo ſacramentis, cùm quadam die venatum exijſſet; fratres Iacobæ Nothi, Guilielmum à Monte quæſtorem Ducis interfecêre, ipſâ Iacobâ non ignorante. Cuius vt amiciſſimi hominis

Ab Hollandis, Zelandis, & Hannonijs reijcitur.

Claſse Hollandiam incurſat.

Dux Dordracum obſidet.

Obſidione ſoluta præſidiarij in propugnaculis caeduntur.

Vorichemi pax inter Ducem & Ioannem Bauarum componitur.

Dux Hānoniæ poſſeſſionem capit.

minis morte Dux conſternatus, triduo eum luxit; vixque à Iacoba induci potuit, vt dolorem poneret. Porrò poſt Montani interitum annitente Iacobâ, Naſſauius, Grimberganus ac Hezuicenſis priſtino in aula loco reſtituti ſunt: nec diù ſuperuixit Grimberganus, redeunte tum Grimbergâ ad Ioannem Bergarum Dominum. At Bruxellenſes ob Guilielmi ab Aſcha detentionem, & Louanienſes ob præproperam à Dordraco diſceſſionem, Duci inuiſi, hoc anno eum placare non quiuerunt. Sequenti anno, Ioannes Bauarus Rector Hollandiæ & Iacobus ab Apcouda Dominus Gaſebecæ Leydam expugnauêre. Ioannes Dux Burgundiæ fraude Caroli Delphini ad colloquium euocatus, Monterellæ ad confluentem Iouæ & Sequanæ miſere trucidatus eſt, ſucceſſore Philippo filio. Menſe Septembri Guilielmus ab Aſcha Bruxellenſium captiuus, perpetuo exſulio damnatus eſt in concilio vrbium Brabantiæ. Cui à Louanio aderant Ludouicus Pinnoccus eques Conſ. Ioannes Albus, & Ioannes à Borchouijs. Eodem menſe Iacoba in Brabantiam venit, quam Viluordiam ingreſſam ſalutatum iuêre vrbium legati: à Louanio Ioannes Boxhorn eques, alijque aliquot. Bruxella verò Dux abſtinuit ob Aſcani detentionem. Menſe Februario Iacoba Louanium introijt, ſummo honore à ciuibus excepta; Dux verò Boſcum profectus, ac ibi aliquantulum commoratus, Grobbedungam conceſſit: vbi conſilio Iacobi Gaſebecæ Domini, Ioannis Vueſemaliæ Domini, Ioannis à Schoonuorſta, Domini Monioijæ, remotis Hollandicis matronis virginibuſque, matrem ac vxorem Vueſemalij & vxorem Aſcani, Iacobæ adiunxerunt: remotus item Magiſtratu Seneſcalli, Ioannes Dominus Rotſelariæ. His peractis Viluordiam reuertuntur: vbi ijs quæ Grobbendungæ acta erant, ſtatutaque Iacobæ prælegentes non parùm feminam turbârunt, quod alumnis ſuis ita priuanda eſſet. Atqui Ducem Viluordiâ Furam proficiſcentem conſecuta, à propoſito ſeducere nullâ ratione potuit. Initio anni ſequentis, Reinerus à Bergis Seneſcallus Brabantiæ effectus eſt. Creati tum à Duce noui conſiliarij Guilielmus Aſcanus cum filio, Guilielmus

Guilielmi à Mõte quæſtoris cædes.

Anno 1419.

Bauarus Leydam expugnat.

Ioannis Burgundiæ Ducis cædes.

Philippus Dux Burgundiæ.

Iacoba Dux in Brabãtiam veniens, ſalutatur à legatis vrbium.

Dux gynecæũ Iacobæ vxoris mutat, ipſa inuita.

Anno 1420.

Reinerus à Bergis Seneſchallus Brabantiæ.

lielmus & Ioannes Bontij, & Nicolaus à Vuerua equites. Acta hæc Antuerpiæ. Indè Dux in Zelandiam diuertens, auctore Aſcano, præfecturam Hollandiæ, Zelandiæ, ac Friſiæ Bauaro in ſeptennium confirmauit: additis Marchiâ Antuerpienſi, & Herendalſti præturâ, idque inſciâ Iacobâ ac nobilitate Brabanticâ. Reuertentem Bruxellam Margareta ſocrus interpellabat, nè filiæ matronas virgineſque Hollandicas, quibus ab infantia aſſueuerat, detraheret; at ille conſilio (vt ferunt) Euerardi Shernclaes equitis, durus in priſtina ſententia perſtitit. Quam hominis pertinaciam deteſtata ſocrus, alterâ die Iacobam ſecum Canoyam Hannoniæ abduxit; cuius diſceſſio nobilitatem Brabanticam in primis malè habuit. Porrò Louanium conuenientes Ordines, deliberârunt de puniendis ijs, quorum conſilio, tam durus vxori, quàm nobilitati vrbibuſque inimicus Dux effectus fuerat. Hîc fœdere inito, quo Ducem ad ſanitatem redigerent, ſibi mutuo opem pollicentur. Aſcanum cum filio, Euerardum Shernclaes alioſque aliquot in Cypriam peregrinationem damnant. Aderant his conſilijs Enghelbertus Naſſauius Dominus Bredæ, Ioannes Dominus Monioijæ, Ioannes Dominus Vueſemaliæ, Ioannes Dominus Rotſelariæ, Ioannes à Vuithemo Dominus Boutreſhemi, Henricus Dominus Heuerlæ, Ioannes Dominus Schoonhouiæ, Dominus Lintræ, alijque complures: & vrbes Brabantiæ. Coactus iurare Reinerus Seneſcallus Brabantiæ, ſe decreto Ordinum non contrauenturum. Bruxellenſes ac Antuerpienſes, qui huic conuentui non adfuerant, per legatos omnia comprobauerunt. Miſſus Bruxellam nuntius, qui Duci ſtatuta Ordinum enuntiaret, quibus ille ſpretis, in exſulum locum alios è familiaribus ſubſtituit. Eadem ab Ordinibus Iacobæ, quæ Ati tum erat, ſignificata, quam legatione miſſâ, vt Louanium veniret, enixè orabant. Ceterùm Ducem indies in peius ruere, ac ſe totum infimis hominibus, & qui eum ab Ordinibus auerterent deditum, conſpicati, Edmundum ab Emichouia Commendatorem Ioannitarum, ac Dominum Chantreynę in Franciam miſerunt ad Philippum fratrem Ducis, Comitem S. Paulli, quem virum fortem ac longè

Bauaro præfectura aucta, prorogatur.

Iacoba cum matre indignabunda Canoijã ſecedit.

Ordines cum proceribus de Duce ad ſanã mentem reducendo fœdus ineunt.

Dux Ordinũ decreta ac monita ſpernit.

à fraternis moribus alienum, Ioannes patruus Dux Burgundiæ præfectum Lutetiæ creârat. Iam verò eo officio perfunctum Picardiæ Rex Francus præfecerat. Hunc itaque orârunt, vt in Brabantiam veniens gubernationem terræ acciperet. Venit is menſe Septembri Bruxellam, vbi ſalutato fratre Louanium conceſſit, cauſſam diſcordiæ inter fratrem ac Ordines diſcuſſurus. Porrò edoctus à Nobilibus, quòd infimo cuique deditus Dux, reiecto Ordinum conſilio, magnam Brabantiæ partem ac Hollandiam Bauaro tradidiſſet, quodq́ue vxorem à ſe abegiſſet: eorum partes tutandas ſuſcepit. Vocatâ mox Iacobâ cum matre Louanium venit. Eodem Ludouicus à Luceburgo epiſcopus Tarauanæ, & Hugo à Lannoya legati Philippi Ducis Burgundiæ venêre, vt pacem conciliarent. Indictâ dies vt ad III. Kal. Octobris Viluordiam conueniretur. Quò profectis Philippo Comite, & Iacobâ, & Matre, Ioannes Dux diù exſpectatus non venit, morbum excuſans. Pari ſimulatione ſecundò deluſis, clanculum paucis comitantibus in arcem Boſco vicinam nomine Herleriam conceſſit. Huc ad eum properantibus exſulibus, Boſcum paullò pòſt iuit. Indè Cliuiæ Duci Domino Henſbergæ, Comiti Blanckenhemij alijſq́ue Tranſmoſanis, quos vt nobilitatem armis ad obſequium cogeret, euocârat: Hezij occurrit, Hezio Traiectum Moſæ proceſſit. His Viluordiam delatis, omnium ſuffragijs, Philippo Reip. gubernacula deferuntur. Qui indè Bruxellam reuerſus, apparatum in bellum Hollandicum cogere incepit. Bauarus etenim Duci noſtro conſpirans, Bergâ S. Gertrudis occupatâ, arcem obſidebat validè munitam, quam Theodericus à Merweda eques Hollandus pro Iacoba tuebatur: indictâ itaque expeditione Philippus cùm forti, popularium manu Bruxellâ egreſſus Iacobam Hoſdenam Duxit, quâ Arnoldi à Zeuenberga fidei traditâ, Bergam ſimul progreſſi, decimo poſt die commeatum ac cetera neceſſaria arci intulêre: quo facto, ad finem Octobris domum rediêre. Poſt eorum diſceſſum, præſidiarij arcis miſſili igne totum pæne opidum exuſſêre. Reuerſus Bruxellam Regens Guilielmum à Montenaca Dominum Grazæ Seneſcallum, Ioannem à Dighemo

Philippus frater Ducis è Francia ad regimen euocatur.

Ordinum partes tutandas ſuſcipit.

Viluordiæ ad conuentum Dux non comparet.

Tranſmoſanis dynaſtas ad opem conuocat.

Philippus Regentis titulum ac munus ſuſcipit.

In Bauarum arcem S. Gertrudis obſidentē mouet.

Commeatum arci infert.

ghemo Prætorem Bruxellæ, depoſitó Ioanne Clutingo, conſtituit: mox abbates Brabantiæ Traiectum miſit, Duci reditum in patriam perſuaſuros. At ille propoſito in præſens, vt legati Ordinum ad XV Decembris Diſtham ad ſe mitterẽtur, clanculum ſollicitatis Bruxellæ primoribus agebat, vt noctu Diſthâ properantem Bruxellâ reciperent, Ioanne Clutingo cum virga prætoria occurrente. Conuentu itaque Diſthæ habito, cùm varijs dolis differret, tandem equites ac pedites globatim in eo tractu coire Louanium, adfertur.

Dux in patriam reuocatur. Diſtha conuentum ſubdolè conuocat. Bruxellæ primores vt ſe recipiant, inducit.

Vnde malum quid Regens ſuſpicatus, nobilitatẽ ac ciues in armis ad omnem euentum paratos eſſe iuſſit. At Ioannes Dux celeritate vtendum ratus, antequam ij conuenirent, nocte intempeſtâ Diſthâ digreſſus, comitantibus Henſbergæ Domino, Ioanne à Bura præpoſito Aquẽſi, & exſulibus; ſummo diluculo ad Bruxellæ portas viſus eſt. Sequebatur eum Murtij Comes, prohibẽtibus Moſę tranſitum Traiectenſibus, longũ emenſus. Tam ſubito Ducis aduentu conſternata plebs Bruxellenſis, omnis doli ignara, vrbe eum recipi noluit, niſi 120 equitũ comitatu: at Patricij, quibus conſcijs aduenerat, portam Louanienſem aperiunt, quam patefactã denſo agmine irrumpentes, ſui vrbe potiuntur, in poſtremo agmine Duce ſecuto. Erat tum Regens Bruxellæ: qui fratri collocutus, Louaniũ alterâ die regreditur: quo maxima nobilitatis Brabanticæ pars conuenerat.

Patricijs adiuuantibus, Dux aſtu vſus Bruxellæ cum armatis recipitur.

Porrò Ioannes Dux conuocatis in curiam Bruxellẽſibus, ſpopondit nihil eos mali paſſuros, non enim in eorum perniciem adducta Germanorũ auxilia, ſed ſui ab omni vi tutãdi, nam ſe nihil aliud quàm pacem cum Ordinibus cupere, orareq; eos vt ipſi totis viribus ei conficiundę incumbãt. Erant ſanè Patricij Duci fideliſſimi, promiſerantq; ſi Regens quid moliretur, omni conatu ſe prohibituros, oblatis portarum clauibus.

Bruxellenſibus de Germanorum præſidio ſe purgat.

Plebem verò, militis extranei voces, per tabernas ſe auro Brabantico ditandos iactitantis, ac nudis gladijs incedentis minæ non parùm cõmouebãt. Sexto itaque Kal. Febr. motu excitato, vix a Duce curiâ egreſſo, potuêre ſedari. Poſt biduũ verò cum Germanos impetũ in eos facere velle ferretur, quã primũ cœnobij Frigidimõtani cãpanula ad nocturnas horas vocaret, nullâ ratione

Plebs Bruxellenſis à milite ſibi metuens tumultuatur.

 con-

contineri potuit. Commotâ itaque totâ vrbe, Dominus Henſbergæ ceteriq́ue Germani vincti in carcerem conijciebantur; Comite Murtij, è domo, in qua diuerſabatur, exire prohibito. Eodem die Regens cum omni pæne nobilitate Louanio Bruxellam rediens, plebis conſtantiam plurimùm collaudauit. Poſtridie palatium ingreſſus maximam partem familiarium fratris ac Patriciorum vrbis cœpit, moxq́ue Ordinum conuentum ibi indixit. Quò Louanienſes Raſonem à Grauio Conſ. Ioannem Album, Ægidium Diuitem, Henricum à Calſtris, ac reliquæ vrbes ſuos legatos miſêre. Eo conuentu hæc ſtatuta ſunt: Vt ex captiuis Henricus Clutingus, Ioannes à Frigidomonte eques, Euerardus Dux, Ioannes Scoccardus Louanij in arce, Ioannes & Guilielmus Clutingi Antuerpiæ, Guilielmus à Monte Vueſemaliæ, Ioannes Leo Bredæ apud Engelbertum Naſſauium, Valterus Pipepoius, Cranedungæ à Ioanne Domino Monioijæ, Henricus Dux Rotſelariæ, Theodericus Loza, cum Ioanne Hoſpite Viluordiæ, Guilielmus ab Aſca Diſthæ, Ioannes Sherardus Glymis à Ioanne eius loci Domino aſſeruarentur; Ægidius Kegel, Ioannes metten Schachte, Ioannes Caijus, Gaſebecanus, Ioannes ab Ideghemo in perpetuum exſules eſſent, publicatis bonis. Qui captiuorum aliquem carcere fracto fugientem, detineret, occideretve; 500 coronatis donaretur: Dux hæc rata habere cogeretur: præter hæc, permiſſa plebs vnà cum Patricijs, Magiſtratus gerere. Dum hæc fierent, Ioannes Dux cum Thoma Diſthæ ac Ioanne Rotſelariæ Dominis Louanium diſceſſerat. His peractis Regens, Ioannem Clutingum gladio ſubiecit, Ioanne à Dighemo prætore conſtituto: dimiſſiq́ue mox Germani milites, retentis nobilibus ad 150. Sparſo in vicinas regiones, harum rerum rumore; Ioannes ab Henſberga epiſcopus Leodienſis & Aquenſes, litteras in Brabantiam miſêre. Ille patrem ac fratrem, Aquenſes verò præpoſitum ſuum dimitti poſtulantes: quod cùm non impetrarent, mercatores detinere cœperunt. Eodem anno Diſtenſes ſententiâ Ordinum multati ſunt, quòd Ducem ijs inconſultis recepiſſent:

Ductores Germanorum à plebe cōprehenduntur.

Regēs factum Bruxellēſium adprobant, Duci addictos capit.

Conuentus Ordinum Bruxellæ.

Decreta Ordinum in captiuos, & pro plebe.

Ioannes Clutingus capite plectitur.

Leodienſes, & Aquenſes fruſtra ſuos captos repetunt.

Digitized by Google

ſent: obijt eo anno Henricus ab Immerzella eques Antuerpienſis. Feſtis Paſchalibus anni inſequentis, plebe Bruxellenſium iterum ſeditiones agitante, Euerardus Shernclaes eques, filius Euerardi, cuius ſub Venceſlao ac Ioanna Ducibus meminimus, cum alijs duobus capite truncatus eſt: & iiſdem pæne diebus Dux cum Regente Gandauum profecti ſunt; vt ludis militaribus à Philippo Duce Burgundiæ celebrandis intereſſent. Indè reuerſis, de captiuis Germaniæ nobilibus ad certam diem relaxandis agi cœpit. Plurimùm obluctantibus Bruxellenſibus, qui Murtij Comitem ceteroſque non antè dimiſſuros palàm edixerunt, quàm de ijs, qui Louanij Antuerpiæ ac alibi ſeruabantur, ſupplicium ſumeretur. Horum itaque obſtinato in captiuorum necem ſtudio, cedentes Ordines, quattuordecim captiuos eò adductos, gladio cædi iuſſerunt. Itaque toto eo tumultu cæſi Bruxellenſiũ nobiliſſimi, aut in exſulium pulſi. Interim Sigiſmundus Imperator minaces litteras in Brabantiam miſerat, Imperiali proſcriptione pulſaturus, niſi Murtium, Henſbergenſem, Steiuardum à Roda, ceteroſque Germanos liberos facerent. Idem Electores expoſcebant. Obduratis tamen aduerſum hæc Brabantinis, captiui, Gerardum à Zipa Regentis intimum muneribus corruperunt: à quò perſuaſus Regens (cuius nutu omnia agebantur eo tempore) Henſbergenſem ac Præpoſitum fide datâ ad certam diem ſe reuerſuros; Murtium verò ſinè condicione dimiſit. Porrò illi falſâ fide, cùm ad præſcriptam diem non reuertiſſent, varijs in poſterum conuentibus à Brabantinis iuramento ſolui poſtulàrunt. Poſt hæc de Ducis ac Regentis concordia actum eſt: nam Regens gubernationem fratri reddere detrectabat, obiectâ controuerſiâ nouâ, quâ partem regionis ſibi deberi aiebat. Habebat hic fortiſſimos ſuæ cauſſæ aſſertores Bruxellenſes, Louanienſibus à Duce ſtantibus. Eodem anno proclamato in Boëmos Huſſitas bello, Henricus à Lecca & Venceſlaus Shernclaes equites multos Brabantinorum eò duxêre. Domini Hornæ & Monioijæ inter ſe conflixère magnâ vtriuſque partis clade. Initio anni proximi, Brabantini cum Ioanne Domino Henſbergæ con-

Anno 1421.

Euerardus Shernclaes gladio ſubiectus.

In XIV. captiuos nobiles Bruxellenſes gladio animaduertitur.

Imperatoris & Electorum pro Germanis liberandis inſtantia.

Henſbergenſis Præpoſitus, & Murtius eluſa fide euadunt.

Brabantinorũ in Bohemos Huſſitas expeditio.

Anno 1422.

Digitized by Google

Dominus Eldræ & Trazinij: Ioannes Dominus Sombreffæ, Simon Fangulezij, Henricus à Vualhayna, Ioannes Dominus Glymarum, Gerardus & Razo à Lintra fratres, Euſtathius à Vertayna, Robertus à Spontyna Dominus Vuauriæ, Ioannes Dominus Dongelbergæ, Ioannes Dominus Longicampi; Euerardus ab Haga, Libertus à Meldert, Henricus à Rotſelaria Dominus Royſtæ, Ioannes à VVithemo Dominus Boutreſhemi, Guilielmus à Montenaca Dominus Grazæ, Arnoldus à Seuenberga, Ioannes Dominus Schoonhouiæ, cum Ioanne & Henrico filijs; Ioannes à Ranſta Dominus Canticrodæ, Henricus à Ranſta Dominus Keſſaliæ, Ioannes ab Halis Dominus Lilloi, Rolandus à Borneualle, Valterus à Vuinga, Arnoldus ab Immerſella Dominus Hamedæ, Geldulphus à Sennis, Valterus à Liſta, Reynerus ab Elſt, Nicolaus & Ioannes Sueui, Ioannes Guilielmus & Valterus ab Heetvelda fratres, Venceſlaus Shernclaes, Guilielmus Rongmannus Dominus Bigardæ, Ioannes Bernagius Dominus Parci; Valterus Eggloyus, Nicolaus à Sancto Gaugerico, Ludouicus Pinnoccus, Ioannes Bocxhorn, Venceſlaus ab Houthemo, Theodericus Rouerus, Guilielmus à Gent Dominus Mervicæ, Henricus à Colhemo, Ioannes à Melra, Theodericus ab Harſtrecto Dominus Venlonij, Henricus Diebier Dominus Mierlæ, Philippus Dominus Geldorpæ, Balduinus à Grauio Dominus Turbiſuilli, Balduinus à Glymis, Ioannes Brantus Dominus Ayzæ, Ioannes Tyllius Dominus Opprebazij, Ioannes à Boſſuto, Ioannes à Boſco Burggrauius Furæ, Ioannes à Berthemo, Ioannes à Lyra Dominus Nordevicæ, Simon à Coudeburgo Dominus Lintræ ſuperioris, Ioannes Dominus Nouæ plateæ, Ioannes à Redelghemo, Valeranus à Delfis Dominus Burgfleti. His peractis, frater Ducis, Philippus in Franciam redijt. Porrò Iocaba vxor Ducis tum in Hannonia degens, inſtigantibus proximis ſuis, Ducis conſortium multò antè auerſata, ex Hannonia, Caletum profecta, illinc in Angliam enauigauit: moxque miſſis Romam legatis, Duci diuortium oppoſuit, adulterina dicens ea diplomata fuiſſe,

Iacoba Ducis vxor à Duce diuertens in Angliam abit.

Pendente diuortij cauſſa, Iacoba Duci Cloceſtriæ nubit.

quorum virtute cognationis vinculum inter eos ſolutum erat. Citatus Romam Dux, Epiſcopum Cameracenſem, ac Ioannem Bontium eò miſit, vt cauſſam nuptiarum contra procuratores Iacobæ defenderent. At illa, non exſpectato litis fine, Hunfredo Duci Cloceſtriæ nupſit, fratri Henrici

Anno 1423. *Ij concordiæ interpretes auerſantur.*

quinti Regis Anglorum. Anno ſequenti cùm Henricus Rex Angliæ, & Philippus Burgundiæ Dux conciliandis Ioanni ac Hunfredo Ducibus, vtque arbitrio ſuo controuerſiam

Iacoba & Cloceſtrius Hannoniam occupant.

committerent, laborarent; Hunfredus ac Iacoba omnem concordiam aſpernati, ex Anglia ſoluentes Caletum appellunt. Indè maturato itinere in Hannoniam properantes, Margareta Mater ac Dominus Hauareti (falſâ, quam Ioanni Duci, vt eius regionis Seneſcallus, addixerat fide) omnibus pæne eius regionis opidis liberaliter recipi curârunt. Maxima verò Nobilium pars in Ducis noſtri fide inconuulſa

Dux à Ioanne Bauaro, Burgundo, & fratre auxilia petit.

perſtitit. Qui relatis, quæ in Hannonia fiebant, miſſis ad Burgundum Ducem, fratrem item Philippum, ac Ioannem Bauarum Hollandiæ procuratorem, nuntijs, auxilia in bellum Hannonicum expetijt. Bauarus verò cum ijs præſtan-

Ioannis Bauari mors. Anno 1424

dis non ſignis inſtaret, morbo correptus circa finem anni interijt. Anni ſequentis initio Gerardus à Zipa Ducis noſtri

Gerardus à Zipa cæſus.

intimus haut procul Furâ, à Ioanne Blondello interfectus eſt. Porrò Dux noſter ex morte Bauari veritus motum ali-

Dux in Hollãdiam abit, quietis ſtabiliendæ.

quem in Hollandia futurum, ſimul prohibiturus, nè Iacobæ fautores ibi quid motus cierent, celeriter eò contendit, Philippo fratre, Petro Angiæ Domino Thoma Diſthæ, Engelberto Naſſauio Bredæ Dominis, Brabantiæ pręſidio reli-

Ab Hollandis honorificè ſuſcipitur. Iacobus Dominus Gaſebecæ Hollandiæ rector.

ctis. Recepêre Ducem Hollandi, Zelandi, ac Friſij, ſummo honore; omnes fidem, vt vero Principi ac tutori Iacobæ, illi promittentes, qui luſtratæ toti Regioni, Iacobum Dominum Gaſebecæ rectorem inſtituit. Eo abſente, Anglis Gallicam-Brabantiam incurrentibus, Ordines Brabantiæ Ioannem Monioijæ, ac Ioannem Vueſemaliæ Dominos Ni-

Angli Brabantiam incurſantes comprimuntur.

uellam; Rotſelariæ verò ac Bergarum Dominos Hallam miſêre, vt limitem eum in hoſtem tuerentur, qui Anglorum vagabundas cohortes varijs locis afflixerunt. Munierat

Clocc-

Digitized by Google

Clocceſtrius Braniam opidulum valido prǽſidio, vnde non parùm damni proximis Brabātię agricolis inferebatur. Id prohibituri Vueſemaliæ ac Monioijæ Domini, cum Engelberto ab Angia ſępiùs ad Braniæ muros egreſſi, vnâ vice Anglos in inſidias pertractos magna cum cœde vicerunt, ad portas vſque proſecuti. Paullò pòſt reuerſo in patriam Duce, Iacoba, miſſo in Hollandiam Florentio à Kyſhoa equite, Schoonhouiā obſideri iuſſit; cuius arci Guilielmus Conſterus & Arnoldus Beijlingus inerant. Oppido mox capto, arx cùm aliquamdiu ſuſtinuiſſet, famis metu dedita. Excedēdentibus prǽſidiarijs detentum Beijlingum Florentius viuum defodit. Gaſebecanus verò pulſis Hollandiæ Duci noſtro aduerſis, Schoonhouiam poſtea, quamquam longo obſidio laſſatam, expugnare non potuit. Dum hæc in Hollandia fierent, Brabantini Braniæ obſidionem ingenti apparatu moliuntur, quibus ſuperuenêre eo tempore copioſa à Burgundo Duce auxilia, ductoribus Ioanne Domino Croiaci, Ioanne Domino Inſulæ Adami, Andreâ à Valinis. Omnibus Brabantiæ vrbibus imperatus delectus, Louanienſes VI. Februarij mouerunt ductu Ludouici Pinnocci equitis, quem nobiliſſimi Patriciorum eius vrbis ſequebantur: Iudocus Abſolonis, Henricus à Calſtris, Razo & Balduinus à Grauio fratres, Ioannes à Netenis, Hugo & Gothfredus Rudolfi, Ludouicus Rolandus, Ludouicus ab Oppendorpa, Ioannes Albus; Ludouicus Pinnoccus, Rudolphus à Radingis ſignifer, &c. Paratis omnibus ad expeditionem neceſſarijs Philippus Comes S. Paulli frater Ducis noſtri, ac ceteri Baronis Brabantiæ Braniam verſus iter dirigentes, propiùs opidum caſtra poſuerunt. Erant tam noſtratium quàm auxiliarum copiarum numerus vltra 30000 hominum (alij ad 60000 augent) Tanto numero cincti Branienſes, Anglorum 200 præſidio defenſi, fortiter reſtitêre, & noſtri cùm oppugnationem inſtituiſſent, clauſis vſque ad veſperam ſuſtinentibus, ſuperuentu noctis abcedere coacti ſunt. At præſidiarij eâ die noſtrorum virtutem experti, poſtridie caduceatore miſſo, deditionem offerunt, modò honeſtis condicionibus ſibi abire liceret.

Anglorum ad Braniam cædes.

Iacoba Schoōhouiam obſideri iuſſam capit.

Brabantini Braniam ab Anglis occupatam obſidere parant.

Ductores Brabantinorum.

Brania obſidetur.

Porrò Brabantinorũ ductoribus viſum non eſt, oblatis condicionibus deditos recipere. Ita eâ die deliberando conſumptâ, cùm noſtri ad ſecundam oppugnationem verterentur, Angli duriorum metũ, opidum dedidêre, vitæ ac fortunarum incolumitatem ſibi ac ciuibus pacti, eâ lege, vt ciues Duci noſtro fidelitatis ſacramenta præſtarent. Alij Anglos ſibi ſolùm conſuluiſſe, ciuibus Ducis arbitrio permiſſis, ferunt. Quidquid ſit, in eo conſonant; quòd poſt deditionẽ factam, noſtri opidum irruentes, trucidatis Anglorũ ac ciuium compluribus, diripuerint, exuſſerintque: ciuium quamplurimis fidei in Iacobam conſtantiſſimæ publico ſupplicio affectis. His peractis cùm noſtri reditum maturarent (imbre enim ac niualibus aquis procedere vetabantur) Clocestrius à Sonnegio, Anglorum aliquot cohortes emiſit, qui noſtrorum terga conſecuti, ſicuti fors ferret, extrema agminis carperent. Ducebat extremam aciem, Philippus Comes, ex Louanienſium ac Bruxellenſium fortiſſimis pænè conflatam, qui animaduerſo hoſte confertim euntes nullam inuadendi dabant occaſionem. At media noſtrorum acies in qua Barones ferè Brabantiæ, ac in his præcipuus, Ioannes Rotſelariæ Dominus conſtiterat, Anglorum inuaſione conterriti præcipiti profectione, relictis impedimentis domum confluxerunt: Clocestrium cum omnibus Anglorum viribus à tergo conſequi rati. Philippus verò Comes ſuis in ordine retentis, efficit nè eâ die clades acciperetur. Ob tam fœdam diſceſſionem, Rotſelarium ceteroſque Barones ab vrbibus, plurimùm argutos fuiſſe in Annalibus Louanienſium reperio. Interea ſuperuenêre à Burgundiæ Duce ad noſtros nuntij, qui pactum eſſe, vt inter eum ac Clocestrium ſingulari certamine decerneretur: ac interim à bello inter noſtros ac Anglos quies eſſet. Paria Clocestrius ſuis ſignificauit. Quare digreſſi ab inuicem Angli Sonegium, noſtri Hallam ac in vicina opida conceſſêre. Clocestrius verò Iacobâ Montenſium fidei commiſſâ, qui ſe corporum ac fortunarum omnium periculo eam defenſuram receperant, in Angliam reuertit, certamini ſingulari neceſſaria ibi paraturus. Philippus ſanè Dux Burgundiæ, accerri-

Brania deditur Duci. Diripitur, & incenditur

Angli Brabãtinorũ à tergo agmen inuadunt.

Baronũ Brabantiæ præceps receptus.

Inter Burgũdiæ & Clocestriæ Duces ſingulare certamẽ decernitur.

Clocestrius duello ſe paraturus in Angliam traijcit.

accerrimus à cæde patris Anglorum defenſor, cùm Henricum Regem quintum etiam Francorum regni compotem feciſſet, Henricum ſextum ſucceſſorem eius pari fide coluerat. Huic Henrico pater Ioannem, Betfordiæ, ac Hunfredum Clocestriæ Ducem patruos tutores reliquerat, eâ lege vt fœdus cum Burgundo initum filio ſuo integrum ſeruarent. Vnde non mediocriter conſternatus Betfordus, cùm Iacobam fratri iunctam accepiſſet, omni ſtudio & coram correpto fratre, & prohibitis opem dare Anglis incubuerat, nè ex conflictationibus Anglorum cum Brabantinis, Burgundus his affectiſſimus ab Anglorum fœdere diuerteret. Verùm Clocestrius ſpretis fraternis monitis, etiam periurij, Philippum Ducem inceſſebat, quòd opem bello Hannonico noſtris dediſſet. Hæc cauſſa erat, cur hi Principes ſeſe mutuo prouocârint.

Prouocationis inter Burgundum & Clocestrium cauſſæ.

Fine anni Martinus Pontifex cum Romam delatum eſſet. Bullas adulterinas varijs in locis affixas, continentes connubium Ducis noſtri ac Iacobæ ab eo reſciſſum: Ducem noſtrum per litteras monuit, nè temere huiuſcemodi prauis delationibus crederet, effecturum enim ſe quàm citiſſimè, vt ſententia inter eos ediceretur.

Martinus PP. V. Ducem ſuper cõnubio firmat.

Initio ſequentis anni non obſtantibus Burgundi ac Clocestrij pactis bellum Hannonium recruduit. Brabantini ac Picardi ductores productis in Hannoniam militibus, eius regionis opida aggrediebantur.

Anno 1425. Bellum Hannonium recrudeſcit.

Conceſſêre in eorum poteſtatem partim voluntariè, partim metu, Valentianæ, Condatum, Sonegium, Atum, Bochanum alięquæ aliquot: ita vt ſola Montium vrbs pænè Iacobam reſpiceret.

Opida Hannonia Brabantinis, ſe dedunt.

Porrò mater eius, ſollicitato Philippo Duce, vt auctor concordiæ fieret, Inſulæ, Duaci, Aldenardæ, aduocatis eodem Brabantinorum legatis, colloquia cum eo habuit.

Margareta Iacobæ mater concordiam vrget.

Ceterùm Dux noſter Guilielmo Comite Seynæ, Thoma Domino Diſthæ, Arnoldo à Craienhemo Brabantiam gubernare iuſſis, Niuellam proficiſcens, Pontiberæ ac Conuerſani Comites cum Engelberto Angiano ac Ioanne Domino Monioyæ præmiſit, vt Montenſe præſidium tentarent; ipſe cum reliquo exer-

citu poſt biduum ſubſecutus vrbem circumdedit. Vnde grauius filiæ metuens Margareta, Philippum Ducem fortiùs vrgebat. Conuenêre tandem (Ioanne Duce noſtro Duacum vocato) vt Iacoba in poteſtate Burgundi eſſet, donec lis in Curia Romana finiretur; Duci verò totius Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ ac Friſiæ gubernacula redderentur, veniâ datâ ijs, qui Iacobam aliquatenus fouiſſent. Hoc pactum Iacoba ad ſe delatum, primùm aſpernata, mox Montenſium ſeditione coacta recipere: ij etenim vrgentibus obſidionem Brabantis cùm inopiam metuerunt, occiſis ad 250 Clocestriæ factionis, vix à Ludouico Montfortio viro ex Hollandia nobiliſſimo temperârunt, minati Iacobæ, niſi paci acquieſceret, ſe eam hoſti dedituros. Hæc ijs agitantibus, Dux noſter à Duaco Valentianas petijt, vbi exactis iuramentis Comiti dari ſolitis, in caſtra redijt, eodem Burgundus Aurengiæ Dominus, Ioannem à Cabillone miſit, vt Iacobam exciperet. Idibus Iunijs, cùm vrbe egreſſa eſſet, Engelberto Naſſauio Bredæ Domino, & Henrico à Lecca colloquta, orabat; vt in Brabantiæ aliquo loco morari promitteretur, non tam metu Burgundi, quàm vt Hollandiæ eo propior eſſet. Quo denegato Gandauum auehitur, Montenſes, verò Petro Comitis Conuerſani, ac Engelberto ab Angia nomine Ducis fidelitatem iurârunt, Ioannes Luceburgenſis ille fortiſſimus Francorum exiſtimatus Hannoniæ præfecturâ à Duce donatus; Philippus verò Burgundiæ Dux, rector Hollandiæ, Zelandiæ, ac Friſiæ, declaratus. Porrò Iacoba Gandaui aliquantulum commorata, omne medium elabendi conquirebat. Erant Arnoldi duo, ex Hollandorum non infimâ nobilitate, vnus Spiringus, alter ab Alburgo cognominatus, hi ſuſcepto Iacobæ eximendæ negotio, Gandauū properant, veredarios ei rei aptiſſimos ſecum adducentes. Paratis ad iter neceſſarijs, virili habitu induta, ijs duobus Comitibus, vrbe effugit, ac non intermiſſo itinere tertio poſt die Vuorichemum venit. Indè Ioanni à Viana equiti aduentu ſuo ſignificato, ab eo Schoonhouiam deducta eſt. mox Goudæ

Dux Montes Hannoniæ obſidet.

Concordiæ pactæ leges.

Eas Iacoba inuita recipit

Iacoba Gandauum auehitur.

Montenſes Duci fidelitatem iurant.

Ioannes Luceburgenſis Hannoniæ præfectus.

Dux Burgundiæ Hollandiæ rector.

Iacoba Gandauo aufugit, Schoonhouiā venit.

Digitized by Google

dæ ac Veteribus Aquis operâ Ioannis Burggraui Monfordæ recepta, obijcientes ſe, reliquas Hollandiæ vrbes ad Alſenam vicit. Quibus in Angliam relatis, Clocestrius, Filnatræ Dominum cum ingenti claſſe in Hollandiam miſit, quem Philippus Dux obiectâ non modicâ nauium copiâ nauali prœlio egregiè ſuperauit, in portu Zelandiæ, quem *Brouwerſhauen* appellant, menſe Ianuario: cęſis Anglorum nobiliſſimis. Eodem menſe Venetus ac Vrſinus connubium Ducis noſtri ac Iacobæ iniuriâ diremtum, ac eam in manus Sabaudiæ Comitis custodiæ tradendam cenſuêre. Fortior tamen in Hollandia erat tum factio Iacobæ, quàm vt ad exſecutionem ſententia perduci poſſet. Verùm Clocestrius hoc comperto, reuocatis ab Hollandia ſuis, Aleonoram Combatriam, quâ cum multò antè aſſueuerat, puellam liberali formâ duxit. Eodem anno Antuerpienſes cum Ioanne Domino Bergarum diſſidebant. Prętor Bergenſis ciuem eorum piſces falſis nummis ibi coëmentem in vincla coniectum, ipſis repetentibus, reddere noluerat Antuerpiæ aliquod in Bergas ſupremæ iuriſdictionis ius denegans. Hunc Antuerpiæ totâ Brabantiâ exſulare iuſſum, Princeps Bergenſis defendebat. Quare Antuerpienſibus armatâ vi in Bergenſes excurrentibus, Petrus Conuerſani Comes, ac Ioannes Monioijæ Dominus compoſuêre controuerſiam. Anno ſequenti, varijs inter Iacobam ac Philippum Ducem conflictibus certatum ad Harlemum, ad Hornam Hollandiæ opida. Obſeſſa captaque Seuenberga, Arnoldo Domino eius in exſulium pulſo: Ioannes Dux noſter, cùm vrbs Louanienſis pereunte lanificio paullatim ad vaſtitatem rediret, Gymnaſium ibi inſtituit; impetrato à Martino V. Pontifice, vt Iura, Medecina, ac Artes prælegerentur. Iacta prçlectionis fundamenta ſeptimâ Septembris, cùm Dedicatio eius vrbis celebraretur, Nicolaus Prumius Decretorum Doctor ſumma cum laude orauit, præſente Ducis Conſilio, Iacobo Borbonio, Ioanne Domino Vueſemaliæ, Valtero vander Noot equitibus: ac omnibus pæne Brabantiæ Abbatibus. Quantùm poſtea Louanium ſtudiorum gloriâ floruerit, non eſt præſentis loci diſſerere.

Hollandiam in poteſtatem redigit.

Clocestrij in Hollandiam miſſa claſſis, ſuperatur.

Matrimoniũ Ducis cum Iacoba validum declaratur.

Clocestrius ſpem Iacobæ potiundæ abijcit.

Ioannis Bergarum Domini cum Antuerpienſibus controuerſia.

Anno 1426.
Iacobæ & Burgundi de Hollandia certamina.

Academia Louanij à Duce erigitur

RERVM BRABANTICARVM PETRI DIVÆI LIBER XIX,

Philippi I. Lotharingiæ, Brabantiæ, & Limburgi Ducis res geſtas, & initia principatus Philippi Boni, Burgundiæ Ducis, continens.

PHILIPPVS Comes S. Paulli & Liniaci, Ducis noſtri frater, ad quem morte fratris ducatus pertinebat, Romam tum iter adornârat, vt indè Hieroſolyma profiſciſceretur. Addiderant ſe comites Louanienſium nobiliſſimi, Ludouicus Pinnoccus eques, Ioannes Pinnoccus, Radulphus à Dorna, Michael Abſalonis. Porrò non conſentiente Pontifice, vt tam longinquam peregrinationem iniret, cùm domum reuerteretur, mortem fratris in itinere cognouit. Quare accelerată profectione, fine Aprilis in patriam delatus eſt. Sequenti menſe Louanium ingreſſus principatum ibi de more ſuſcepit, Guilielmumque Comitem à Seyna, Dominum Rodij S. Agathæ, Seneſcallum conſtituit. Indè ad alias vrbes profectus, pari honore ab omnibus exceptus eſt: mox de Cheualerio pœnas ſumſit. Reformatis legibus Brabanticis, forum iudiciarium Bruxellæ inſtituit, Ioanne Bontio Cancellario conſtituto. Iiſdem diebus cùm Louanienſibus offenderetur, quod Turnohoudæ prætorem Scabinorum iudicio inobedientem vi armatâ Louanium adduxiſſent, à Seneſcallo placatus eſt. Porrò quia Leodienſes obſtabant, nè qui in Academia Loua-

Philippus frater Ducis ſucceſſor.

Hieroſolymitanũ iter Põtifice auctore dimittit.

In Brabantiã redit.

Louanij inauguratur.

Forum Iudiciarum, ſeu Curiam Bruxellæ inſtituit.

 nienſi

nienſi ſtudentes fructus præbendarum ſuarum integros perciperent, Nicolaus Prumius ac Henricus ab Hougardia Doctores Leodium profecti, bullas Pontificis, quæ id aſſentirent, commonſtrârunt. Miſſus Romam Henricus à Mera Doctor, vt Theologiam in Academia prælegi impetraret. Ceterùm cum Leodienſibus nihil conueniri potuit. Epiſcopus Romam appellat, Præſides Academiæ, obſiſtentes, exſequenteſque in Canonicos Leodienſes ſententiam bullæ Pontificiæ, excommunicatione percutit.

Leodienſium, cũ Academia Louanienſi ſuper priuilegijs beneficiatorum, controuerſia.

Inter hęc Dux cùm à Baronibus diſſentiret, proximorum ſuorum operâ à Ioanne Rotſelariæ, Ioanne Vueſemaliæ, Engelberto Bredæ Dominis, & Engelberto ab Angia abalienatur. Eodem anno filius Comitis Salinæ, filiam Domini Rotſelariæ duxit. Sequenti anno ſummus labor erat Ordinibus, Baronibus ad gratiam Principis reducendis: finitâ tandem controuerſiâ, de Ducis connubio agi cœpit. Regnabat tum Siculus Ludouicus Andegauẽſis; huius filia Iolentis Duci vxor parabatur. Redijt eo anno à Syriaca peregrinatione Ludouicus Pinnoccus eques Louanienſis. Sequenti anno Ioanni Bontio Cancellariatum abdicanti, Ioannẽ Giſlenum Gallobrabantum, Sarti natũ ſubrogauit, Decanũ S. Dioniſij Leodienſis; cuius operâ pax inter noſtros ac Leodiẽſes, quæ dudum vacillabat, confirmata. Dux Traiectum profectus, cùm Leodienſes Verneburgenſis iniurias conquererẽtur (qui Limburgum oppignoratum poſſidebat) eum opido expulit, Henricum à Grousfelda equitem ibi præfectum inſtituens. Proceſſum erat ſuper connubio Ducis eatenus, vt ſponſalibus peractis ſponſam ſolùm deduci reſtaret: quare miſſis Rhemos Engelberto ab Angia, Ioanne Rotſelariæ, Ioanne Boutreſhemi, Raſone Riueriarum Dominis, cum CCC. vt eam ibi exciperent, iuſſit. Sequenti anno paullo poſt legatorum diſceſſum, morbus Ducem inuaſit, quo aggrauante IV. Auguſti in arce Louanienſi vitâ exceſſit, non ſinè veneni ſuſpicione, cuius Calliobandes quidam inſimulabatur: at viſitato corpore, apoſtema hepati innatum inuentum eſt. Celebratus Ordinum conuentus Louanij: decretumque vt corpus Ducis conditum aromatibus, ac in arcis ſacel-

Dux à Baronibus diſſidet — *Anno 1428.* — *Ordinum interuentu, recõciliantur.* — *Anno 1429.* — *Dux Verneburgenſem Leodienſibus grauem Limburgo eijcit.* — *Ducis, cum Iolente Siculi regis filia, ſponſalia.* — *Anno 1430. Philippus Brab. Dux moritur.*

Digitized by Google

ſacello repoſitum, loco non antè moueretur, quàm de nouo Principe certi forent: Eouſque Magiſtratus omnes in officio permanerent, Cancellarius mortui Ducis ſigno obſignaret: Præfecti monetæ, aurum argentumque cuderent: cui decreto interceſſêre Vueſemaliæ Dominus & Bruxellenſes, qui præfectos rationum officio fungi, grauibus interdictis, vetuêre. Porrò de Ducatus ſucceſſione inter Philippum Burgundiæ Ducem ac Margaretam matrē Iacobæ controuerſia futura erat. Aſſerente hac, ſe amitam patrui filio præferri debere: nam ſe Antonij ſororem vno gradu eius liberis propiorem eſſe, quàm Philippum Ioanne fratre Antonij prognatum. Hæc Margareta Louanium veniens Ordinibus propoſuit. Eodem legatos ſuos Dux Philippus in Compendij obſidione cum Anglis perſiſtens, Epiſcopos Tornaci, Ambianorum & Atrebatium miſit. Qui in Ordinum cœtum admiſſi rationes Margaretæ refellere ſunt aggreſſi: aſſerentes, mortuâ Ioannâ Duce ducatum ipſo iure, ad Ioannem Philippi patrem perueniſſe, ceſſiſſe verò cum Antonio fratri, condicione additâ, vt ſi Antonium liberóſve eius ſinè prole mori contingeret, ducatus ad Ioannis heredes reuerteretur: vnde ſummo iure Philippum ducatus poſſeſſionem petere. Ad hæc Margaretæ legatio, pactum illud inter fratres inualidum fuiſſe, vt nullâ Imperij auctoritate confirmatum ſub inferebat. Tum Burgundi, *Et eò magis*, inquiunt, *ad Ducem noſtrum ſucceſſio pertinebit: id enim pactum ſolū obſtare potuiſſet, quò minus Brabantiā, vt ceteris patris opibus, Ioānes Philippi pater potiretur*. Porrò Ordinibus, diſcuſsis vtrorumque allegationibus, viſum fuit, Philippo principatum deferre. Vnanimi aſſenſione decreuerunt itaque, legatis dimiſſis, ſuos vnà adiungere. Qui Compendium profecti ſalutatum Principem orârunt, vt quamprimùm in Brabantiam properaret. Quibus ille acquieſcens, commiſſâ Ioanni à Luceburgo exercitus ac obſidionis curâ, in Brabantiam perrexit. Vbi votis omnium exceptus, primùm Louanij, deinde in reliquis vrbibus populum in verba ſua iurare coëgit. Ea verò, quæ ipſe populo Brabantico iurauit promiſitque, huiuſcemodi fuêre: Priuilegia ſua Clero, Nobilitatique ac vrbi-

Ordinum de ſucceſſore, & quiete ſtatus publici, Decreta.

Margareta Iacobæ mater cum Philippo Burgundiæ Duce de ſucceſſione cōtendit.

Ordines Philippo Burgūdo Ducatum deferunt.

Anno 1430.

Philippus Burgundiæ Dux, cognomento Bonus, Ducatum Brabantiæ ſuſcipit.

Digitized by Google

bus rata habiturum: Ius vnicuique ſecundùm ſuæ vrbis aut loci conſuetudinem, legeſque ex æquo dicturum: Priuilegia totius Reip. Niuellâ Antuerpiam tranſlaturum, ac ibidem aſſeruaturum, confectis tribus clauibus, quarum vna penes Ducem, altera penes Louanienſes, tertia penes Bruxellenſes foret: Hoc addito, vt tam ipſi, quàm vrbibus exemplaria priuilegiorum tranſcriberentur: immunem fore Remp. à belli Francici impendijs, aut Leodienſis: Aſſumturum ſe titulum Ducis Lotharingiæ, Brabantiæ, ac Limburgi; item Marchionis Sacri Imperij: ac nouo ſigillo cauſſas ducatus conſignaturum: Conſtituturũ item ſeptem viros, qui ſe abſente Reip. negotia curaturi ſint. E quibus vnum Cancellarium: reliquos ſex Conſiliarios fore, linguæ Latinæ, Gallicæ, ac Germanicæ nõ expertes, quorum quattuor neceſſarium foret, Baronibus prodiiſſe, aut Baronatum patrimoniali vel dotali iure poſſidere: eoſdem ac ſimuletiam, quicumque Duci à ſecretis futuri eſſent, ſacramenta facturos, nihil ſe conſcripturos obſignaturóſve, quod ducatui præiudicium damnumq; aliquod allaturum ſit: Magiſtratus non creaturum, mutaturúmve, aut atrocium facinorum gratiam daturum, niſi Conſiliarijs Brabantiæ, vel ad minimum quattuor ex ijs auctoribus, quibus neceſſarium creationis eiuſcemodi aut remiſsionis tabulas ſubſignare: Neminem Conſiliarij Brabantiæ Magiſtratu fungi permiſſurum, qui non è legitimis nuptijs, & in Brabantia natus ſit, aut patrimoniali, dotalíve iure Baronatum poſsideat: exceptis Angiæ Domino & Ioanne Domino Vuithemi, huic quidem eatenus, quâ dominium in Brabantia poſſederit. Comitem Verneburgi, de oppignoratione Limburgi controuerſiam mouentem pacaturum, effecturumque vt Louanij ac Herendalſti ciues Engries capti liberentur: Ducatum Limburgi in perpetuum Brabantiæ annexurum: Luiturum item, pretia quibus arces Tranſmoſanas, prædeceſſores ſui oppignorârant.

Capita Iuriſiurandi à Duce Brabãtinis in inauguratione præſtiti.

HACTE-

Digitized by Google

HACTENVS, amice Lector, Brabantinorum Antiquitates, & res domi foriſque geſtas, Ducumque ordine ſuccedentium lineam, annorum ſerie, quantum licuit obſeruatâ, DIVÆVS magnâ induſtriâ ac fide proſecutus eſt: cuius labores iſtos & conſeruatos, & nobis fuiſſe ad publicandum traditos, viri Brabantinæ patriæ peramantis D. Gerardi Hornani Bauſſigniaci Comitis beneficio acceptum ferimus, & libenter agnoſcimus.

Sequebatur *Philippi Boni* vita, eiuſque tam ex Burgundica, quàm deinde Auſtriaca familia ſucceſſorum Belgicæ & Brabantiæ Principum Hiſtoria, propius ſenſim ad noſtra tempora accedens, ideoque ob memoriam non omnino oblitteratam aut obſcuram, faciliore haut dubiè ſtili decurſu ab auctore tradenda: ſed quia aut illi conſilium non fuit, aut otium defuit hæc perſequi morte præuento, tametſi nonnullorum inſtinctu potuiſſemus Supplementum operi huic non difficulter adijcere; prudentiorum tamen iudicio & noſtro ſatiùs duximus caſtigatæ Diuęi ſcriptioni nihil ſuperaddere: tum nè quis fortè pannum purpuræ adtextum cauillari poſſit, tum maximè nè actum egiſſe videamur, cùm hæc deinceps tempora varij & non contemnendi auctores aut ex profeſſo, aut per occaſionē bellorum cum finitimis Principibus geſtorum, quorum res ipſi ſcripto conſignârunt, diffusè ſatìs videantur proſecuti. Inter quos præcipuum locum obtinet Pontus Heuterus, qui Rerum Burgundicarum libro quarto geſta Philippi Boni, quinto autem Caroli Pugnacis filij eius & ſucceſſoris, exactâ & copioſâ narratione tradidit. Deficiente deinceps per mortem Caroli maſculâ ſucceſſorum ſobole, & vnicâ omnium Belgici Imperij ditionum herede relictâ Mariâ Caroli filiâ, eaque paullò pòſt Maximiliano Auſtriæ Archiduci in matrimonium collocatâ (quo coniugio ex Burgundicâ in Auſtriacam gentem Belgarum ditiones tranſlatæ conceſſerant) idem auctor altero eoque locupletiſſimo in quindecim libros digeſto opere, (quo Auſtriacorum Principum in Belgio res geſtas complexus eſt) Rerum etiam Brabantiæ ſeriem ijs contentam abunde pertractatam reliquit, ad

Digitized by Google

annum Domini M. IↃ. LXIV. id eſt ad luctuoſam vſque ſeceſſionem, & belli ciuilis Belgici initia: quæ porrò Florentius vander Haer Canonicus Inſulenſis, eorumque tumultuum cauſſas tribus libris diſertè & prudenter exſequitur: alijque deinceps & varij ad hæc vſque noſtra tempora deſcripſerunt, quorum volumina cùm obuia ſint, & in manibus promiſcuè verſentur, non eſt vt ijs commemorandis inhæreamus. Vt autem ſeriem aliquam ſequentium ordine Principum habere poſſis, ecce vnico ſub aſpectu, & velut per ſyllabum iſtam:

Philippus Bonus II. *Philippus II.* Loth: Brabantiæ, &c. Dux, ob raras eximiaſque eius virtutes, & in ſubditos amorem ac beneuolentiam, viciſſim ab ijs amatus, & *Boni* cognomento indigetatus, virtute Duce, comite Fortunâ ad ſummam inter ſui ſæculi Principes potentiam & gloriam prouectus, adiectis Burgundiæ ſuæ, Arteſiâ, Flandriâ, Namurco, Lotharingiâ, Brabantiâ, & Limburgo, item paullò pòſt Hannoniâ, Hollandiâ, Zelandiâ & Friſiâ, iunctis in orbem ditionibus tunc florentiſſimis, primus Belgicum imperium conſtituit, quo & auctore nobiliſſimus Aurei velleris equitum ordo gloriatur. Is rebus geſtis ac nominis inclyti famâ clariſſimus, poſtridie Idus No-
Anno 1467. uembris anno M. CCCC. LXVII. Brugis obijt, ætatis LXXII. cum per XLII. annos Brabantiæ feliciter præfuiſſet. Scripſêre etiam præter Heuterum peculiariter huius Principis vitã Gallicâ linguâ, Georgius Caſtellanus, & Oliuerius Marcanus in Annalibus, quorum vterque, vt Heuterus refert, in comitatu eius vixit, eique miniſtrauit.

Carolus pugnax. Poſt obitũ patris gubernacula excepit *Carolus*, à bellica indole, & armorũ ſtudio, *Pugnax* ſiue *Audax* cognominatus, qui nec ſibi nec finitimis, Gallis præcipuè, otiũ vllo ferè vitæ tempore indulſit. Decem circiter annis Brabantiæ & reliquis Belgicæ ditionibus cùm præfuiſſet, infelici ad Nancæum prœlio
Anno. 1477 occubuit Nonis Ianuarij M. CCCC. LXXVII. annum agens ætatis XLV. Huius, præter Heuterum, res geſtas contra Ludouicum XI. Gallorum Regem, Philippus Cominæus, ſex prioribus Hiſtoriæ ſuæ libris tradidit, etſi non optimâ ſemper in Belgi-

Digitized by Google

Belgicis fide, vt qui ex familia Caroli, apud quem inter coniunctiſſimos aulæ & cubiculi adminiſtros vixerat, ad hoſtem eius Ludouicum tranſiiſſet.

Mortuo Carolo *Maria* filia præfuit, vnica ampliſſimarum Belgij ditionum heres, *Maximiliano* Auſtriæ Archiduci, eique poſtea Imperatori Rom. XVIII. Auguſti. M. CCCC. LXXII. in matrimonium tradita, quæ infelici ex equo caſu afflicta, quinto Kal. Aprilis anno M. CCCC. LXXXII. è viuis deceſſit, cùm nono Kal. Iulij, anno M. CCCC. LXXVIII. Philippum filium ſucceſſorem Belgio natum edidiſſet, & filiam inſuper etiam Margaretam Auſtriacam reliquiſſet. *Maximilianus Auſtriacus, et Maria Burgunda.* *Anno 1482.*

Philippus Auſtriacus III. eius nominis Lotharingiæ, Brabantiæ, &c. Dux, ex materna hereditate Belgarum Princeps, per dotem deinde vxoris Ioannæ Aragoniæ, Rex Caſtellæ, Arragoniæ, &c. actâ Gandaui pueritiâ, anno Domini 1494. quindecim annorum cùm eſſet, Princeps animi & corporis dotibus ſpecioſiſſimus, Louanij inauguratus Belgarum ditiones ſuſcepit, breuique vitæ curriculo perfunctus, VII. Kal. Octobris anno M. IↃ. VI. in Hiſpania deceſſit, ætatis XXVIII. cum ſummo omnis ordinis ſubditorum dolore, & luctu, quaſi delicijs humani generis acerbo funere orbi ereptis. *Philippus III* *Anno 1494.* *Anno 1506.*

Succeſſit ei *Carolus* filius, Gandaui anno M. IↃ. die Februarij XXIV. natus, qui poſt, M. IↃ. XV. Maximiliani Imperatoris aui ſui tutelâ emancipatus, Belgarum regimen felici inauguratione auſpicatus eſt. Deinde & in Hiſpaniarum Regem coronatus, atque Imperator Romanorum eius nominis quintus deſignatus, poſt florentiſſimâ ac feliciſſimam multorum annorum tam Belgij, quàm S. R. Imperij adminiſtrationem, anno M. IↃ. LV. ſeptimo Kal. Nouembris, ampliſſimo Ordinum Procerumque Belgij conſeſſu Bruxellæ conuocato, Philippi filij in humeros Belgarum imperium feſſus reclinauit, reliquaque regna ac ditiones ſuas ſponte ſuâ abdicans tradidit, nec longo poſt tempore quietæ & reductæ vitæ finem, paucis Principibus conceſſum, pio ac felici ad beatas ſedes tranſitu in Hiſpania conſecutus eſt. *Carolus V. Imperator.* *Anno 1515.*

Philippus eius nominis IV. Lotharingiæ Brabantiæ, &c. Dux, *Philippus IV. Rex Hiſpan*

Digitized by Google

Dux, & II. Hiſpaniarum rex, ſuſceptis VI. Kal. Nouembris anni M. IↃ. LV. Belgicæ gubernaculis, ſacramentum Ordinibus dixit mutuoque illos in verba ſua iurantes excepit. Præfuit Belgis ac Brabantiæ ducatui annis circiter XLIII. anno

Anno 1598. M. IↃ. XCVIII. die XIII. Septembris, natiuitatis LXXIII. à terrenis hiſce regnis, quæ latiſſimo per omnes mundi plagas imperio complectebatur, ad cæleſtia euocatus, cùm paullò antè Iſabellam filiam Sereniſſimo Principi Alberto Auſtriæ Archiduci, cum dote Belgicarum Prouinciarum in manum tradidiſſet.

Albertus, & Iſabella. Anno 1599.

ALBERTVS, & ISABELLA CLARA EVGENIA, ex Hiſpania profecti anno M. IↃ. XCIX, Inauguratione ſollemni Lotharingiæ Brabantiæ & ceterarum Belgicæ Prouinciarũ regimen ritè auſpicati ſunt: ſub quorum ex felici moderatoque imperio, pacatis tandem certâ fœderis lege hoſtibus, cum præſagio priſtinæ mox rediture proſperitatis, hactenus conquieſcunt. Quorum vt diù optimorum Principum præſidio ac præſentiâ perfrui poſſint, vnanimi votorum conſenſu concentuque ſubditi apud Deum Opt. Max. contendere non ceſſant.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX
RERVM BRABANTICARVM
COPIOSISSIMVS.

A

Abbatia Diui Michaelis, folio, 84.
Abderamæ cædes, 48.
Adalbero epiſc. Leodienſis, 91. mors 96.
Adalbero frater Ducis epiſcopus Leodienſis, 87. eius mores, 88. eiuſdem mors, 89.
Adelberti Ducis Moſellani cædes, 69.
Adelbertus Comes Bambergæ à Ludouico cæditur, 58.
Adelheida Henrici III. vxor, 118.
Adincuria & Reginulfa, 23.
Adolphus Comes Montenſis proximus heres Limburgi, 126.
Adolphus Colonienſis ab Ottone deficit, 106. excommunicatur, 107.
Adolphus Imp. cæſus, 132.
Adolphus à Waldoch Epiſcopus Leodienſis, 133. eius mors 134.
Aduatici vnde orti, 38. Brabantiam incoluerunt, 1. Romanduam incoluerunt, 23.
Aduocati Grimbergenſes ex Bertoldis, 22.
Aduocatia Trudonenſis, 89.
Ægidius Romanus Dux, 41.
Ægidius à Quadderibba Dominus Bergæ, 158. 169.
Agricolaus I. epiſc. Traiecti ad Moſam 41.
Alberti Imperatoris mors, 139.
Albertus Auſtriacus & Iſabella Clara Eugenia, 248.
Albertus Bauarus pacem inter Ioannam & Gelrum componit, 197. Eius contentio cum filio Guilielmo, 201.
Albertus epiſcopus Leodienſis, 103. eius mors, 105.
Albertus primus Comes Namurcenſis, 68.
Albertus frater Ducis Henrici, epiſcopus Leodienſis, 102. ab epiſcopo Remenſi vnctus, 103. eius cædes, ibid.
Aldegundis, & Aldetrudis, 43.
Aldegundis filia Valberti ex Bertilia, 7.
Aldetrudis filia Vincentij Madelgarij Comitis ex Valdetrude, 7.
Alemanni à Pipino II. domiti, 7.
Alemannicum Bellum cum Carolo, 47.
Alexander filius Comitis Bononiæ epiſcop. Leod. 97: eius mors, ibidem.
Alexandri fautores, 87: Heyi obſeſſus, ibidem: idem epiſc. Leod. electus, 89: eiuſdem cum Gisberto Duraſſi Comite bellum: eiuſdem victoria, 90: eius depoſitio, 91.
Alcyda, 62: Louanio excluſa, 121.
Aloſtanos olim in Brachbanto fuiſſe, 5.
Aloſti obſidium, 89.
Alpais Pluitrudæ à Pipino II. ſuperducta, 7: eius pœnitentia, 7, 46.
Alſatia à Philippo victa, 104.
Amalaberga filia Valberti ex Bertilia 7, 43: nupta Vitigerio, ibidem.
Amalaberga Carolomanni filia 7, 43: Valbertum peperit, ibidem.
Ambiuaritorum ſedes, 40.
Amorreus Rex interemtus, 48.
Andouerpia, 24.
Andouerpienſis Marchiæ initia, 24: & deſcriptio, 83: eius muri, 84.
Andouerpienſium Vetuſtas, 24: eorum imperium penes quos, 25.
Angia olim in Brachbanto fuit, 5. à Balduino muris nudata, 103: ab illa Carolus Valeſius pulſus, 120.
Anglorum & Flandrorum clades, 110.
Anglorum victoria de Francis, 219: Brabantiā incurſantes vincuntur ad Braniam, 234, 235. Brabantinorum à ter-

Digitized by Google

go agmen inuadunt, 236.
Anſbertus I. Dux Brabantiæ, 1, 6, 8, 43: eius cum Francorum Regibus affinitas, 2.
Anſegiſilus Dux filius Alnulfi ex Doda 7, 8, 44: ei multi principatus obuenère, ibidem: eius ex Begga filius, ibidem: à Gunduino inſidioſè peremtus, ibidem & 44.
Antigonus tyrannus, 26, 84.
Antonij Burgundiæ Ducis nuptiæ, 206: Bouchoudam obſidet, 209.
Antonius Limburgi Dux, 208: Dux Louanij inauguratur, 210: comitem Aureliani per ſicarios confodit, 211: in Traiectinos tendit, 211: ei Brabantiæ vrbes auxilia negant, 212: in Franciam abit iratus, 212: Bruxellæ nuptias celebrat, 213: eius controuerſia cum Hollandiæ Comite compoſita, 114: in Franciam abit & ei filius naſcitur ibidem: in Leucos mouet, 215: illi vrbes delectum negant, ibidem: eorumdẽ querelæ contra Ducem, 216. Dux cum vrbibus in gratiã redit, ibidem: eidem poſtulanti tributum negatur, 217: pacem Atrebatenſem inter Carolum componit. 218: Ducis cõtrouerſia cum Imp. 219: diſſuaſus in Franciam contra Anglos pergit, ibidem: Ducis cædes 219: eius exſequiæ, 220.
Antuacutum opidum, 40.
Antuerpia, 43: à Balduino imperatore reddita, 70: dicta veteribus Antuacutum, 84: quando creuerit, ibidem.
Antuerpiæ & Bergi, incendium, 202.
Antuerpienſes per Norbertum à Tancelini ſecta conuerſi, 88: ſtapula, 139: priuilegia, 140, 141:
Antuerpienſes de ſtapulis contendunt, 171 & à Flandro Comite priuantur, ibidem: noua controuerſia, 196: eis ius ſtapulæ confirmatur, 166: eius cõtrouerſia. 214.
Antuerpienſis cœnobij initia, 88: arx 26.
Aprorum exſulum factio, 194: eorum Dux Francus ſigerius capite luit, ibidem.
Aquægrani & Harſtallum palatia Lotharingiæ, 54.
Aquægrani ab Henrico capta, 186: recuperata, ibidem.
Aquæ & Coloniæ captæ, 54.
Aquægrani opidum Duces noſtri olim poſſederunt, 31: ab Ottone captum, 104.
Aquægrani & S. Trudo à Gothfredo captæ, 91.
Aquenſes annonæ copiam negant Brabantinis, 204.
Aquitania à Pipino domita 49.
Arduennatium Comes Godefridus, 14.
Argentina Philippo accedit, 104.
Arnoldi Domini Diſthenſis mors, 123.
Arnoldi ab Horna epiſcopi Leodiẽſis mors, 200.
Arnoldus Dux, 8, 43: eius mater, ibid.
Arnoldus Bertoldus iugum Gothfredi detrectat, 87: eiuſdem interitus, 95.
D. Arnulphus, 6, 43: eius liberi, ibidem: ſolitaria eius vita, ibidem: fit Metenſis epiſcopus 6: & 43: eius mors, ibidem.
Arnoldus à Craienhemio Ducem in cunis ante aciem ponit, 94.
Arnoldus Beylingus à Florentio viuus ſepultus, 235.
Arnulphus Carolomanni filius Dux Carentani, 56: ſucceßit Carolo Ludouici Balbi poſtumo, 57: Imperator factus & eius imperium, ibidem: Normannos ac internecionem delet 15: & 57: eius interitus, ibidem.
Arragonicum bellum, 126: eius cauſſa, 127.
Arſcotanorũ genealogia vſque ad Croyaſenſes, 28.
Arſcotum, 81.
Arx Bruxellenſis, 20.
Arx Andouerpienſis, 26.
Arx Hugardia, 68.
Arx Louanienſis, 80.

Digitized by Google

Arx Woringa, 128: *obſeſſa, ibidem: dedita*, 129.
Arx Falcoburgi diruta, 149.
Aſcanorum familia, 21.
Aſiatica Gothfredi expeditio, 74.
Aſiaticum bellum, 101: *& in eo Principes cruce ſignati, ibidem.*
Athymus Rex interemtus, 48.
Atum olim in Brachbantia fuit, 50: *illic pax inita, parario Guilielmo Comite Hollandiæ & Hannoniæ* 162, 170: *& leges pacis, ibidem.*
Auenienſi Namurcum ac Flandriæ pars adtributa, 119: *eius mors*, 120.
Auenionis obſidio, 48.
Auxilia Richoldi à Gothfredo Duce allata, 72.

B.

Baioariæ fines Hungari incurrunt, 63.
Baioaricum bellum, 47.
Baioarij à Pipino II. Domiti, 7.
Baldericus epiſcopus Leodienſis, 68.
Balduinus Comes Flandriæ Valentianas occupat, 68: *Imperatori reconciliatus, ibidem: eius bellum in Cæſarianos* 70. *Antuerpiâ pulſus*, 71.
Balduini in Flandriam bella, in Brabantiam & Gallobrabantiã excurſus, 101, 103: *Angiæ muros diruit*, 103. *Comitis Namurci proximus heres*, 104: *eiuſdem victoria, ibidem.*
Bancum 18, 154: *eius fundatio*, 112: *conuentus, ibid.* 190: *pacis leges pactæ*, 191.
Baronatus Louanienſis territorij, 17.
Barones Horniæ, Gaſebecæ, & Angiæ Ducum Lotharingiæ clientes, 86.
Baronum Bergenſium, vſque ad Glymeos enumeratio, 26.
Baronum Birbachenſiũ genealogia, vſque ad Croiacenſes, 18.
Baronum Brabantiæ Catalogus, 85: *eorũ præceps receptus*, 236.
Baronum Bredanorum enumeratio, 26.
Baronũ Diſthenſium, qui ante Naſſauias venère enumeratio, 17.
Baronum Gasbecanorum enumeratio 22.
Baronum Heuerlenſium genealogia vſque ad Croiacenſes, 18.
Baronum Paruetanorum genealogia vſq. ad Merodenſes, 18.
Baronum Roſſelarienſium qui ante Croiacenſes fuère enumeratio, 18.
Baronum Veſemalienſium, qui ante Brimurios fuère enumeratio. 18.
Baſilica D. Michaëlis ruinæ, 113.
Batuam Duces noſtri poſſederunt, 31.
Beatrix in cuſtodia Imperatoris, 71.
Begga ſoror Grimoaldi nupta Anſegiſilo, 7: *eius ſoror, ibidem, &* 43.
Belgæ orti à Germanis, 37.
Belgica à Germanis occupata, 37.
Belli Hungarici initia, 63.
Belli Saracenici initia, 47.
Belli Saxonici origo, 72.
Bellum inter Anglos & Gallos, 155: *eius cauſſa, ibidem*, 219: *cæſi & capti, ibidem.*
Bellum Arragonicum, 126.
Bellum Aſiaticum, 95, 101, 104.
Bellum Balduini Flandriæ Comitis in Cæſarianos, 70.
Bellum Caroli & Ludouici contra Lotharium fratrem, 51.
Bellum Caroli Saxonicum, Baioaricum, Alemannicum, & Friſicum, 47.
Bellum Flandricum, 130.
Bellum Francicum per Aurelianam factionem, 214, 215.
Bellum Friſonicum, 69, 120.
Bellum ciuile in Francia à Roberto & Giſelberto Ducibus excitatum, 60.
Bellum Brabantiæ à Gallo paratur, 149.
Bellum Gothfredi Ducis & Reinerij Comitis, 68.
Bellum Hannonienſe, 100.
Bellum Henrici, Giſelberti, & Euerhardi in Ottonem, 61.
Bellum Hollandicũ cum Francis, 119, 136.

Bellum Ioannis Ducis contra Reinaldum Falcoburgi Dominum & eius cauſa, 145.
Bellum Lamberti Comitis cum Balderico Epiſcopo Leodij, 68.
Bellum Leodienſe, 87.
Bellum Alexandri epiſcopi Leodienſis cum Gisberto Duraſſi Comite, 89.
Bellum inter Lud. Flandrum & Venceſlaum Brabanticæ Ducem, 167.
Bellum Namurcenſe, 101.
Bellum Pipini cõtra Bertharium, 45: eiuſdem contra gentiles, 45.
Bellum inter Philippum Regem & Philippum Comitem Flandriæ, 98.
Bellum Roberti contra Richildim, 72.
Bellum ſacrum, 151: eius ductorum capita ibidem.
Bernardi Domini Borneuallis mors, 187.
Bertharius maior palatij, 45: eius cædes ibidem.
Berthilia Valleberti vxor, 7.
Bertholdorum potentia, 87: Gothfredum vincunt, ibid. 92: eorum motus, 93. Viluordiam exurunt & Brabantinos vincunt ibidem: cum auxiliaribus Grimbergam veniunt pacem aſpernati 94: eorum fuga & cædes, 95.
Bertholdus Dux Saringiæ Imperiumobdicat, 104.
Bodgis Orſcotanus comes & eius filius, 21.
Boëmi Regis motus, 147: iniqua petit, 148, 149: eius conatus inanis, 151.
Bombardarum primus apud Brabantos vſus, 162, 170.
Bommela capta, 127.
Bona Ioannis Regis vxor, 179.
Bonitius 40.
Bonnæ Colloquium, 60: ſuburbia eius exuſta, 128.
Boſcenſis ſeditio, 204, 205, 206.
Boſcenſium iuriſdictio, 85.
Boſcum veteribus Orten fuiſſe, 27, 28. 85: captum, 105: incenſum, 136.
Boſo Rex Prouinciæ, 154.
Boſſutum arx capitur, 65.
Brabantia quomõdo à veteribus appellata, 79: quinam eam ante Francos incoluerint, 1: quando cœperit Regibus ſubeſſe, 8: eius limites, 29: eius Ducatus inſtitutio, 77. eius nomen corruptum, 79: eius diuiſio, 80. Brabantia à Flandro populatur, 168: vectigalibus à Venceſlao grauatur, 184: obſeſſa neceſſarijs adfluit, 154: vrbes Brabantiæ Duci delectum militum negant, 215. ſe purgant, & querelas contra Ducem deponūt, & earum deputati, 216, 206.
Brabãtiæ Barones, nobiles, proceres, Patricijaut equites, 34, 96, 112, 114, 115, 120, 122, 134, 138, 139, 141, 142, 147, 172, 176, 177, 178, 181, 182, 183, 184, 185, 193, 198, 210, 215, 217, 220, 221, 227, 230, 232, 233.
Brabantinorum origo, 1: inter ſe pacati 36: Ducatum Lemburgenſem virtute ſuâ vindicarunt, 34: in gentiles aut hæreticos arma ferre ſoliti, 35: Philippum Regem Franciæ contra hoſtem defenderunt, 33: eorum pro Frederico, I. labores, 33: bullã auream à Carolo, IV. dono acceperunt, 32: eorum, idioma à quibus defluxerit: & eorum Coloniæ in Vandaliam deductæ, 33, 97: eorum fortitudo, 97: Heluetijs comparati, ibid. eorum virtute Stadienſes deleti, 34: primùm bombardis vſi, 162: de Saladino in Syria victoriam reportarunt, 33: illuſtriũ enumeratio, 34: eorum de Breda controuerſia cum Hollandis, 26: eorum in Bertholdos expeditio, 94: eorum caſtra ad Grimbergam, ibid. nobiles, 96. eorumdem geſta, 98: ijdem in Angliam deducti, dein in Aquitaniam, ibid. Frederico Imp. militant: eorum glorioſus interitus, ibidẽ: eorum crudelitas, 108. eorum prope Hugardiam caſtra, 109: exterorum contra eos Repreſalia, 143: eorum

Digitized by Google

eorum victoria, 152: eorum priuilegia, 140, 141: Gelriam, Iuliam depopulantur, 202: fœdus cum Leodienſibus, 203: eorum ductores, 203, 235, 236: Lennicam diruunt, 203: Iuliacum capiunt, 203: diſſenſiones priuatæ, 204: Brabantinorum victoria, 129: viceſimam bonorum partem Ioanni I. conferunt, 30. Waſſebergam capiunt, 130: cæduntur à Flandro, 168: Anglo militant, 172: eorum clades per Iuliacenſem, 181: cæſorum illuſtrium nomina, 182: eorum cum Venceſlao controuerſia, 186: Grauiam obſident, 197: eorumdem ductores, 197, 198: eorumdẽ temeritas, 199: fugantur, 199: eorum delectus, 200: in Bohemos Huſitas expeditio, 231: priuilegia Philippi Boni. 244.
Brabonis fabula notata, 78.
Brachbanti prima mẽtio, 2, 78: olim quattuor Comitatus habuit, 5: quinam ij fuerint, ibidem: eius termini mutati, 3: quibus fluuijs ſeptum, 4.
Brania obſeſſa & direpta, 235, 236.
Bratuſpantes, 78.
Breſchij perfidia & ſupplicium, 124, 125.
Brimurij, 18.
Briſacum captum & denuo obſeſſum, 61.
Bruchſella vnde ſic appellata, 20, 21.
Bruchſellenſis Nobilitatis encomium, 21.
Bruchſellenſiũ Patriciorum VII. familiæ, 21, 138: inter eos & plebem pax, ibid.
Bruno archiepiſcopus Coloniæ Dux Lotharingiæ, 64: eius mors, ibidem.
Bruno captus à Philippo, 107.
Bruxella, 20. eius deſcriptio, 81. clara eius ædificia, 82. ibidem tumultus, 207.
Bruxellenſium iuriſdictio, 81: eorum iura, 113. capta à Ludouico comite Flandriæ 168: Flandrum aggreſſi, 168, tumultus contra Patricios, 174: Gaſebeccam diruunt, 198: à milite Germano Ioannis IV. ſibi metuunt, 229: ductores Germanos comprehendunt, 230.
Bucardus dux, 63.
Burenus ſponte captiuus dimittitur, 145.
Burgundia à Carolo victa, 48.
Burgundiæ Dux fruſtra molitur filio Anthonio ſucceſſionem in Ducatu Lotharingiæ viuâ Ioannâ, 208: filio Ducatus regimen tradi procurat, 208.
Burſa mercatorum, 84.

C.

Cadſandia capta, 156.
Caletũ obſidetur & capitur, 161, 163.
Cameracum in Marchia Lotharingiæ, 52. à Balduino Imperatori redditur, 70.
Campinia regio, 40: eius latitudo 27: à Saracenis occupata, 55.
Capellenſes ſeditionis pœnas luunt, 175.
Capitiatorum Louanienſium factio, 188: crudelitas, 189.
Capræ-montis expeditio, 61.
Canonicorum Antuerpienſiũ fundator, 25.
Canonicorum Louanienſium origo, 10.
Carnuti pax inter Anglum & Francũ, 172
Caroli Comitis Flandriæ cædes, 49.
Caroli Francorum Regis pax cum Burgundo, 218.
Carolomannus Dux, 7.
Carolomannus Franciæ adminiſtrator, 56.
Carolomannus Maior palatij, 42.
Carolomannus Monachus, 8, 149.
Carolomannus Pipini filius, 10, 49.
Carolomannus & Pipinus Duces, 48.
Carolus Audax, 52, 246.
Carolus Caluus & eius geſta, 54, 55.
Carolus Craſſus & eius geſta, 55, 56, 57.
Carolus V. Imperator, 247.
Carolus Francorum Rex in Lotharingiam mouet, 59, 60.
Carolus filius Ioannis Francorũ Rex, 179, 180, 199, 200.
Carolus Lud. Pij filius, 49. 52, 53, 54, 55.
Carolus frater Lotharij Regis Franciæ, Dux V. Lotharingiæ, 66: eius geſta, 67.
Carolus Magnus Imperator, 8, 49.
Carolus Martellus, 8: eius geſta, 46, 47, 48

Digitized by Google

Carolus Valeſius in Hannoniam mouet, 120.
Caſtellanorũ Bruchſellenſium enumer. 20.
Caſtrilocus in Marchia Lotharingiæ à fratribus à Boſſuto obſeſſus, 52.
Catena ad Heſſenam vicum, 81.
Cauuerſini, 123.
Childericus, Merouæi ſucceſſor, 2, 41, 48.
Chilpericus bellum renouat, 46: *& regno eijcitur*, 47, 49.
Chlodio ſucceſſor Faramundi, 2. *quoſnam ſuo ſubdiderit Imperio, ibidem.*
Chlodoueus Rex, 41, 45.
Chlodulphus epiſcopus 43.
Chlotarius filius Clodouei, 2.
Chriſtianus Lotharingus, 60.
Clodoueus Childerico ſucceſſit, 2. *Chriſti religionem ſuſcipit, ibidem eius 4. filij, ibidem.*
Claſsis Francorũ Dammi oppreſſa, 110, 169
Clemens Willibordus, 45.
Clogio Capillatus Rex, 41.
Cœnobij Antuerpienſis initia, 88.
Cœnobij Gemblacenſis initia, *& Niuigellenſis*, 23.
Cœnobium Vliederbacenſe, 97.
Colonia, 75, 118, 107. 54.
Comitatus Cudicenſis, 28: *Flandriæ*, 89. *Louanienſis*, 15: *Montenſis*, 65: *Turinenſis*, 23.
Comites de Cuyck, 90.
Comitia Imperij, 32: *Tritiſtariæ*, 63: *Vormatiæ*, 57.
Concilium Moguntinum, 115.
Confœderati aduerſus Brabant. 126, 149.
Contentio de Imperio, 104: *de Epiſcopatu Leod.* 103: *& Comitatu Namurcenſi*, 104.
Controuerſia Brabantinorum, 26, 121, *inter Antoniũ & Imp.* 219: *de Imperio*, 54: *de Hoſdena*, 155. *de Traiecto*, 30.
Conuentus Antuerpienſis, 120: *Crunæ*, 63: *Harzenſis*, 157: *Leodij*, 90: *Marſanæ.* 54: *Traiecti*, 128: *Verdunẽſis*, 51.
Cortebergenſis pax, 121, 140, 141, 185.
Cruce-ſignatorum colluuies contra Iudæos, 149.
Cruceſignati Principes, 112.
Cunradi Ducis geſta, 61, 62, 63, 64.
Cunradus Dux XI. Lotharingiæ, 74.
Cunradus Sueuiæ Dux Imp. 91: *eius geſta*, 69, 95.
Cypri Rex Bruxellæ excipitur, 179.

D.

Dalhemenſes commeatus intercepti, 118.
Dalhemum expugnatum, 118.
Damaſci obſidium, 96.
Dani victi à Carolo Magno, 49.
Delphi capti, 136.
Demeris Campiniam ac Texandriam à Brabantia ſeparat, 27.
Dertha coniux Lud. III. Imperatoris. 57.
Dilia ſeu Tyla Fl. 16, 80: *eius ortus*, 80. *inundatio*, 96, 113.
Diſceptatio de Lothraingiæ regno, 53.
Diſsidia diuerſa, 60, 119.
Diſthemum, 181.
Diſthenſes cum Domino Thomarecconciliantur, 218.
Diſthenſes Barones, 18.
Diuiſiones diuerſæ, 51, 54, 122.
Doda Anſegiſili Mater, 7, 8, 43.
Dodo frater Alpaidis, 7, 8, 45: *mors ibi.*
Domini Gemblaci, 23.
Dominium Harſtalli quibus datum, 30.
Dominorum Rodæ S. Agathæ vſque ad Gaueros genealogia, 19.
Dominorum de Cuyck & Grauiæ ſucceſſio, 396.
Donatio Philippi Imperatoris Henrico Duci facta, 32.
Dordraco Ioannes II. repulſus, 136:
Dordracum Ioannes IV. obſidet, 225.
Drogo Maior Palatij, 45.
Duacum à Flandris captum, 134.
Dubium de Lotharingia, 55.
Ducatus Brabantiæ inſtitutio, 77.
Ducatus Lotharicij falſa quorumdam opinio, 31.

Digitized by Google

Duces Brabantiæ Lotharingiæ titulo vſi, 77: vnde Imperio ſubditi? 106.
Duces priſci Brab. comitijs Imperij adeſſe ſolitı, 32.
Duces Stadingorum, 115.
Ducum Lotharingiæ enarratio, 76.
Ducum veterum Brabantiæ titulus, 52. eorum inſignia, 32.
Duratum euerſum, 101.

E.

EBerhardi & Tanemari rebellio, geſta, & mors, 60, 61.
Ebroini captiuitas & crudelitas, 44, 45.
Eburones ac eorum confines, 38.
Eduardi III. Regis Angliæ geſta, 139, 155. 156, 159, 161.
Eduardus iunior bello petitur, 148.
Eduardus Imperatoris Vicarius, 157.
Eduardus Galliæ rege capto leges paci ponit. 171, 172, pacem Carnuti componit, 172.
Eincuria, 23.
Eincurienſes Louanienſium iure vti permiſſi, 113.
Electorum Imperij pro Germanis liberãdis apud Brabantinos inſtantia, 231.
Eligius Andouerpis Chriſtum prædicauit, 24.
Eliſabetha, 213. mortuo marito cum Ordinibus de dote non conueniens, ſecedit, 222.
Emibertus, 43.
Endouia, 85.
Enumeratio Principum externorum qui Brabantino milite vſi ſunt, 33, 34, 98.
Engelberti Naſſauiæ nuptiæ. 208.
Ermelinda Vitigerij filia, 7.
Eudouis Aquitaniæ Ducis geſta, 47.
Euerardi Sherenclaſij illuſtre facinus, 169: filius eius gladio ſubiectus, 231.
Expeditio Tranſmoſana, 148, 150.
Exſules Louanienſes alijs permixti, 195. in eos animaduertitur: alij Gandauum confluunt, ibidē: Louanium fruſtra tentant, 195.

F.

FAbulæ de Antigono, 84.
Falcoburgum obſeſſum, 126: vaſtatum, 145: ſe dedit, 148: eius arx diruta, 149.
Falſus Gothfredus, 134.
Faramundus Rex, 2: eius ſucceſſor Chlodio, ibidem.
Ferdinandus Comes Bruxellam obſidet, 110: captus, 111.
Feudorum in Grimbergana præpoſterum ius, 96.
Flandrorum diuerſa geſta & victoriæ. 89, 111, 120, 130, 133, 134, 136, 196.
Florentij Comitis Hollandiæ cædes, 71. 90.
Florentius tutor Holland. interēptus, 121.
Fœdus Craſſi cum Rollone, 56: inter Louanienſes & Bruxellenſes, 144: fœderis leges, ibidem.
Fonteniacenſe prælium, 51.
Franci quando Gallias inuaſerint, 1, 40, 66, 110, 133: paci cōponendæ ſtudēt, 154.
Francia in Auſtraſiam & Weſtraſiam diuiſa, 41.
Franco ab Halis vir fortis, 172.
Francorum caſtra ad Cortracum, 133: pax Carnuti, 172.
Francorum hiſtorici notantur, 52.
Fratres à Boſſuto Lotharingiam incurſant, 65: Caſtri locum obſederunt, ibid. ipſorum connubia, ibidem.
Frederici Imperatoris electio, 107, 108: coronatio, geſta, & mors, 109.
Fredericus X. Dux Lotharingiæ, 70: eius mors, 71.
Fredericus epiſc. à Calliſto Pont. confirmatur, 87.
Fredericus Barbaroſſa Imp. 96: eius interitus, 102.
Friſia Gothfredo conceſſa, 56.
Friſij domiti Chriſtum agnoſcunt, 45.
Friſij à Pipino II. Vitalburgo eiecti, 7.
Friſonicum bellum, 69.
Fura, 21. 83. eiúſque Burggrauiũ, 21 eius deambulatorium, 132: ibid. 190, 191.

Gal-

Digitized by Google

G.

Gallia ab exauctoratis militibus vexatur, 159, 179.
Galliam Hunni irrumpunt, 39, 159.
Gandaui pars, olim in Brachbanto, 5, 68, 110.
Gandauum obſeſſum ac deditum, 110.
Garumna, 48.
Gasbecanorum Baronum ſeries, 22, 198.
Gallobrabantia, 22, 83.
Geldonia, 83.
Gelri Brabantiam inuadunt, 127.
Gelria oppignorata, 106, 110.
Gelricum bellum, 178, 129, 178, 179, 197, 198, 199, 200.
Gelrus à Brabantinis intercipitur, 105, 128, 181, 204.
Gemblacenſis cœnobij initia, 23.
Gemblacum, 83.
Genappa, 23.
Genappia obſeſſa, 140, 192.
Genebaldus Dux, 41.
Genealogia Giſelberti primi Ducis Lotharingiæ, 59.
Gerardus Dominus Vorſelariæ caſus, 135, 173.
Gerardus ac Valterus Bertoldi, fortunis reſtituti, 86.
Gerardus à Zipa cæſus, 234
Gerbergæ cœnobium, 23.
Germani cur Rhenũ tranſierint, 37, 170.
Geronis victoria, 63.
Gertrudis Pipini filia, 43.
Gertrudis Beggæ, & Grimoaldi ſoror Niuigellenſi cœnobio præfecta, 7.
Gerunda obſeſſa, 127.
Geſtimulus Sclauorum Rex, 52.
Giſelbertus I. Dux Lotharingiæ, 59: eius genealogia & geſta, 59, 60, 61.
Giſla Pipini ex Bertruda filia, 49.
Giſlemari geſta & interitus, 45.
Godefridus Bononienſis Dux, 25: vbinam educatus, 23.
Gorichemum obſidetur & recuperatur, 223.
Goſuinus Angiæ Dominus, 98.
Goſuinus à Goſſenhouia, 133.
Gothfredi I. Ducis Brabantiæ geſta, 86, 87, 88, 89, 90, 91.
Gothfredi II. Lotharingiæ Ducis 96. geſta, 96, 70, 71, 72.
Gothfredi II. Ducis Lotharingiæ & Brabantiæ geſta, 91, 92: eiuſdem obitus & vxor, ibidem.
Gothfredi III. Ducis Brabantiæ & Loth. natiuitas, geſta, & mors, 92, 93, 94, 96, 97, 98, 99.
Gothfredi Comitis Virſonis geſta & interitus, 133, 134.
Gothfredus Normannorum Rex fit Chriſtianus, 56.
Gothfredus ab Haricuria, 161.
Gothfredus Louanienſis frater Henrici, II. Ducis Loth. & Brabantiæ, 117.
Gothfredus Falſus 134.
Gothfredus à Lyra cæſus, 135.
Gothfredus Gibboſus Lothar. Dux X. 72. eius geſta, 3, 17, 74.
Gothfredus Bononienſis Marchio Antuerpiæ, 74: Dux Loth. X. 11, 74: eius Aſiatica expeditio, ibidem.
Gothfredus Arduennas Loth. Dux VII. 68. eius geſta, & mors, 69
Gothi Galliâ pulſi, 41, 48.
Gozzilo Dux Lotharingiæ VIII. 69.
Grauia iuriſdictionis Dominorum de Cuyck, & eius ſucceſſio, 169, 197, 199.
Grauia, 85:
Grimberga arx obſeſſa ac diruta, 94: eius ius, 96: Dominus eius, 97.
Grimbergani prælij deſcriptio, 94.
Grimbergenſes aduocati ex Bertoldis, 22
Grimoaldus Dux, 7.
Grimoaldi Pipini filij religio, captiuitas, & mors, 43.
Grypho carceri addictus, 48.
Grousfeldiæ obſidio, 187.
Gudula Vitigerij filia, 7, 43.
Guido Comes à Franco captus, 130, 132, 130, 137.

Gui-

Digitized by Google

Guilielmi Normanni Comitis Flandriæ geſta & interitus, 89.
Guilielmi Sabaudi epiſc. Leod. mors, 118.
Guilielmi Hollandiæ Comitis Imp. electi geſta, 118, 120, 150, 151.
Guilielmi Rodij Patricij Louanienſis, 35.
Guilielmi Sadelarij inſignis exhortatio, 168, 169.
Guilielmus à monte nobiliū turbas ciet, 224.
Guilielmus primus Paruiſij Dominus, 99.
Guilielmus Bertholdus epiſcopus Vltraiect. cæſus, 133.
Guilielmus ab Aſca in exſubium pulſus, 216.
Guilielmus Marchio Iuliacenſis Brabantinos fundit, 181: *ab Imperatore proſcribitur*, 184.
Guilielmus Hannoniæ Comes, 157.
D. Gundemarus Embliginienſis, 27.
Gunduinus Anſegiſilum inſidioſè perimit, 7.
Guntharius Coloniæ archiepiſcopus, 53.

H.

Hala, 85.
Halla Louanij ædificata, 145.
Hannonia quibus ſubiecta, 101, 120, 238.
Hannonicum bellum, 237.
Hannutum, 83.
Hamerbachiæ arx diruitur, 180.
Harlenſium deditio, 146.
Harſtallum ſiue Heriſtellium palatium, 7, 30, 54.
Harteburgum arx, 72.
Hasbania ſiue Hasbanium, 29, 43.
Helmontium, 85.
Henrici Ducis Lotharingiæ mors, 62.
Henrici Ducis cædes, 56.
Henrici filij in patrem motus, 75.
Henriri Regis Angliæ mors, 90.
Henrici fratris Gothfredi II. mors. 91.
Henrici Comitis Lemburgi motus, 86, 91, 126.
Henrici Imp. mors, 89: *eius ſucceſſor Lotharius, ibidem*.
Henrici Comitis Bari nuptiæ, 131.
Henrici Angliæ Regis de Francis victoria, 219.
Henricus Imp. Saxonum Dux, 60.
Henricus I. Dux, 32.
Henricus frater Imp. & eius geſta, 60, 61, 62, 68.
Henricus Giſelberti filius II. Dux Lotharingiæ, 62.
Henricus II. Comes Louanij, 69.
Henricus III. Comes, 71, 75.
Henricus IV. Imperator, 71: *eius geſta*, 73, 74, 75.
Henricus V. Comes Louanienſis, 71.
Henricus epiſcopus Leod. 73.
Henricus Lemburgenſis Lotharingiæ Dux XIII. 75.
Henricus Dux Loth. proſcriptus, 75.
Henricus filius Henrici Comitis Limburgi epiſcopus Leod. 96, 97.
Henricus filius Gothfredi Ducis III, 98: *eius geſta, liberi, & vxores*, 99, 100, 101, 102, 103, 105, 106, 107, 108, 109, 110, 111, 112, 113, 115, 116.
Henricus Imperator filius Frederici, 102: *eiuſdem in Syriam expeditio*, 104.
Henricus Dominus de Cuyck, 99.
Henricus filius Ducis Stadingenſis belli ductor, 115.
Henricus Louanienſis Dominus Harſtalli & Gasbecæ, 117.
Henricus II. Dux Lotharingiæ & Brabantiæ, 117: *eius vxores & liberi*, 118.
Henricus III. Dux Lotharingiæ & Brabantiæ, 118. *eius geſta*, 120, 121.
Henricus epiſcopatu Leodienſi depoſitus, 124.
Henricus Comes Lucæburgi Imperator, 130, 139, 140.
Henricus à Velpa liberatur à Ludouico Comite, 180.
Henricus Limburgi Dux moritur, 164.
Herbertus Comes, 60.
Herendalſtum, 84.

Digitized by Google

Hermannus Comes de Cuyck, 71, 90.
Hermanni Ducis victoria, 61.
Heſſena, 81.
Hiems aſperrima, 88.
Hiſtorici temere Carolum Audacem factus inſimulati ſunt, 52.
Hoochſtrati conuentus, 145.
Hollandorum cum Francis & Flandris bellum, 119, 136.
Homines S. Petri, 17, 81.
Hoſdena & Mal-repas capta, 127. 123.
Huardus Elbernæ Dominus ſe Antonio opponit & dedit, 215.
Hugardiæ arx, 68: *circa eam caſtra & prælium*, 109.
Hugo Lotharij Regis & pellicis Valradæ filius, 56, 167.
Hugonis Angiæ Domini defectio, 97.
Hugonis Leodienſis epiſc. mors, 114.
Hugo Aruernor. Comitis filius Epiſcopus Leod. 130: *epiſcopatu ſubmotus*, 133.
Hunfredus Dux Cloceſtriæ Ioannam à marito Ioanne diuertentem vxorem ducit, 134, 135, 236, 237, 239.
Hungari Lotharingiam vaſtant, 63: *cædes*, 64.
Hungarici belli initia, 63.
Hunnorum in Galliam eruptio, 39, 49.

I.

Iacoba filia Ioannis Ho[...]diæ Comitis vxor Ioannis IV. Ducis Brabantiæ, eius diuortium, 223, 224, 226, 227, 233, 234, 235, 236, 237, 238, 239, 240.
Iacobus Arteuilla ſeditioſus in Flandria 156.
Iacobus Auenienſis, 102: *eiuſdem glorioſus in Aſia interitus*, 103.
Iacobus Dominus Gaſebecæ Hollandiæ rector, 234.
Immonis Comitis vaſrities, 61.
Inſignia Ducum veterum Brabantiæ, 32.
Inſulæ à Flandris captæ, 134: *obſeſſæ à Franco*, 137.
Ioannes Bohemiæ Rex Brabantiæ bellum minatur, 145.
Ioannes I. Dux Lotharingiæ & Brabant, 123: *eius geſta & priuilegia*, 124, 126, 127, 128, 129.
Ioannes II. Dux Loth. & Brabantiæ, eius geſta, 132, 133, 136, 137, 138, 140, 142.
Ioannes III. Dux Brabantiæ, eius geſta & bella, 132, 143, 145, 146, 147, 148, 149, 150, 151, 152, 153, 154, 155, 157, 158, 159, 160, 161, 162, 164, 165.
Ioannes Bertholdus Mechliniæ Dominus, 133.
Ioannes Dominus à Cuyck, 133, *eius obitus*, 139.
Ioannes Anginus epiſcopus, 124, 126.
Ioannes à Flandria epiſcopus Leod. 126: *eius obitus*, 130.
Ioannes & Aleyda Louanio excluſi, 121.
Ioannes Louanienſis, 117: *Harſtalli & Gasbecæ Domini, ibidem.*
Ioannes Oppianus epiſcopus, 114.
Ioannes Burgrauius Montenax Prætor Louanienſis, 189.
Ioannes Sherenclaſius Cameraci Epiſcopus, 170.
Ioannes Dux Burgundiæ, 209: *inter eum & Aurelianum pax*, 209, 213.
Ioanna vxor Venceſlai ducis & eius gubernacula, 174, 184, 195, 196, 199, 200, 201, 202, 208, 209.
Ioannes filius Philippi Ducis Burgundiæ, & Margareta naſcitur, 180.
Ioannes Suartenus gladio plexus. 184.
Ioannæ Ducis noſtri coniugis mors, 211.
Ioannes Clutingus capite plectitur, 230.
Ioannes à Dyntra Louanio bellum indicit, 195.
Ioannes à Gronsfelda eques trucidatur, 196.
Ioannes Dominus Withemi præfectus Boſci, 196.
Ioannes Bauarus Epiſcop. Leodienſis, 200. *& eius geſta*, 223, 224, 225, 226, 227, 234.
Ioannes Dux Burgundiæ, 222: *eius cædes*, 226.

Ioannes ab Arcla capitur. 221.
Ioannes Luceburgenſis Hannoniæ præfectus, 238.
Ioannes filius Anthonij Loth. Brabantiæ Dux IV. 220, 221, 213, 224, 225, 226, 227, 228, 229, 213, 214, 232.
Ioannis Auenienſis mors, 120.
Ioannis Primi Ducis in pacis violatores dira ſanctio, 36.
Ioannis Regis Franciæ obitus, 179.
Ioannis Bergarum Ducis cum Antuerpienſibus contentio. 239.
Ioppe & Beruythum recuperantur, 104.
Iſabella Clara Eugenia Hiſp. infans, 248.
Iuliacenſe bellum, 181, 200.
Iudæorum clades, 140.

L.

Lambertus Balduinus IV. Comes Louanij, 70, 71.
Lambertus Montenſis I. Comes Louanienſis, 68: *eius geſta,* 96.
Lambertus Tungrorum Epiſcopus à Dodone caſus, 7, 45.
Landericus Metenſis Epiſcopus, 17.
Landinum, 4, 29, 31, 85.
Lateranenſis Synodus, 112.
Lechus amnis, 164.
Lembeca vrbs, 98, 100.
Leodienſis Eccleſiæ ſciſma, 83.
Leodium & eius rebellio, 87, 108, 119, 163, 187, 188, 203, 211, 112, 213, 230, 242.
Leuia vrbs, 85, 110, 192, 194.
Leyda capta, 136.
Lilloum aggere munitur, 160.
Limola capta, 126.
Limburgum venditum, 126, 127.
Litholdus Gemblaci Dominus, 23.
Longobardi à Carolomanno victi, 49.
Loſſenſis Comes, 109.
Lotharicij Ducatus falſa quorumdam opinio, 31.
Lotharingia maior & minor, 52, 58: *Imperio vacat,* 64: *ſub Carolo minuta,* 67.
Lotharingiæ origo, 52, 54, 60, 64, 67, 76.
Lotharingiæ titulo Duces Brab. vſi, 77.
Lotharingorum in Cunradum rebellio, 63.
Lotharij in Lotharingiam expeditio, 66.
Lotharius filius Ludouici Pij Imp. ex Irinegarde, 49, 50, 51, 52, 53.
Lotharius Imp. & Rex Lotharingiæ, 9.
Lotharius Imp. 89: *eiuſdem obitus,* 91.
Lotharius II. Rex Lotharingiæ, 153.
Louanium. Ea quæ ad vrbem eam & eius ſtatum pertinent & Patricios, 15, 17, 64, 76, 80, 81, 86, 97, 110, 121, 123, 124, 125, 112, 113, 119, 135, 139, 145, 154. 168, 171, 173, 174, 176, 177, 178, 184, 185, 187, 188, 189, 190, 191, 192, 193, 194, 199, 239.
Ludouici Baioarij bellum, 50, 51.
Ludouici Regis in Alſatiam expeditio, 61.
Ludouici II. coronatio, 53: *idem Imperator Rex Italiæ, ibidem:*
Ludouici Regis Germaniæ mors, 54.
Ludouici filij Regis Franciæ obitus, 124.
Ludouicus filius Lud. Pij Imperatoris ex Irinegarda, 49, 56.
Ludouicus Pius Rex & Imp. 8, 49.
Ludouicus Calui filius coronatur, 55.
Ludouicus Baioariæ Dux vxorem necat, 118.
Ludouicus Comes Flandriæ in Brabantiã mouet, 167: & 168, 169, 180.
Ludouicus III. Imp. 58.
Ludouicus Flandriæ Comes Mechliniam emit, 151, 152, 157.
Ludouicus Ludouici Filius Comes Flãdriæ, 161: *compellitur inuitus ad ducendam Angliæ Regis filiam, ibid. in Franciam fugit,* 162.
Lyra & Lyrani, 27, 84, 110, 135.

M.

Madelbertus filius Vincentij, Madelgarij Comitis, 7
Malèni arx diruitur, 163.
Marcomirus Dux, 41.

Margareta Com. Fland. filia, 119.
Margareta Ioannis II. vxor, 132.
Margareta Imp. Henrici vxor moritur, 140.
Margareta Lud. Flandri vxoris dos, 170. *eius mors,* 180. *eius filia Margareta, ibid.*
Margareta filia Lud. Flandri Philippo Duci Burgundiæ nubit, 180.
Margareta Iacobæ mater, 237. 240. 243.
Margaretæ Gothfredi III. vxoris dos, 96.
Maria Henrici II. Ducis Loth. & Brabantiæ filia, 118.
Maria Ducis Ioannis ſoror Franciæ Regi nupta, & eius liberi, 124.
Mariæ Gelro nuptæ dos, 171.
Martinus ab Ebroino victus, 45.
Maternus, 39.
Mauritius Prouinciæ Dux Saracenos recipit, 48.
Maximilianus Auſtriacus & Maria Burgunda, 247.
Mechlinia obſidio, eius diuiſio, 132, 134. 140, 156, 160, 187, 214.
Mechlinienſes, 81, 133, 134, 175, 136, 158. *eorum ſtapula,* 169, 171, 196.
Meroueus Chlodij ſucceſſor, 1. 33.
Meroueus Rex à quo Merouingi, 41.
Michael à Ligniaco Brabantiæ infeſtus, 201,
Middelburgum captum à Flandris, 136.
Moguntia ab Imp. obſeſſa, 63.
Moguntinum Concilium, 115.
Monachi Parcenſes & Goſuinus Dominus de Heuerle compoſiti, 96.
Monhoya ab Henrico Imp. capta, 88.
Montanus Comes 167, 169.
Montenſium comitatum fratres à Boſſuto recuperant, 65, 238.
Morantus pyrata, 169.
Mullis arx, 927.

N.

NAmurcum Valerano addictum, 104: *à Venceſlao obſeſſum,* 170: *Auenicnſi adtributum,* 119.
Namurcenſium contra Gothfredum Ducē ſecunda victoria, 97.
Narbo obſeſſa, 48.
Naualis expeditio in Hiſpaniam, 95, 96.
Nauarræ Rex Ioanni III. Duci ſe cõiungit, 153.
Nauigatio Bruxellēſis perfecta & eius impenſæ, 82 : *eiuſdem cauſſa,* 88.
Neomagus cum Baſilica à Gothfredo incenſa, 69.
Neriſca villa Brachbanti, 79.
Nicolaus Pontifex pellici ſacris interdixit, 53.
Niuella, 83: *eius Cœnobij initia,* 43: *eius colloquium,* 148.
Niuellenſes offenſam Ioannā placant, 207.
Niuigella, & qui Principes illic cōditi, 22.
Nobiles Brabantiæ, 17, 21, 96, 80, 120, 112, 114, 115, 122, *eorumdem interitus,* 14 : *obſignatores,* 238, 139, 141, 142, 172, 176, 177, 178 : *caſi.* 182, 183 : *ſignatores,* 185, 186, 193, 217, 220, 221, 232, 233.
Normannia vnde, 56.
Normannorum geſta, 10, 15, 56, 57.
Nortbertus Præmonſtratenſium fundator, 88.
Noſtratium in Maiorum geſtis tradendis ignauia, 35.
Nouum-foſſatum Gelro ademtum, 127.

O.

ODdo Præſes Lotharingiæ, 62.
Odo Campaniæ Comes à Gozzilone cæſus, 69.
D. Odulphus filius Bodgis Comitis Arſcotani, 28.
Orchia, & S. Amandi fanum Francis adimuntur, 160.
Ordinum Brabantiæ conuentus, 192, 216 217, 220, 227, 230, 231. 242, 243.
Oriuallenſe cœnobium, 194.
Otto I. Imperator, 60, 61. 62.
Otto II. Imperator, 66: *Regem perſequitur,* 67.

Otto

Digitized by Google

Otto III. Imperator, 67.
Otto VI. Dux Lotharingiæ, 67.
Otto Burenæ Comes, 145: *captiuus, ibidē.*
Otto Baioariæ Dux, 72: *in Imp. conſpirat,* 72, 82.
Otto Dux Brunſuici Aquas capit, 104: *eius geſta,* 106, 107, 108, 109, 110, 111, 113.
Ottonis epiſcopi Traiectenſis mors, 119.

P.

Palatinus & Dux Henricus in Aſiam mouent, 104, 108.
Parcenſes monachi compoſiti, 96.
Pax Cortebergenſis, 121.
Pax inter Henricum & Gelrum, 105.
Pax Imperatoris & Saxonum, 73.
Pax inter Gothfredum & Fredericum Duces, 71.
Pax inter Philippum Franc. & Ioannem II. Brab. 137.
Pax Atrebatenſis inter Burgundum & Francum, 218.
Pax Francica Vinceſtriæ, 244.
Pax inter Anglum & Francum, 172.
Pax inter Petrum Couterellum & Patricios parario Duce Venceſlao, 176, 177.
Pax inter Venceſlaum & varios, 170, 184, 187, 191, 193.
Pax inter Philippum Franciæ Regem & Ducem Ioannem, III. 151.
Pellandia, 85.
Petri Planipedis & aliorum in Louanienſes vindicta, 191.
Petri Couterelli Louanienſis turbæ & ſeditiones, 163, 164, 172, 173, 175, 176, 178, 179, 180.
Petrus Arragonum Rex regno priuatur, 127.
Pharabildis, 43.
Pharabildis Vitigerij filia, 7.
Pharamundus Francorum Rex, 41.
Philippi Comitis in Henricum Ducem fides, 100, 101.
Philip. Regis in Veromāduos, expeditio, 101
Philippi Franciæ Regis in Flandros bellum 109: *eius geſta,* 110, 111, 127, 131, 134, 136, 137, 154, 16[illegible] 162.
Philippus dux Sueuiæ auro [illegible]rtholdum vt Imp. abdicaret emit, 104: *eius geſta* 106, 107.
Philippus Dux Burgundiæ patri Ioanni ſuccedit 202, 226: *Holl. rector,* 238.
Philippus Comes S. Paulli frater Ioannis IV. Ducis, Dux Brabantiæ inauguratur, 228, 230, 232, 241, 242.
Philippus Bonus Dux Brabātiæ, 243, 244, 246.
Philippus III. Brabantiæ, Dux & eius geſta, 247.
Philippus IV. Rex Hiſpaniarum & eius geſta, 247.
Phluithilda Chlotharij Regis filia 2, 8: *Ausberto iuncta* 6: *eius filius, ibidem.*
Pipinus Breuis, 8.
Pipinus Carolomanni filius, 7, 43.
Pipinus Pipini ex Bertruda filius, 49.
Pipinus Ludouici Pij Imp. ex Irinegarde filius, 49.
Pipinus II. Dux Anſegiſili ex Begga filius, 7, 45.
Pipinus Aquitaniam domauit, 49.
Plectrudæ fuga, 47.
Pluithilda, 43.
Pluitruda Pipini II. coniux, 7.
Pontificis cum Ottone diſſenſio, 107.
Pontifex Leo in Libertatem reſtituitur, 49.
Potentia Bertholdorum, 87.
Priuilegia Louanienſium, 124, 125, 135, 139, 140, 141, 142, 148, 154.
Priuilegia Brabantinorum, 140, 141, 144, 147, 159.
Prodigia in Brabantia, 89.
Prælij ad Vaſtrudam deſcriptio, 73.
Prælium ad Duratum, 90.
Prælium ad Santſletum inter Brabantos, & Flandros, 170.

Digitized by Google

Q.

Querela & quæſtio de Santhouianis ſecu[illegible]m Louanienſes deciſa, 155.
Quando Duces Germanorum conſuetudinem vitare cœperunt, 32.
Quare Duces Brabantiæ, Lotharingiæ titulo vtantur, 31.
Qui externorum de Brabantinis ſcripſerint, 35.
Quid ex Brabantia Duces Lotharingiæ poßederint, 76.
Quid Brabantiæ Duces trans Moſam poſſederint, 178.

R.

Randerodia diruta, 113, 118.
Raginfredus ſubactus, 47.
Ratisbona capta, 63.
Raueſtenum obſidetur, 85, 179, 204.
Raſo à Grania moritur, 164.
Regni Loth. diuiſio, 54.
Reginonis de Louanio verba, 15.
Reginulfa, 23.
Regiones Loth. comprehenſæ, 52.
Renilda Vitigerij filia, 7, 45.
Reynerius & Lambertus filij, Reinerij, 63, 64: eorum geſta, 65.
Reynerius ab Vdechem eques, 113.
Replemonda occupata, 103.
Reinaldi Comitis geſta, 112, 126, 147.
Reinaldi Falcoburgi geſta, 146.
Reinaldus Dux Gelriæ, 192.
Ribeboyſa arx à Francis redimitur, 179.
Rienſis pagus, 26.
Robertus Atrebas. 118, 133, 149.
Roda obſeſſa, 153.
Rodienſe colloquium eiuſque decretum, 147.
Rollonis acta, 56.
Romandua, Gallo Brabantia dicta, 22, 88.
Rudolphi Leodienſis epiſcopis geſta & interitus, 97, 102.
Ruotbertus Treuirorum archiepiſc. 62.
Ruremonda obſidetur. 203.

S.

Saſſeberga Comitis geſta, 155.
Sagittariorum Louanienſium & Bruxellenſium ludus, 83.
Saxones domiti, 7.
Saxonia ab Henrico deficit, 61.
Saxonicum bellum cum Carolo, 47, 49, 73, 102, 72.
Scaldis, 84.
Scema familiæ de Harecourt & Schoonvorſt, 20.
Sciſma Leodienſis eccleſiæ, 87.
Sclaui Lotharij regna deuaſtant, 52.
Senna fluuius, 81.
Seruatius, 39.
Siculorum in Francos crudelitas, 127.
Sichena, 81.
Sigebertus & Ausbertus Duces in Auſtraſia, 41.
Sigerus Gaſcbecæ Dominus, 198.
Siluanus, 40.
Siluina Saracenis erepta, 102.
Simon epiſc. eligitur, Leodij, 103.
Simon Tremillius à Bruxellenſibus captus, 209.
Siphridi archiepiſcopus Moguntini fuga, 108.
Siphridus archiepiſc. Coloniæ in Montenſes mouet, 127.
Siphridus Lothar. depopulatur, 55, 56.
Sitterium obſeſſum, 145, 146.
Somnia de Caroli morte, 48.
Soniæ ſiluæ latitudo, 21, 83.
Stadingenſis expeditio, 114.
Stadingorum Duces, 115.
Steenberga, 84.
Stirps Amalaberga, 34.
Statuta Ioannis II. 129.
Suendebaldus Rex Loth. 57: eius flagitia, 58.
Suibertus Gemblaci Dominus, 23.
Sunderoldus epiſc. à Normannis occiſus, 57.
Suno Dux, 41.

Tan-

Digitized by Google

T.

TAncelinus hæreticus, 25, 88.
Tanemari & Eberhardi rebellio, 60.
Taxandriæ ſitus, 27.
Templum D. Virginis Antuerpiæ, 84.
Templum S. Michaëlis Louanij, 97: *eius ruinæ*, 113
Teneramundani, 5, 134.
Terauana à Flandris capta, 136.
Teſſandria, 32.
Teſſenderloo vicus, 27.
Texandri à D. Lamberto conuerſi, 27.
Textorum Louanienſium potentia, 16: *expulſi*, 123: *eorum tumultus*, 158.
Thenæ ſeu Tyllemons, 85, 101, 206.
Theobaldus epiſc. Leodienſis, 136.
Theoderici Elſatij aduentus, 89, 93, 111.
Theoderici epiſc. Traiectenſis bella, 105.
Theoderici in Brabantiam expeditio, 105.
Theodericus Beuernæ Dominus Replemundam occupat, 103.
Theodibaldus Grimoaldi filius, 46.
Thetberga vxor à Lothario repudiata, 53.
Thetgaudus Treuirorum archiepiſcop. 53.
Thomæ Diſthæ Domini controuerſia, 217: 218.
Tongerloo & Tongerle, 32.
Tornacum à Lamberto Comite defenſum, 71, 160, 110.
Traiectenſium epiſcop. enumeratio, 30.
Traiectum quando conditum, 30, 212, 222.
Tranſmoſana Ducis Ioãnis expeditio, 128.
Tremonia ab Ottone capta, 61.
Trithemius, 125.
S. Trudo & Aquagrani captæ, 91.
Trudonenſis Aduocatia, 89.
Trudonenſe opidum 91, 101.
Tungrenſis ſedes per Seruatium epiſcopum tranſlata, 30.
Tungri Brabantiam incoluerunt, 1, 37. 38, 109.
Turnohauda incenſa diripitur, 155.
Tylam Gelri deſerunt & incendunt, 127.
à Duce reparatur, ibidem.
Tylia fluuius, nunc Dilia, 56.
Tyllemons, 85.

V.

VAifarus & Hunnaldus Eudonis filij, 48.
Valbertus caſtri-loci Comes, 43.
Valbertus ex Amalaberga natus, 7.
Valdetrudis filia Valberti ex Bertilia, 7.
Valentiana in Marchia Loth. 52.
Valerano Luceburgenſi Comiti Namurcum addictum, 104: *eiuſdem ſocij in bello*, 104.
Valeranus Dux Limburgi à Leodienſi victus, 118.
Valeranus falcoburgi Dominus victus, 126.
Vallis Ducis cœnobium, 117.
Valteri à Leyda cædes, 189.
Valterus ab Hoochſtrate Ribiboiſam arcem capit, 172.
Valterus Bertoldus captus, 95: *& filij eius*, 96, 97.
Valtrudis, 43.
Venceſlaus Dux Brabantiæ, 167: *bella & geſta*, 69, 165, 166, 175, 176, 178, 179, 180, 181, 184, 187, 188, 190, 192, 193, 194, 195.
Venceſlaus frater Caroli Imp. Alſatiæ præfectus 180.
Viluordia, 83, 187.
Viluordiæ conuentus, 159.
Vincentius Madelgarius Comes Sonegienſis & Altimontenſis, 7. 43.
Virdunum exuſtum, 51.
Vitalburgum Vilibrordo Clementi adtributum, 7.
Vitigerius 43: *Dominus Condati & Verginiaci*, 7.
Vltraiectini epiſcopatus initia, 7, 45.
Vliſſibona Saracenis adempta, 96.
Vnſtrut fluuius, 73.
Volfradus, 44.
Vormatia à Normannis capta, 57.

FINIS.

Digitized by Google

CENSVRA.

HOc Rerum Brabanticarum *Chronicon in libris* XIX. *digeſtum, ſtilo & ſtudio Petri Diuæi V. C. magnam commendationem meretur. In quo nempe multa de Brabantia noſtra, diſtinctiùs & veritati conformiùs, quàm in vllo alio, recenſentur. Vnde magnum Reip. litterariæ beneficium facturus Aubertus Miræus, Canon. & Bibliothecarius Antuerp. ſi in gratam Clariß. Auctoris, & optimè de litteris meriti memoriam è tenebris illud eruat, & luce, ac cedro donet. Actum in Seminario Epiſcopali Antuerp. Id. Iul.* ∞. Iↄ. cIx.

LAVRENTIVS BEYERLINCK S. Theol. Licent,
Ciuis, Canonicus, & Cenſor Antuerp.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google